PIISSIMA ATQUE AUGUSTISSIMA DOMUS AUSTRIACA. VNA CUM...

Diego : da Lequile, Johann Baptist Jezl, Cesare Rasponi

Digitized by Google

7
9-B
17

9
18 D
6

7-9-B-17

P. LEQVILIS
DE REBVS AVSTRIACIS
TOMIS TRIBVS,
Ac Partibus VII. Diſtributis.

BIBLIOTECA N…

col.

PIISSIMA ATQVE AVGVSTISSIMA

DOMVS AVSTRIACA.

VNA CVM BORBONORVM PROSAPIA,
eadem in radice Itala, ac Regia,

VETVSTATE ILLVSTRIS,

SEV COLLECTANEVM
Earum rerum Auſtriacarum, quæ ſub præcipuo
PIETATIS SYMBOLO,
Eidem Domui penè hæreditario, nouiter auſpicatæ, Illa in præſentibus exhibentur, quæ circa eius clariſſima initia verſantur, ſuntque
DE ORIGINE, ANTIQVITATE, AC NOBILITATE
Auſtriacæ Familiæ.
Nec non, & de eius vnitate
CVM BORBONICA REGVM FRANCORVM SOBOLE
eodem tempore, atque ex eadem Stirpe prodeunte.
Cum Figuris Æneis.

AD CÆSAREM FERDINANDVM III.

Authore F. Didaco de Lequile S. P. Franciſci alumno, ac Theologo Concionatore, & Hiſtoriographo Aulico &c.

PARS PRIOR.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



SVPERIORVM PERMISSV.

OENIPONTI
Apud Michaelem VVagnerum. Anno Chriſti M. DC. LX.
Proſtant VENETIIS, Apud Iohannem La Noü.

ex lib: Col: Card: [illegible]


BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AVSTRIA dum trinâ PIETATIS imagine viſa
Septem cum stellis, Herculis HYDRA perit.

Altera victa cadit, dum victrix altera ſurgit,
Exprimit ac Orbi quidquid in Orbe beat.



DE TVTELA,

Auctori, & eius operi Auſtriaco benignè præſtanda ab ingenua, ac perdocta Excellentia Illuſtriſſimi Comitis de Pinnaranda, & Guſman, Orbis Neapolitani, vbi nunc præeſt, Reparatoris quam ſtrenui, ac feliciſſimi.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

EXcellentiſſime Domine, piiſſime, ac magnanime Prorex. Quæ geris nomina, ſiue perſonæ, ſiue proſapiæ (extranea, & forinſeca hic prætereunda) omnia egregia referunt omina; præcipua admodum, atque auſpicato quodam oraculo nunc primùm fortè reuelata. Impari numero ad gaudent Numina. Vnico ternario, tribus è nominibus erumpente, maximèque ſacro ſuperis, in hunc modum innoteſcit Excell. tua

GASPARVS DE BRACAMONTE, ET GVSMAN.

Tria hæc nomina ſine vlla apicum XXVIII. quibus conſtant, mutatione, ſed tranſmutatione locali tantum, iſtum promeritum *Quinarium* luculenter exprimunt.

DVCS MAGNVS MAGNA SEBETO REPARAT. — Anagr. purũ. cuius litera x. more antiquo poſita eſt.

Etſi abſoluta huiuſcemodi oratio, non tamen ita abſoluta, vt alicuius ingenuiſſimæ iuſſionis reſpectu in totum careat. Dicam breui nouum aliquid, quamuis Genti tuæ vetuſtiſſimum, tibique tuum è parentum viſceribus. In ponderis Regni noſtri regiminis aſſomptione (Monaſterienſe iam expleto munere, pro quo vtraque Auſtria, Germana Hiſpanaque tibi debet imperium, tot tantiſque artibus, ingenti potentia, ac pecunia, vnde in dies tanta vis hæreſeos, ſuffultis, inſidiatum, ſciſſum; omniſque terrarum Orbis nobile vniuerſæ pacis auſpicium, firmioremque ſpem debet) prudentia tua, tuamet conſcientia, incredibili rectitudine prædita, illud idem tibi precepit, quod Regum Rex Deus ſeraphico homini, ſeraphicis characteribus cordi tuo tenerrimè conſignato, hiſce verbis imperauit.

A Va-

Vade, Franciſce, repara

In off.S.P.F. Domum meam, quæ labitur.

Ducs, & Magnus. Dux; quod in arduis rebus mirandus Argus, cui lumina non centum illa fabuloſa, ſed ea ſeptem propemodum, de quibus Vates diuinus, ſemel & iterum obſtupeſcens, *Super lapidem vnum*, inquit, *Septem oculi ſunt*. Vbi ſacrarum ſcripturarum interpres, atque animata Dei, & Teſtamenti Arca ita commentatur, *Ideſt in viro conſtanti ſeptiformis gratiæ Dei* ſeptem oculi ſunt. Quomodo autem gratiæ ſeptiformi huic virtutes omnes, intellectuales, morales, quas ipſa perficit, reſpondeant, conſulendus Lyranus noſter fol. huius voluminis 35. Haud enim diſplicebit Excellentiæ tuæ, cuius inter Syrenarum carmina, incantationes, & oblectamenta virilitas, & conſtantia, ſapientia, & iuſtitia vndique munitæ, neceſſariæ multum,

Zacc.c.5. D.Ant.de Padua in expoſ.myſt.

Magnus, animo, & genere. Tua animi granditate vbi temetipſum Dei & hominis exemplo generoſo actu paruum efficis, parum exſtimas, doctos calamos, omnium linguas grandiloquentes ita facis, vt ſi ipſe tantillum id, quod ſum, & poſſum fari tentauerim, vtiq; neque ab vno ſolo audiri poſſem. Animus tuus magnus, & in ſuo rationis libramine maximus, & *neque* proprijs *perturbationibus*, *neque hominis*, *neque fortunæ ſuccumbens*, vix Regnum ingreſſus, ſic primo contuitu cum magnificauit, vt penè exanime mirum in modum manu, & opere viuificauerit, quinimò & ex ſuo nihilo, excelſa fauente dextera, quaſi ad miraculum vno momento ſubmouerit.

Paruulus datus eſt nobis, Iſaiæ c.9. *Paruulum ſe fecit, vt nos faceret magnos*. D.Ber.hic. D.Th.2.2.q.129. ar.1. Cicer.lib.3,off.

Magnus genere, maior Pietate, tum in Bracamonte, tum & in Guſmana Sobole quam plurimis vtriuſque nobilitatis radiis circumdatus. Bracamontium Magnitudo cum fermè per cuncta orbis terrarum ſpacia grandeſcat, ſilentio tantummodo relinquit locum, vt omnium potius admiratione digna ſit, quam aliorum laude. Guſmanorum granditas cum *in te* hodie *omnium oculi* breui illo Philomati verſiculo, *Proles nobilium magna Parentum*, abs ſe prorſus, nullo indigente adminiculo, ſed proprio euecta merito extollitur, antequam ab aliquo alio extollatur. Quot ora inter mortales vniuerſos tot pariter & precones eam per Orbem circumferunt, ac propterea vti mortalium vires excedit, *Nemo enim eſt laudabilior quam qui ab omnibus laudari poteſt*, ita & *laude omni maior eſt*.

Carm.42.Philom. à PP.Alex.VII. nondum Pont. editi. D.Ambr.de Virg. lib.1.poſt initium.

Dixi ſatis de Guſmanorum Gente, ſcribens de ſubrino tuo, inclyto Ordinis Prædicatorum Genearches. Totum preconis mei argu-

argumentum non ex me, neque aliunde, ne aliquo temeritatis crimine redarguerer, tunc deſumpſi, ſed è proprio eius nomine. SANCTVS DOMINICVS nonne idem eſt paribus literis, & ſyllabis, iuxta hiſtoricam veritatem, ac CANIS MVNDI CVSTOS? Verum nec ſubrinus ſubrino degener. Ille Sanctitate, doctrina, prædicatione, regimine, exemplis omnem Mundum vndequaque cuſtodit. Hic fidelitate, conſilio, iuſtitia, prudentia, dilectione, tranquillitate eam orbis partem regit, protegit, ſubleuat, exhilarat, quæ ſi in debaccantem iram erumpit, toti Mundo formidoloſa extat; ſi inter delicias tenereſcit, totius Mundi compendium eſt, ſine quo omne Europæ Cęlum ſuo Paradiſo exueretur. Illi Dei Ecclesiæ Vniuerſæ, & iám tunc temporis collabentis ingens inſtauratio debetur. Huic Partenopæa reparatio, tantum integra, ac magna, quantum & ruinæ vaſtitas, ſummis, imis, imis, ſummis, fędere valdè lacrymabili, atque plurimo excidio ſibi variè ac pauco tempore reſpondentibus. Quod igitur de illo Chriſtianæ atque Eccleſiæ Reipublicæ, & de eius Sodali B. Franciſco inſtauratore ſpiritualiter fertur, illud idem & de iſto (id probante experimento, quod prius eius nomina digno omine auſpicabantur) præfato verſiculo, MAGNA SEBETO REPARAT, temporaliter aſſeratur.

Condere magnifica, ipſis magnis conditoribus quid, niſi modicum? Secus autem & reparare; nam labor hic longe maior. Quamobrem deſumens ipſe omnem Excellentiæ tuæ magnitudinis ex ſebeta reparatione menſuram, conditionem ſuam, diuerſis ex cauſis obrutam, nec tamen (velit, nolit malignitas) à ſuſcepto labore ſubtractam, ab ea auctor excipere nequit. Hinc quemadmodum & Neapolitanis omnibus, ita pariter & ipſi, & operi Auſtriaco, ad medietatem iam redacto, magni, & benigniſſimi Ducatus tui præſtanda tutela eſt. Foue ergo, ò Dux magne, vtrumque; protege, tuere, repara ab imminenti excidio illo, quod ſępe numero plurimi veluti Perſei bellua non ſolum aduerſus homines, verum etiam & hominum vmbras moliuntur.

Magna feciſſe parum, eadem reparaſſe magnum. D.Baſil.Mag.

Accipiat Excellentia tua & aliud oraculum, quod, vt puto, non longè abeſt in propoſito ab eo, quod decantauit de Mæcenate Horatius. *Mæcenas Atauis edite regibus.* Et de te hæc tua nomina, *Dominus Gaſparus de Bracamonte, & Guſman*, ita ſe habent. *At bonus Mecenas prodigas Regum manus dat.* Ibi Mecenas, ac Mecenatis munificentia in cauſa, puta in eius regia proſapia, quæ in tanto poſtero optimè trasfuſa, valde ab Atauis degener eſſet ſine tali virtute, de

Mecenas ſine diph.iuxta antiqu. morem.

qua

Plin.in Paneg. qua Panegyriſta, *Nullam maiorem eſſe Principis felicitatem, quam feciſſe felicem, interceſſiſſe inopiæ &c.* Hic itidem & Mecenas & Mecenatis manus regum prodigæ in effectu, vti & clariſſi-
Lucan. de Piſon. ma initia potens fomentum, nam *perit omnis illo nobilitas, cui laus eſt ab origine ſola.* Tandem vno verſiculo duobus conflato argumentis, id tertiò de excellentia tua (ablato quolibet aſſentationis fuco) claudere intereſt, quod tua ipſamet nomina veriſſimè reſonant in hunc modum.

DOMINVS GASPARVS BRACAMONTIVS, Et GVSMANVS.

Anagramma.

OMNIBVS TV PACS: ARGVS DOMVS AVSTRIÆ MAGNVS.

FRONTISPICII STEMMA
DILVCIDATVR.

DEUS, Natura,& Ars in effingenda,& efficienda Portenta,Monſtra,Chymeras inter ſe adeò ſimul diſponuntur, ut Deus ſine utrâque omnia quæ ſunt, quæ poſſunt eſſe, & quæ repræſentari,ad aliquid innoteſcendum ſive bonum ſive malum, abſolutè, tanquam Summum, efficienſque principium,poſſit facere. Quia ejus omnipotentia cauſis ſecundis non eſt alligata.Utraque verò cum Deo quæ producit, neceſſariò operatur. Natura quoque per ipſum mirabilia edit, ac Portentoſa. Ars autem Deum, & Naturam tam in rebus veris, quam fabuloſis,ad multa arcana myſteriosè detegenda,& allegorias exprimendas ordinatis,imitatur.

Diſpoſitio inter Deum, Naturã, & Artem in efficienda Monſtra.

Ars in multis Deum,& Naturam imitatur.

Quamobrem crediderim (Tertulliano,Hieronymo,alijſque atteſtantibus)perveteres Ethnicorum Sapientes non paucos multa è Bibliorum codice Hæbræo,Græcoque ſumpſiſſe,ac poſtea fabulis demandaſſe; & veluti oſtenta,Numinibus grata,poſteritati tradidiſſe.Itaque aliqua Divinarum literarum portenta non ſecus ac naturalia ſive ad Sacramenta Theoligica, ac Humanæ Phyloſophiæ ingeniosè abſcondenda, nè *Margaritæ ante* jumenta *mitterentur*, ſivè ad ſuperſtitionem fovendam, ac Idolatriam confirmandam imitati ſunt. Monſtra hæc tam à Deo,à quo *omnia,& ſine* quo *nihil*, quam à Natura, ut diximus, & ab Arte diverſimodè,ac mirum in modum efformata reperimus. Quæ deinde hominum ingenia,in rebus reconditis nimis curioſa, nunc ſacris miſcendo profana, nunc naturalibus fabuloſa,atque ad gignendum impoſſibilia,metallis, marmoribus,eiconibus,lignis,tabulis,telis,paginis ſucceſſivibus tradidere.

Ethnici ſapientiores etiam Bibliam ſacram rimati ſunt.

Matth. c. 7.

Ioann. c. 1.

Curioſa ingenia nunquam acquieſcunt.

Horum uſum qui ante legem gratiæ,ſecluſa omni veri Numinis Fidè, contemplati ſunt ſecundum ejus initia,ac ſimplicia,& rudia Symbola,animalium nempè,ſiderum,vel rerum aliarum, quæ *Hieroglyphica*, hoc eſt *ſcripturas ſacras* appellârunt,nondum Chymericis mixta corporibus,pervetuſtiſſimum omninò eſſe pari voto affirmant.

Uſus rudium Symbolorum vetuſtiſſimus.

 Com-

Ægyptij, & Chaldei incultorum Symbolorum inventores.

Communis, concorſque ſcriptorum conjectura Ægyptios, & Chaldeos, qui in Schola Memphitica philoſophati ſunt, ante expreſſam notarum, aut Characterum inventionem, & ſcripturæ uſum, reperijſſe teſtatur. Nec alia de cauſa, niſi quia ab imperita multitudine ſancta; & arcana Sapientiæ Myſteria, quæ puris animis, ac manibus eſſent colenda, & ab ijs duntaxat intelligenda, qui ſacris initiati eſſent, facilè profanari, turpe Sacrilegium exiſtimabatur. Incomptis tamen eorum initijs (qualia ſolent eſſe rerum penè omnium principia) tanta profectò cum venuſtate, & apparatu accuratam expolitionem, ornatumq; Grçci adjecere, ut poſteriores Græcorum cogitationes prioribus his, & fermè incultis Ægyptiorum ſignis præferre non dubitemus.

Eorum expolitio, & ornatus à Græcis.

Eo enim factum eſſe creditur, quod etiam invento ſcripturæ uſu à curioſis quibuſcumque ingenijs, ſed maximè Philologis, Imperatoribus, Ducibus, quibus comptior quædam literarum cognitio, rerum meliorum elegans, & culta natura placuit, auctus ſit, & aſſervatus, non ſine literarum politiorum venuſtate & gratia, his Hieroglyphicorum uſus.

Magnatibus res cultæ placent.

Sæculum quoque noſtrum ſua ingenua edidit ingenia, longè amplius antiquorum doctrina, & arte nobilia, ac perindè in ſimilibus ipſam Græcorum vetuſtatem elegantioribus Syntagmatibus, appendicibus, inventionibus, ſuperantia. Non meum eſt hoc argumentum, ſed Lucij Senecæ, qui duobus dicterijs planè his verbis ita concludit. *In omni negotio longè ſemper à perfecto fuere principia.* Item ulterius inquit. *Creſcit cum amplitudine rerum vis ingenij.* Quam diſceptationem, tali modo in partem affirmativam flexam, licet non omnes admiſerint, quidam tamen Neotericus Italus, acri, ſubtilique pollens ingenio, per 20. capita, ſeu quæſtiones nativo idiomate, ac ſatis copioſè, & animoſè eam probat. Nam adductis hinc inde pro qualibet parte rationibus, recenſiora ingenia rebus omnibus, nimirum contemplativis, activis, factiviſque (hoc eſt Grammatica, Dialectica, Logica, Theologia, utrâque Philoſophia, naturali, ac morali: Medicina, Principibus, Rebuſpublicis, Legiſprudentia, arte Militari, ac equitandi: Hiſtoria, Poeſi, orandi peritia, Agricultura, Architectura, variarum rerum ornamentis, Statuis, Picturis, ac veſtibus) vetuſtiora antecellere pulcherrimo ardine oſtendit.

Sæculum noſtrum vetuſtiore nobilius.

Probatur.

Sen. apud Taſſon. lib. 10, quæſt. 1.

Ferè rebus omnibus recenſiora ingenia antiquioribus meliora.

PORTENTA DIVINA.

Qui autem altiori, ac præſtantiori mente, ſecluſa quacunq; ſuperſtitionis umbra, ſuperna, ac cœleſtia contemplantur, ab ipſis ſanè Divinæ ſcripturæ paginis *Spiritus ſancti* afflatu exaratis, rudium, perfectorúmque Symbolorum, formis impoſſibilibus inſtar Chymerarum compactorum (inter quæ non pauca æternæ iracundiæ ſecreta, ſicut nonnulla Pietatis quoque indicavere myſteria) natalitia perveſtigabunt. Quorum multa deindè in ſtatu Redemptionis humanæ apud Legem novam inſtaurata inveniuntur.

Initia rudium, perfectorúmq; Symbolorum à ſacra Scriptura.

Inter

Inter cætera veteris Teſtamenti corpora, monſtruosè efformata, præcipua ſunt ſex: unum apud Ezechielem, quatuor apud Danielem, poſtremũ verò apud Regẽ Nabuchodonoſor (quod licet Danielis Somniũ præceſſerit, illud tamen dignitatis gratiâ ex parte videntis ei anteponimus) & omnia profectò cœleſti viſione exhibita. Sex Portenta ex veteri Teſtamẽto.

Quadrigatus Ignis, ſeu Dei ardens Currus, quem prior anno Babylonicæ captivitatis 30. obſtupeſcens vidit, quanto in ſanctis animalibus, quibus admirandum in modum movebatur, prodigioſior apparebat, tantò plenior ſemper inventus eſt ſacramentis. Animalium compages adeò monſtrosè componebatur, ut quodlibet facies quatuor (hoc eſt Leonis, Hominis, Bovis, & Aquilæ) totidémque alas (Joannes dicit ſex) ſub quorum pennis manus humanæ videbantur, vituli plantas expreſſerit. Ipſorummet Sanctorum animalium corpora, quæ ſub forma Cherubica ulterius idem Propheta vidiſſe teſtatur, erant oculis plena, ad inſtar fictorum Argorum, cum tota rotarum machina, ſuper qua Gloria incarnandi Dei, & incarnati Verbi, prorumpens è duobus *Luminaribus* unum *Majus* quod eſt Divinitas, alterum *Minus*, quod eſt Humanitas, ferebatur; ac ſemet ſub obſcuriſſimis metaphoris detegebat. 1. Quadriga Dei in Igne. Ezech. c. 1. Apocal. c. 4. Cap. 10. Arcanum hujus 1. portenti ſecundum ſonum literæ. Gen. c. 1.

Efferum Danielis oſtentum, quod anno 1. Baltaſſar Regis Babylonis vidit per ſomnium intra ſuum cubiculum, quatuor cœli ventis in mari magno pugnantibus, quatuor grandium Beſtiarum ſimulacris inter ſe diverſis, ac de Neptunni regno aſcendentibus, conſtruebatur. Beſtia prima, cui alæ Aquilæ inerant, Leænæ, Vrſi altera tribus dentium ordinibus, quibus carnes plurimas comedebat: Pardi tertia alarum quatuor, totidémq; capitum; poſtrema verò Feræ terribilis, mirabilis, fortis, nulli terrarum Orbi conformis, dentibus ferreis, magniſque comedens, ac comminuens, & reliqua pedibus conculcans, ſimilitudinem exprimebat. In his Monſtris, & in alijs eorum circumſtantijs, in textu contentis, juxta concordem ſacrorum interpetrum ſententiam oſtendit Deus Prophetæ quatuor Mundi portentoſas, ac Beſtiales Monarchias, earumque initia, progreſſus, robur, immanitatem, mutationem, interitum. IV. Portenta ex Danielis cap. 7. quatuor Beſtijs compacta.

Prima Aſſyriorum Monarchia à Nymroth condita, cæpit exiguis initijs anno Mundi (ſecundum uſitatam apud nos numerandi rationẽ) 1786. A diluvio poſt conditam Babel anno 130. conſtititque cæteris diutius, licet varient Hiſtorici in annorum adductione. Etenim à Nino primo ejus Monarcha uſque ad Sardanapalum ultimum ſtetit annis 1330. Euſebius dicit 1240. Juſtinus 1300. Diodorus 1400. Oroſius 1160. Ita Bellarminus, apud quem Diodorus citatur lib. 2. ſed Franciſcus Ribera, adducens librum, & caput 7. ejuſdem Diodori, annos ponit 1360. Divus Auguſtinus autem 1305. ſed intelligit (aduerit idem Ribera) numeratis annis Beli Patris Nini, qui juxta Beroſum, & Meteſtenem regnavit annis 62. quibus QuatuorMundi Monarchiæ, ac earum durationes. 1. Parte Chronolog. In Nahum. c. 2. 18. de Civit. c. 21.

bus ſeductis,reſtat ferè Euſebij numerus,ſecluſa tantum trium annorum differrentia;quæ quidem poſſet etiam includi ex calculatione Bellarmini, aientis:Belum (quem probat eſſe Nemrothum Babylonis conſtructorē,ſicut Ninum,ejus filium,Aſſur eſſe:qui ædificavit Niniuem) regnâſſe an. 65. Majolus verò,neſcio quo nixus fundamento, 1648. hanc durâſſe Monarchiam aſſerit (niſi fortè potiùs typographus quam ipſe errârit) quibus elapſis,inquit,concidit,à Medijs deſtructa. Monarchia Medorúm,atq; Perſarum, ſeu Babyloniorum poſt Sardanapalum cæpit bipartitè ann. Mundi 3094. deindè reunita fuit ſub primo Cyro, & Dario,qui Cyrus eam conſtituit ann. Mundi 3425. alij 3434. poſt occupatam Babylonem,& interfecto ultimo Aſſyriorum rege Balthazaro, qui Herodoto eſt Labynithus. Magnus deinde Alexander tranſtulit Imperium in Græcos. Hinc patet reunitam Monarchiam durâſſe annis uno,& nonaginta ſupra centum. A principio verò, hoc eſt ab Arbace primo Monarcha uſque ad Magnum Alexandrum perſeveravit annis quadringentis nonaginta quinque. Nam ex annis trecentis quatuor Monarchiæ bipartitæ, & ex annis centum nonaginta & uno ejuſdem reunitæ conflantur anni 495. ſed à Cyri conſtitutione duravit annos 200. & interijt.

Tom. 3. coll. 2. — *2. Monarchia.* — *Ioannes Lucid. in Chron.* — *Maiol. ibidem.*

Monarchia Græcorum ab Alexandro Magno confecta ann. Mundi, vel 3634. vel ut Bellar. 3657. qui annis VII. eam acquiſivit,totidemque (aut ſecundum alios V.) regnavit: ſtetit, antequam infumos abiret,annos 286 vel 235. juxta Euſebium, qui hoc temporis ſpatium ab eodem Alexandro uſque ad Philippum ultimum interponit.

3. Monarchia loc. cit. — *Loc. cit. apud Lucidum.*

Poſtrema Romanorum Monarchia ſua initia diverſimodè agnoſcit. Aliqui putant ea fuiſſe poſt Philippum, ultimum Syriæ Regem ann. Mundi 3894. in quibus Alexandri Monarchia expiravit. Conveniens enim erat, inquiunt,ut ibi ſequens inciperet,ubi præcedens deſierat. Alij verò à Cajo Julio Cæſare ann. Mundi 3919. qui primus apud Romanos ſingulare obtinuit imperium, & à quo Romanorum Principes appellati ſunt Cæſares,ejus natalitia inchoavere. Alij denique exordium ejus ſumunt ab Octaviano Auguſto ann. Mundi 3941. poſt ſubjugatam Ægyptum. Nam tunc planè defecit in Ægypto Regnum ab Alexandro Magno deductum. Quæ opiniones ita conciliari poſſunt. Monarchia Romana poſt Syriam poſſeſſam incepit,ſed leviter, hoc eſt quadam prævia diſpoſitione. Nihilominus ſecundum annorum calculos, Romani Imperij dandum eſt ei initium à Julio Cæſare,primo ejus Imperatore. Demum in Octaviano Auguſto poſt devictum Antonium,& Cleopatram eam auctam fuiſſe affirmandum: ac deinde ab eodem ſecundum rationem incrementi principia ſumpſiſſe fatendum.

4. Monarchia pro qua triplex opinio affertur. — *Opiniones conciliantur ex eodem Lucid. loc. cit.*

Ex his ulterius inferimus,quod ſicut hujus Monarchiæ nativitas diverſimodè ab hiſtoricis deſcribitur,eodem quoque modo ejus obitus eſt

Aliam conſequentiam Auctor ſub infert.

ſumendus. Propterea quod cum ipſa in Oriente viguerit poſt ejus declinationem in Occidente,translato jam Imperio ad Byzantij Civitatem Thraciæ Metropolim à Magno Conſtantino, in interitum lapſa non niſi ſecundum alteram partem eſt dicenda. Poſſidentibus Romanis Syriam,ab ea uſque ad Julij Cæſaris Imperium anni ferè 45. fluxerunt. A Julio autem Cæſare uſque ad JESVM Chriſtum cucurrerunt anni 46. Demum à JESU Chriſto uſque ad Carolum Magnum tranſiere anni 800. Qui cum præcedentibus calculatis efficiunt annos 891. Totum hoc tempus aſſignamus Romanæ Monarchiæ,nunc pleno nunc ſemipleno robore eam viciſſim percipiendo. Atque ab ea auferendo Caroli Magni tempora & Imperatorum Orientalium,quorum dominium viribus deſtitutum duravit uſque ad annum 1452. Tunc enim,Conſtantino XI. regnante,Maumethes Rex Turcarum totum evertit Orientis imperium, atque capta fuit Conſtantinopolis in ipſis ferijs Pentecoſtes, ſic Deo ulciſcente perfidiam Græcorum circa Proceſſionem Spiritus ſancti à Patre & Filio.

Enarratio digna ſcitu.

Quando capta Conſtantinopolis à Turcis.

Bell. 2.p.Chron. ad ann. 1452.

Simon Majolus,Epiſcopus Vulturarienſis inquit, Monarchia Romana ſumpſit à Julio Cæſare initium ann. Mundi 3920. & annos 1649.(Error eſt librariorum,vult enim Majolus illud tempus indicare,in quo hæc ipſe ſcribebat,hoc eſt tempus Rudolphi II. tūc enim ipſe floruit & ideo ſubjunxit) & uſque ad hæc noſtra tempora duravit. Itaque Auctor iſte,nulla habita differentia,nec diviſionis, nec declinationis, nec totalis excidij potentiæ,ac Divitiarum Imperij Romani, tamdiu hanc Monarchiam conſiſtere autumat, quamdiu durabit ejus Monarcha. Quod etiam hoc eodem modo nos fatemur, enimuerò ſicut inter Monarcham & Monarchiam denominationes adeo reciprocantur, ut alter ab altera, hæcque ab eo nomen ſumpſerit,ita etiam remanente,ac perſeverante capite,corpus Politicum nec ſecundum rationem juris dicitur deperditum, nec ſecundum denominationem partis principalioris. Ad quam tot ejus dominia, vel tyrannicè occupata,vel alio titulo acquiſita, ſuapte natura reſpiciunt. Et quotieſcunque occopantur, juſtè poſſunt acquiri, & quotieſcunque vacant,legitimè ad ImperiumRomanum,ejuſqueMonarcham devoluuntur. Hoc autem certò ſcimus, & tanquam rem compertam ac ſacris paginis conformem abſque ulla hæſitatione credimus, omnia Regna,Ducatus,Urbes & imperia terminum habere,à Deo ſibi conſtitutum. Et oſtendunt omnium temporum Chronologiæ, rarò conſtitiſſe aliquod Regnum,& Imperium abſque inſigni aliqua mutatione ultra 500. annos. Imò ſingulis 50.annis aliquam inſignem mutationem Reſpublicas ſentire animadverſum eſt. Et videmus quaſdam cadere, quaſdam rurſus emergere,& interitum unius imperij aut Civitatis eſſe alterius incrementum.

Tom. 3. coll. 2.

Monarchia Romana quanto tempore duratura.

Deus terminum ſtatibus impe- rijſq; conſtituit.

Regnorum mutationes haud raro eveniunt.

Inſignes etiam non Politici tantum,verum etiam & Eccleſiaſtici ſtatus mutationes in Romana hac Monarchia apud Onuphrium, Teophraſtum

Onuphrius. Theophraſtus.

ſtum,& alios alicubi extant; uſque adeo, ut in Romanorum pręſertim Pontificum etiam nominibus memorabilia extent myſteria, ac proportiones, quæ fatales quaſdam ſtatuum mutationes portenderunt, *omnia quidem*, inquit Salomon, *tempus habent, & ſuis ſpatijs tranſeunt univerſa ſub ſole.* At nos temporum illorum, ac ſpatiorum terminos ignoramus, ſed non omninò; ita ut eventus quoſdam, ruinaſque Regnorum conjectari non poſſimus. Illam Sapientis ſententiam, aſſerentis, ſæpenumero fieri, *ut ad Regnum natus, de ſolio deturbetur, alius ex carcere ad Regnum evehatur*, tam exempla inter Reges, & Principes uſitata, atque ab hiſtoricis omnibus decantata, quam conjecturæ ejuſdem Salomonis, ajentis, *Regna à gente in gentem transferri propter injuſtitiam, injuriam, contumeliam, & dolum*, haud raro comprobant.

Eccleſ. 3.

Eccleſ. c. 4.

Loc. cit.

VI. Portentum, V. conforme.

Sextum Nabuchodonoſor Portentum, ſeu prodigioſum ſomnium, coincidens cum precedenti, Daniel ipſe expreſſius Regi, quam Rex (convocatis ariolis, magis, maleficis, & Chaldæis, quibus tantum dixit, *Vidi ſomnium, & mente confuſus ignoro quid viderim*) Danieli enarravit, quinimò interpretatus eſt. Unde ſufficiens nobis erit hic obiter ſolùm brevem paraphraſim, junctâ ſimul noſtri Lyrani, poſtillæ ſacræ Principis, aliorumque gloſsâ, ne moleſti lectori evadamus, addere. Statua à Rege viſa erat magna, & ſublimis propter ejus Regni amplitudinem, & altitudinem. Aureo capite ipſa eminebat ratione divitiarum. In ejus pectore & brachijs ex argento, in ventre, & in femorib⁹ ex ære, in tibijs ex ferro, ac in ambabus pedũ partibus, altera ferrea, altera verò terrea, ſuccedentium Regnorum, hoc eſt Medorum, Perſarum, Græcorum, ac Romanorum ſymbola egregiè exprimebantur. Sed hoc poſtremum ferreo robore domuit Imperia, è quorum ruinis, uti olim Rhodos è ſtatuarum interitibus Coloſſum Solis, unicum tantum effecit Imperium: Ac inſuper totum orbem vi ſapientiæ armorumque optimique regiminis ſibi ſubjecit. Omnem enim hominem, undecumque ad Romanos venientem juxta valorem ſuum debito honore afficiebant. Et propterea Viri illuſtres ex omnibus Mundi partibus amicitiæ ac Politiæ Romanorum ſe jungebant.

Dan. c. 2.

Paraphraſtica dilucidatio.

Extrema Orbis Monarchia ſymbolo ferri expreſſa.

Sagacitas Romanorum cum extraneis.

Quod exemplum, ac documentum ſi omnes Principes amplecterentur, pluriſque, uti deberent, eum facerent, equidẽ viles perſonas, improbos homines, malæ famæ viros procul à ſe omninò expellerent. At contra cęteros, ſive literarum probatarum facultate, ſive arte mechanica, aliave excellenti virtute pollentes, qui eorum gloriæ, ſtatui, ac ſubjectis tribuere poſſent incrementum, non tantum precipua humanitate tractarẽt, verùm etiam ardenti cupidine expeterent.

Mirabile Politiæ exemplum.

Documentum Principibus, Populiſque utiliſſimum.

Sed dũ Ferreo Imperio teſtaceam fragilemq; mixturam ſimul intueris, utere, dolenti carmine Senecæ, *Quiſquamne Regno gaudet? ò fallax bonum*

Sen. Trag.

num

num quantum malorum fronte tam blanda tegit. Cernimus enim noſtris oculis, *quod ſicut in principio* (inquit interlinearis Interpres) *Romano imperio nihil fortius fuit, aut durius: ita in fine nihil debilius.* Dum verò audis, ad unuius lapidis ictum, de monte ſine manibus abſciſſi, comminutam teſtam, & ferrum, & æs, & argentum, & aurum, totamque ſtatuam ad nihilum confeſtim redactam, admirare Dei patientiam, quęquanto magis Principum ſcelera longanimiter ſuſtinet, ut emendentur, tanto amplius deindè in eorum interitum potenter excandeſcit, ut funditus deſtruãtur. Et ſicut ipſi haud rarò pro nihilo habent Divina, ſic Deus eodem modo parui ſæpius facit Principes, quorum regna, ac tyrannides rebus minimis, ranis dumtaxat, muribus, culicibus corruere, ac deſolari permittit. Una Muliercula Sicula pauperrima, quæ quidquid aut lanæ, aut lini ſordidum erat aqua purgabat, Reges Neapolitanorum ex ſtirpe S. Ludovici Francorum Regis in totale exterminium redegit. Modum apud Petrum Matth. Lector inveniet.

Glos. Interl.

Principes parui facientes Divina parvis rebus deſtruuntur.

Petrus Matth. hiſtor. Gallus.

Alia duo Portenta ex nova lege.

Lex etiam nova, & maximè in libris Revelationum Evangeliſtæ Joannis multa prodit oſtenta, è quibus duo tantum hoc loco ſelegimus enarrare. Sextus Angelus, quem exul Apoſtolus vidit, adeò in ſuo eſſe corporeo, quod aſſumpſerat, à vera, ac convenienti membrorum compage alienus apparuit, ut nec ullus Monſtrorum Africæ, imò totius Univerſi tale figmentum intra immenſum naturæ Seminarium repererit: nec aliquis Poetarum unquam ſumniaverit. Quippè qui in parte ſuperna erat nube amictus, in capite geſtabat Iridem, ejus facies Solem exprimebat. At in parte inferna pedes ejus tanquam columnæ ignis videbantur, quorum alter, nimirū dexter ſuper Mare, alter verò, hoc eſt ſiniſter ſuper terram plantam firmabat. Portentum hoc cum alijs ſuis circumſtantijs, in textu expreſſis, antiquæ Gloſſæ nunc literaliter Juſtini ſenioris, nūc moraliter boni Principis Eccleſiæ Romanæ Symbolum faciunt. Et meritò quidem, nam poſt anteſcriptas totius Eccleſiæ ærumnas, immediatè eidem Joanni à quinto Angelo factas, ejus initialis conſolatio à ſexto Angelo, hoc eſt Juſtino ſeniore annunciabatur.

Apoc. c. 10.

Interpretatio literalis, & moralis.

Angelus Juſtinus ſenior Imperator, & pluſquam Homo.

Angelus ſanè vel ſaltem pluſquam Homo Juſtinus Trax, *à Deo miſſus*, tum ad abolendā ab Eccleſia tyrannidem, tum ad Fidem Orthodoxā reſtaurandam. Imperavit ipſe poſt Anaſtaſium Hæreticum Arianū an. 10. Ardens autem Chriſtianæ Religionis amore juſto ſanè, ac auguſto Zelo incanduit in Arianos, nunc armis & ſcriptis, datis Epiſtolis, ac diplomatibus, eos in Mari, & in terra ubicunque ejus extendebatur auctoritas, acerrimè perſequendo: nunc precipuè in Orientis partibus, ubi ſedes imperij vigebat, eorum Eccleſias auferendo, quas Catholicis Epiſcopis tradebat, ut conſecrarentur.

Ejus Imperium.

Ejus amor pro Chriſtiana Religione.

Ejus Zelus contra Acatholicos.

Quid plura? Diſcant, diſcant Principes ab hoc Cæſare, titulo, & re optimo. Vix Juſtinus è Carcere, quibus eum prædeceſſor mancipaverat,

E carcere Juſtinus ad Imperiū evectus.

ad Thronum aſcendit imperij, quod ſubitò non ſolum profeſſorem Concilij Chalcedonenſis aꝗurum ſe declaravit, verum etiam omnium Catholicorum proteꝗorem, uti pluribus operibus comprobavit: ſtatim namque, Hæreticos exagitando, illos ab exilio revocavit. Quin & Ioannem Papam (pro cujus precibus quidquid ſupererat perficiendum intermiſit, ne propterea omnes Chriſtiani in Italia à Theodorico Gothorum Rege Ariano miſera internecione necarentur) ad ſe ab eodem Theodorico miſſum, quem poſtea nefarius Rex interfecit, & Martyrem effecit, humillimis obſequijs excepit. Iberos Chriſtianos à Perſarum perſecutione defendit: *Lecorum* Regi Chriſtiano facto titulum, & ornamenta imperialia tribuit; ac demum ex hac vita quàm pientiſſimè deceſſit.

Inſigniora Juſtini facinora.

Magna vis boni comunis etiam in rebus Fidei.

RarumChriſtiani Principis facinus.

Ergo Angelus fortis Juſtinus, robore imperialis Diadematis exornatus. Deſcendens de Cœlo Militantis Eccleſiæ per ſancti lavacri regenerationem. Nube gratiæ baptiſmalis amictus. Iride tamquã pacis ſymbolo, quam Eccleſiæ annunciavit, redimitus. Solis facie, hoc eſt Fidei ſplendore circumdatus. Stans pedibus inſtar columnarum ignitarum, nempe affectionibus (his namque, uti pedibus corpus, movetur & anima) in fide firmis, ac in charitate erga proximos ardentibus. Dextro ſuper Mare, ſiniſtro ſuper terram, vel quia ejus Auctoritas medijs Epiſtolis, ac diplomatibus in Maritimis Inſulis, Terræque habitatoribus conſtans ſemper ac firma viſa eſt pro Religionis Zelo. Vel quia dum *Populi multi*, aquis Maris comparati, ac baptiſmatis lavacro abluti, innumerique Pagani terrenis deſiderijs reperirentur innixi, ipſe tamen magis illis, quam his favorabilis extitit, ac beneficus.

Pulchra correſpondentia Figuræ cum re figurata.

Concluſio paraphraſis.

Optimus quoq; Eccleſiæ Romanæ Princeps, Pontifex ſcilicet huic Portento Angelico perbellè, moraliterque comparatur. Ipſe namque Summa gaudet poteſtate, quæ à Deo ſibi datur. In eo ſimiliter amictus nubis eſt Divina protectio; Iris capitis fœdus illud, quo Eccleſiam, ac Magnates tranquillat: pedes columnæ ignis, alter ſuper Mare, alter verò ſuper Terram, ſtabilis charitatis affectio, ejuſque auctoritas, ubique extenſa: Liber manus vis arcendi malos per diplomata: magnæ vocis clamor, cui ſeptem tonitrua reſponſa dedere, cenſurarum promulgatio formidanda in Hæreticos, ac rebelles, Prælatorumque univerſitas, quibus etiam reſpectivè poteſtas excommunicandi ineſt.

Secunda comparatio moralis inter hoc Portentum, & Romanum Pontificem.

Devs, inquit Franciſcus Petrarca, *nullo magis læſus iraſcitur quã ſuo Vicario.* At contra ſuæ Clementiæ manum probis Pontificibus extendit propter bonum ipſorum, ac totius Eccleſiaſticæ Monarchiæ incrementum. Quæ autem nunc de hac Monarchia uſque ad diem noviſſimum ſupererunt, nihil aliud ferè conjectari poſſunt, quam mutationes cùm in politico, tùm in ſpirituali regimine: licet hoc quantumvis exiguum, ac diminutum, nunquã funditus corruerit, habebit enim baſim uſque ad Mundi fi-

Petrar. in ſuis Epiſtolis.

di finem ſupra firmam *Petram,adverſus* quam *inferorũ Portæ* nec modò,nec unquam etiam Antichriſti tempore *prævalebunt*. Matth. c. 16.

Habent ſanè Principes ſuas virtutes,habent quoque ſua vitia,ſunt enim homines,ac in ſolum Deum cadit omnis perfectio. Sed Virtutum,ac vitiorum incrementa pari paſſu (contrariorum enim eadem eſt diſciplina) aut bonorum, aut malorum eventus à capite ad totum corpus politicum, & Eccleſiaſticum augmenta tranſmittunt. Hæc quidem non Aſtra, aut conſtellationes,non aſcendentia,aut orbium cœleſtium imagines,harumque aſpectus Imperijs augurantur, quibus etiam Papiſmus viciſſim nunc felix,& nunc infelix experitur: Sed ut diximus Virtutes,aut Vitia. *Valentior* enim (inquit Seneca) *omni fortuna eſt animus, qui in utramque partem res ſuas ducit, beatæque ac miſeræ vitæ ſibi cauſa eſt.* Potens ſermonibus, & exemplis cujuſcunque Principis animus ibi ſubjectos flectit,ac Monarchiam,ubi ſemetipſum dirigit: ſi ad malum,malum prognoſticum ſibi ſuiſque auguratur; ſi verò ad bonum,bonum,beatumque exitum utrinque indicat.

Comminæus tract. de officio, & Virtute Principum

Seneca in Epiſt.

Aliud Monſtruoſum Portentum, valdè mirandum,ab altero ex ſeptem Angelis,ſeptem phialas deferentibus,exuli diſcipulo monſtratum eſt. Deſcribens enim Vrbem Romam(non quę nunc eſt poſt Chriſti confeſſionem,ſed quæ tunc erat, cum hæc oſtendebat Apoſtolo) ejuſque ſeptem Montium ſitum,qui ſunt Palatinus, Quirinalis,Aventinus,Cælius,Viminalis,Aſquilinus,Janicularis,quadruplici uſus eſt metaphorâ. Nimirum Meretricis Magnæ, Beſtiæ ſeptem capitum (quam Draconem ante vocaverat,non ſecus ac Hydræ fabuloſæ Poetarum) Babylonis grandis,& Matris fornicationum.

Apoc. c. 17.

Septem Montes Romæ.

Cap. 12.

Quæ quidem ſimilitudines adverſus illam Civitatem tunc temporis recto ordine conveniebant. Quando enim erat Regina,& Idolatriæ caput, & perſecutrix Chriſtianorum, rectè eam & Babylonem, & Meretricem, ſuper Beſtiam ſeptem capitum ſedentem, & Matrem fornicationum, & abominationum contra recenſiores Acatholicos (qui in hac re non ſine ignorantia, vel potius malitia nullam temporum diſtinctionem interponunt) appellata eſt. Erat ſanè illa tempeſtate nominibus blaſphemiæ plena, regnum enim Diaboli blaſphemijs abundabat: nam Imperatores Romani, & qui eos in Monarchia præceſſerunt ſemper tanquam Dæmonis membra verum Deum blaſphemabant, juſtos perſequebantur, Deoſque ſe appellabant, atque in Templis adorari volebant. Ita Proſper Aquitanicus in dimidio temporis, qui addit. *Cum mortales licet Reges in ea dicantur Divi,eiſque ſupplices dicant,Numini veſtro, Altaribus veſtris, perennitati veſtræ, & cætera, quæ vanitas non veritas tradidit, atque execrabilia ſunt; hæc enim æterno Deo debentur.*

Franc. Rib. in cap. 14. Ap.

Legatur Riberà loco cit. & in cap. 17.

Cap. 7.

PORTENTA NATURÆ, AC ARTIS, SEV FABVLOSA.

Res monſtruoſæ Naturæ pariunt admirationem.

TOtum id,quod Natura ipſa monſtruosè producit,ſive deficiendo,ſive excedẽdo in ijs,quę nec uſus, nec intẽtio admitteret(etiã quod multas ſimul propterea hæreſes gigneret)admirandũ ſanè,ac miraculoſũ prędicatur. Hæreſes, hoc eſt errores naturalia monſtra nuncupamus, quia in natura errorem facit caſus,ſicut in homine fortuna,ut cum bonus alioqui Grammaticus,tamen barbariſmum,vel ſolæciſmum loquendo temerè facit. Phyſici monſtra vocant ea corpora naturalia,quæ non habent juſtum ſitum membrorum; neque conſuetam naturæ proportionem partium. Cœlum,Terra,Mare,Aer,Hominum genus,Brutorum cætus,Piſcium Soboles, Aviumque Conventus poſſunt equidem ampla,ac pulcherrima rerum mirabilium Naturæ dici Theatra. Verum ſi in ipſis aliquando,veluti inſolita intermedia, ejus errores non repræſentarentur, rerum varietas profectò delectaret,ajente Quintiliano, *Reficit animos,ac reparat varietas,gaudent res variatæ*,ſed certè modicum ſtuporis nobis pareret. Omnia enim ejus opera quantumvis conſpicua,ſi conſueta fuerint,nimia aſſiduitate nobis profectò vileſcerent.

Errores Naturæ mirantur, variæ autem res gaudent.

Lib. 1. c. 12. & Lib. 9. cap. 1.

Maiol. tom. 1. coll. 1.

Formicas fieri,eaſque more Reipublicæ creſcere,tanto miraculo haberi debet(Dei virtute,atque ſapientia perſpecta)quanto reliquarum creaturarum procreatio habenda eſt. Muſcam Soli(Scotus addidit etiam Cœlo)eſſe præferendam,ſcribit Auguſtinus. Habet enim animam,qua maximè exigua vegetat membra: huc atque illuc pro naturali appetitu tantillum corpuſculum ducit: currentes pedes in numerum movet: volantis pennas modulatur, ac vibrat; ſed in tam parva, ac aliquando penè inviſibili ſubſtantia tam magnum eminet,ut cuivis fulgori, perſtringenti oculos,ſit præferendum. Sol verò, quia inanimis,nec vivit, nec vegetat,nec ullâ animantium prærogativâ potitur.

Scotus.

Lib. de duabus animabus contra Manich. c. 4.

Muſcæ deſcriptio.

Res naturæ mirabiles,quando ſunt inſuetæ.

Nihilominus eò profectò mirabilior apparet Natura, quo à conſuetis legibus in ſuis facinoribus degener videtur. Ubi enim ſæpenumerò errare cernitur,identidẽ quoq; peregrinis opinamentis,ac novis admirationibus etiam nobiliſſima ingenia(nedum ruſticana,ac plebeia) admirãdum in modum afficit. Portenta,quibus tam crebrò aer exornatur(de illis quæ ſupernaturaliter fiunt haud loquor) & ad Metheoriſtas pertinent, vocantur volantes Dracones, viribus ignis lubricè circumducti; Cometæ, ſive crinitæ, ſive barbatæ, ſive cum cauda; Stellæ cadentes; ſaltantes capræ; trabes ignitæ; ignis fatuus; candelæ accenſæ; fulmina, tonitrua, pluvia lapidum,lanæ,animalium, ſanguinis; venti, & his ſimilia. Hæ tamen res indies antiquorum Philoſophorum circumferunt diſceptationes, quibus neoterica ingenia cum non ſatis acquieſcerent, nova ac ſubtiliora opinamenta

Impreſſiones metheorologicæ aeris quæ.

Cometes triplex.

menta

menta quotidie mirificè adinveniunt. Et nihilominus Naturæ curſum hæc non excedunt, ſicut excedunt hominum intelligentiam.

Monſtra, quæ hominibus contingunt, quanto horribilius, ac rarò gignuntur, tantò prodigioſiora, ac mirabiliora vocitantur. Accidunt autem aliquando, Deo ita diſponente, in alicujus criminis deteſtationem. Cujuſmodi narrat Petrus Damianus Archiepiſcopus Ravennas, & Cardinalis in hæc verba. *Robertus Gallorum Rex propinquam ſibi copulavit Vxorem, ex qua ſuſcepit Filium, anſerinum per omnia collum, & caput habentem, quos virum, & Vxorem omnes fere Galliarum Epiſcopi communi ſimul excommunicavere ſententia. Rex igitur his coarctatus anguſtijs, ad ſanum conſilium rediens, divertit inceſtum, inijtque legalè conjugium.* (Monſtra humana. Libellò de miraculis.)

Grande volumen edere neceſſarium foret, ſi omnia naturæ monſtrà ſingillatim hic afferre tentaremus, quæ inter mortales utriuſque ſexus, ac inter quadrupedia, reptilia, piſces, & volatilia Hiſtorici naturales connumerant. Pygmeorum enarratio apud ſcriptores magni nominis pro vera, ac indubitata habetur. Procreatio Gigantum ex ſacris paginis trahit originem: licet quantam in proceritatem exurgant vereor ne Ethnici Scriptores fabuloſa conſcripſerint. Scio Strabonem irriſiſſe Magaſthenem, narrantem varias hominum formas in ore, in auribus, in plantis, totoque corpore. Verum Strabo facilè convincitur numero eorum & authoritate, qui de rebus hujuſmodi conſcripſerunt. Mela dicit, Blemios absque capite eſſe, vultus autem partes illis eſſe in pectore. Solinus idem tradit. Sunt, inquit, qui cervicibus carent, & in humeris habent oculos: atque ante hos omnes nonnulli itidem ſcripſere, quos recenſet Aulus Gellius. Plinius apertis verbis id aſſerit frequenter. Hujuſmodi gentem S. Auguſtinus commemorat. Equino capite compertos homines teſtatur Arrianus apud Ramus. Tom. 1. Cirrados enim Populos ultra Taprobanes ſcribit habitare quoſdam oblonga facie, equinoque capite. Olim Fabio Conſ. Puer natus eſt Elephantino capite, ut habet Livius. (Num. 13. Gen. 6. Lib. 2. Lib. 1. cap. 4. Cap. 53. Noct. Act. lib. 9. cap. 4. Lib. 5. cap. 8. & Lib. 7. cap. 9. De civit. Dei lib. 16. cap. 8. Dec. 3. lib. 7.)

Innumeras alias formas inſuetas hominũ invenimus, nunc canino ore latrantium, ſed reliquo capite bubulò, membra cætera humana, ſed pedes bubulos habentiũ (hos Cynamolgos vocat Plini⁹, cui accedit Gellius. Sed Iſidorus dicit Cynocephalos) nũc uno tantũ oculo gignitorũ, unde vocati ſũt *Monoculi*: monſtroſis labijs & lingua: parte ſupiori humana, inferiori verò belluarum. Hi dicuntur Hippopodes. Nunc imagine Hippocentauri, hoc eſt parte anteriori hominis, poſteriori equina; ac Scipiopedis uno tantum pede, ſaltuatim peniciterque currente, nec poplite flectente creatorum. De quibus multa Auctores citati, & alij quam plures. (Lib. 7. cap. 2. Loc. cit. lib. 9. cap. 4. Lib. 11. cap. 3. Hippocentauri. Scipiopedes.)

Taceam Homines unius manus, uniuſque pedis, illos etiam qui ſine

brachijs,& caudati adnaſcuntur:Sylveſtres,& piloſos,Satyros,ſive Faunos nuncupatos. Et alios innumeros taceam, varijs modijs, ac monſtruosè creatos. Taceam etiam Piſces, humana forma productos,Tritones,Syrenes, Nereides,& Homines marinos. De quibus Scriptores multi,quorum haud pauci,arte nautica callentes,pro comperto aſſerunt juxta hiſtoricam veritatem. Id,quod multis ſæculis omninò viſum eſt fabuloſum. Taceam demum Quadrupedum, reptilium, aviumque Portenta, quorum multa nota ſunt,& multa varijs libris tradita,ac quidem ſcitu facillima.

Diſputatio haud contemnenda.

Celebrem tamen diſputationem à viris Doctis ſciſcitatam,monſtroſi duntaxat an nos ſimus, an illi quos monſtroſos dicimus, breviter tangam. Et quidem dubitandi motivum baſim habet ex hoc. Quæcunque à deſuetudine fiunt,quia novum aliquid ibi miratur mens,ratioque hominis, miraculi quandam ſpeciem præſefert: nam albos & ipſi Mauritani admirantur, nihilominus quam nos ipſos nigro corpore. Sed hujuſmodi admiratio (ſicut in moribus politicis contingit ſæpenumerò) non poteſt utrinq; præbere jus, aut veritatem juſtitiæ,uti & in diſceptationibus Philoſophicis neceſſarium eſt alterum veritati inhærere, tametſi uterque ſibi perſuadeat rectè ſentire: ita in hujuſmodi formis hominum putabant etiam ipſi monſtroſi populi veriorem humani corporis formam ſuam eſſe, monſtroſam autem omnem alienam. At in hoc uti neceſſarium eſt aliquã eſſe veriorem, ita etiam neceſſarium eſt eos falli, qui veram appellant monſtroſam. Ipſa ratio, ipſe uſus ab Orbis origine, ac creatione hominis, monumenta vetuſtiſſima,Sacrarum Moyſis literarum auctoritas,quę omnẽ vetuſtatem excedunt, eâdem formâ hominem procreatum oſtendunt, qua nos ſumus hoc Cœlo. In alijs regionibus,ubi Natura à communi via, & utilitate varijs modis in hominum productionem aberrat, membra à ſua forma corruptione deflexiſſe demonſtrant Philoſophi.

Reſponſio ex Maiolo tom. 1. coll. 3.

Quæſtionis pars altera verior eſſe debet.

Legatur idem Maiolus ſuperius.

Sed illud præcipuè mihi videtur rem acu tangere(ut in proverbio eſt) quod hujuſmodi monſtroſis corporibus monſtroſior ſit rationis uſus ob animi feritatem, ſylveſtrevè vitæ genus; nam ſi id verum eſt, ut ſanè eſt, non eſſe tales, quales ij ſunt, quibuscum utimur, neceſſariò aſſerendum fuerit, beluis proximos eſſe ſimilitudine, qui vitæ conſuetudine beluas imitentur: cujuſmodi monſtra ea omnia ſunt, de quibus diſſeritur. Vereor tamen ne unum quoddam monſtri genus ſibi arroget primæ Originis auctoritatem,nempè ij,qui ſimul & maſculi, & fęminæ ſunt,utriuſque ſexus, aut neutri, putantes ſi alterutrius ſeorſum eſſe ſexus magna Naturæ laus eſt,ita major in eo,qui utriuſque ſit. Verba enim illa,*Maſculum, & Fæminam creavit illos*, ſibi arrogant. Nam & ſub Innocentio III.hæreſis orta, quæ affirmabat,ſexos non futuros diviſos, ſi peccatum Adæ non interveniſſet. Martinus Polonus in Innocentio III. Quamobrem Androgyni, ſeu Hermaphroditi pro monſtris haberi nolunt,quæ tamen præ cæteris longè magis monſtra ſunt, ut magnæ auctoritatis ſcriptores tradunt.

Ratio per locũ, ut ajunt,à comparatione.

Androgynorum hæreſis.

Gen. cap. 1.

Hermaphroditi.

Cauſæ

Cauſæ, quibus per hæc naturalia miracula naturæ arcana, myſteriaque à Philoſophis in medium proferuntur, occaſionē ingenijs dedêre, ut artificio, & fabulâ innumera monſtra efformarent, tanquam ſuorum emblematum, ac reconditarum ſententiarum Symbola. Antiquiora, quæ præ manibus habentur, ſunt innumera. In ea Homo & piſcis Sapientiam humanam ſtultiam eſſe apud Deum oſtendit; Aries verò aurei Velleris divitem indoctum. In Minotauro Ducum conſilia perocculta ſignificabantur, ita Vegetius, inquiēs, *Tutiſſimum in expeditionibus creditur facienda neſciri. Veteres*, ait, *Minotauri ſignum in legionibus habuerunt; quemadmodum ille in intimo, & ſecretiſſimo labyrintho abditus perhibetur, ita Ducis conſilium ſemper eſſe occultandum.*

Ex Andrea Alciato.

Lib. 3. de re militari.

Centaurus, & Chymæra, Cyclops, Geryon, Gorgones, & Arpiæ, Principum Conſiliarios, conſilio & virtute fortiores, & deceptores ſuperari, juſtam vindictam concordiam inſuperabilem, mortemque præproperam, Boni à divitibus nihil timendum apud multos exprimunt. De oculata manu nihil afferre poſſumus præter id, quod Epicarmus Siculus attulit Græcâ cantilenâ, à Tullio adductâ, unde Alciatus ſui emblematis XVI. epigraphe ſumpſit hiſce verbis *Sobrius eſto, & memineris non temere credere, hæc ſunt membra mentis.* Proteum, Pygmeos in Herculem armatos, & Scyllam antiquiſſima quæque commentitia, ſeu veritatis imagines, eos qui ſuper vires quicquam audent, impudentiamque ſignificare, ſcriptores aliqui credidere. Si de Syrenibus loquamur, dicendum cum Fulgentio *tribus modis illecebram amoris trahi, cantu, aut viſu, aut conſuetudine.* Si de Sphinge, ſubmovendæ ignorantiæ Symbolum proferimus. Si de Sue lanifero Inſubrem Metropolis, id eſt Mediolani, Alciati Patriæ, cum ipſo Alciato ideam conſtituimus. Si de Hydra Lerneæ lati ci, ab Alcide ſuperata, aut de Viro cum capite cervino, arcana ferè homicis ſapientis, & facundi, ingenij viribus multiplices Sophiſtarum argutias, & Elenchos, veritatis ſpecie adumbratos, retundentis, aut Sicariorum receptores comptè detegimus. Prætercam Briareum, Gygem aliaque pervetuſta figmenta: Prætercam & neoterica, pro Symbolis, Sacramentorum plenis, erecta, ſive ab Hiſtoria, ſive à Phiſica, ſive ab Ethica deprompta, quibus aliquid petitum à fabulis, aut rerum Naturâ, ingenioſè ad mores ut plurimum traducitur. Hæc enim tanta in dies cum varietate, quantitate, ac conſpicuitate per totum Orbem diſſeminantur, ut magnum opus nonnullorum enarrationi vix ſatis eſſet.

Cicer. 1. Epiſt. ad Att.

Lib. 2. Mytholog. de Vliſſe, & Syrenibus.

Emb. 2.

Triplex Symbolorum genus.

THESIS DILUDITATIONIS.

NUnc Frontiſpicij noſtri Stemma ſupereſt enucleandum, & ejus membra, quorum partes haud paucas è ſacris paginis eduximus, alias verò

Symbolum Aldi Manutij.

verò è fabulis. Typographicam purè, nitidéque in primis renaſcentibus literis AldumManutium Romanum illuſtraſſe,fama ipſa toto Orbe diffuſa,tanti Viri literaturam hucuſque commendans, ac ipſum teſtatur experimentum. Hic Heros ad maturitatis laudem,rerum extremarum hoſtis, ac mediarum partium amicæ, pro ſingulari nota, ac propriâ Delphinum anchorę alligatum ſumpſit.Quod Symbolum antiquitus à Veſpaſiano aſſumptum,in telum, ſeu Saggittam Remorâ circonvolutam,cujus Epigraphe *Maturandum* Alciatus poſtea mutavit. Sebaſtianus Gryphius Lugduni eam artem pervigili ſtudio illuſtriorem fecit; ſuamque ſolertiam nobili Symbolo Gryphi (dextri pedis unguibus Saxum quadratum attollentis: ſubtus orbis, ſeu figura ſphærica, ad cujus partem utrâque totidem alæ; ſeu plumæ adfixæ: addito noemate *Virtute Duce, comite Fortuna,* quæ verba duo vim ſchematis ingenioſi concipiunt) captato ſui nominis Etymo,vel alluſione potius, venuſtè patefecit.

Embl. 20.

Gryphij Lugdunenſis Stemma.

Frobenius. Roſcius.

Eicon ſine vocali Symbolo.

Joannes Oporini typographi gentilitium.

Apud Germanos Baſileæ Frobenius,artis ejuſdem apud ſuos Roſcius, Stemma libris editis affixit erectum baculum duabus arreptum manibus, in cujus apice auicula, & ex parte utraque duo ſerpentes complicati, ſed nullo addito vocali ſymbolo. Credibile eſt virum ſolertem his notis benè dicendi artem,quæ baculo invenitur, quaſi ſepiri, ac colligari ſapientiâ, quæ apud veteres ſerpentis nomine ſignaretur, ſignificaſſe. Joannes Oporinus,eruditus ſanè vir,nedum typographus, Delphino inſidentem Ariona lyræ fides digitis attrectantem ſibi legit; fortè judicans literatorum virorum ſalutem in medijs ac tempeſtuoſis vitæ hujus fluctibus tutam, ac ſecuram: aut etiam eruditos homines à ſuis nonnumquam malè haberi, ab extraneis excipi humanius. Nimis quoque multus eſſem (relictis utriuſque Gallię,ac Hiſpaniarum ingenijs,quæ ſeſe ijs ſuperioribus ęquarunt, vel certè nunquam inferiores habiti ſunt) ſi ſingularium Urbium Germanicarum velim colluſtrare officinas. Alioqui fateor ingenuè plures eſſe vel Coloniæ Agrippinæ, vel Francofurti, vel Spiræ, alijſque celebribus Germaniæ Civitatibus, quarum Typographi eruditis ſuis Symbolis non minus Orbi Chriſtiano ſe ſe commendavere.

Officinæ Germaniæ Symbolis nimis florẽt.

Lib. 33.
Lib 2. cap. 7.
Artis Typographiæ Germania inventrix in Europa,nam antea Indij, & Japonenſes, ut multi recenſiores ferunt,eâ utebantur.
Legatur Maiol⁹ coll.23.pag.551

Et meritò quidem,nam Sabellicus, Volaterranus, Polidorus Virg.& alij tradunt, Joannem Guthembergum Theutonicum,æquaſtri virum dignitate,primum omniũ Moguntiâ novi atramenti generis, ac artis Typographicæ fuiſſe inventorem.Sed Annales Aventini teſtantur,eam inveniſſe Joannẽ Fauſtum Moguntinũ ann. 1450. qui deindè ſui obitus tempore eam Petro genero ſub ſecreto, ſeu jurejurando reliquit. Quoniam verò hoc inſigne bonum, longè majus illo, quod Phænices,Cadmus, Palamedes, Carmenta, Simonides, Epicarmus, & alij Characterum inventores, mortalibus tradidere, difficillimè occultari poterat, paulò poſt Joannes Guthembergus præfatus Argentoratenſis,quẽ Fauſtus allevaverat,in Germania

mania illud divulgavit,ac penè eodem tempore Vldericus Han,Sixtuſque Reiſius in Italiam tranſtulerunt. Teſtatur PetrusRamus ſe vidiſſe primum volumen, quò in membrana actum fuit hujus artis experimentum cum hac inſcriptione in fine. *Præſens M. Tullij de Officijs clariſſimum opus Joannes Fauſt Maguntinus Civis, non atramento plumali, cannave area, ſed arte quadam perpulchra, manu Petri de Gernshem pueri ſui feliciter effecit. Finitum ann. 1466. quarta die menſis Februarij.* Et quidem,juxta ſui agnominis Omen,Fauſtum merebatur Joannes,ſi primis illis ſæculis natus fuiſſet, ut Jovis diceretur Filius non ſecus ac Lyrarum, Fiſtularumve inventores; cum media hac arte homines, nomine,ac famâ ſe glorioſos,ac perennes efficere poſſint. Meritò igitur dicatur ibi librorum Stemmata conſpicuè elucère, ubi peregrina natalitia typographica eſt conſecuta. Et ubi initijs,incrementis,& ornamentis conſpicuè floret, cum ipſo Latinorum idiomate, ab Italis (inter quos natum eſt, crevit, ac longo tempore enituit) propter Tuſciæ linguæ dulcedinem,vocum, conceptuumque perdivitis,prorſus derelicto.

Quaſi eodẽ tempore Typographia in Germania detecta,& in Italiâ translata.

Patrem Romanæ eloquentiæ Tulliũ ante omnes Typographia voluit honorare.

Joannis Fauſti Germani typographiæ inventoris laudes.

Argumentũ per locum à conjectura, ſeu convenientia.

Sed ad noſtræ eiconis paraphraſim. Hoc noſtrum ſchema non pro inſigne, ſeu proprio Symbolo typographi in hujus operis Frontiſpicio appoſſuimus,ſed pro omni Domus Auſtriacæ Fortuna, Chriſtianæ, Catholicæque innixa Pietati. Totum imaginis principalioris corpus in ſua membra ſecatur, quorum eminentius, caput ſcilicet, tribus vultibus compactum, fabulas imitatur. Reliqua verò, ſecundum id,quod pertinet ad alia oſtenta,& ornamenta, ſacris literis,& humanis hiſtorijs ſunt conformia.

Auctor ſui Frõtiſpicij Stemma primò diſtinguit.

Jani idolum biceps,ſicut & illud Fraudis,Prudentiæ,aliorumque (ac etiam quadriceps)antiquę fabulæ præſentavere,adjunctis ſimul alijs ſymbolis pro rerum variarum expreſſione, quarum notitiâ nil communius apud iconologiſtas. Inter innumeras trium facierum eiconas,quas hic recenſere nec ipſa occaſio ſuadet,illam Provinciæ Venetæ(cujus Regia,ann. Chriſti condita 454. alij 425. inter quatuor Italiæ primæ claſſis Urbes, Romam, Neapolim, Mediolanum, à divitijs & conſilijs magnum nomen obtinuit)plurimum ſanè me delectat, quia in hoc loco ejus monumentũ, ac ſymbolum nulli quidem diſplicebit. Sciunt enim rerum Auſtriacarum indagatores,Rudolphum I.Habsburgicum,Auſtriacæ gentis conditorem, Patremque, Alberto Filio, contracto jam matrimonio cum Eliſabetha Meinardi Principis Tyrolenſium Filia,Auſtriæ, Stiriæque prefecto,ac Imperij Vicario Carinthiæ Ducatum, ac Tarviſanæ Marchæ beneficium, ſicut ante promiſerat,tradidiſſe. Hinc eſt,quod ſicut Tarviſana Marcha(ita dicta à Longobardis propter Tarviſij Civitatem,ubi Marchionatus ſedem gens illa fixit)triceps efformatur,nam tres populi in ea antiquitus habitavere,nimirum Euganei, Eneti,Trojani, unde forſitan Terviſij(Italicè Trevigi, Triviſi) nomen adepta eſt: ſic profectò aliud ſymbolum poſteritati

Legatur Cæſar Ripa Italus in ſua Iconologia noviſſ.

Bellar. 2. p. chr.

Roho. lib. 1. ad ann. 1281.

Cæſar Rip. par. 2. Iconol.

Symbolum Aldi Manutij.

verò è fabulis. Typographicam purè, nitidéque in primis renaſcentibus literis AldumManutium Romanum illuſtraſſe,fama ipſa toto Orbe diffuſa,tanti Viri literaturam hucuſque commendans, ac ipſum teſtatur experimentum. Hic Heros ad maturitatis laudem,rerum extremarum hoſtis, ac mediarum partium amicæ, pro ſingulari nota, ac propriâ Delphinum anchorę alligatum ſumpſit.Quod Symbolum antiquitus à Veſpaſiano aſſumptum,in telum, ſeu Saggittam Remorâ circonvolutam,cujus Epigraphe *Maturandum* Alciatus poſtea mutavit. Sebaſtianus Gryphius Lugduni eam artem pervigili ſtudio illuſtriorem fecit; ſuamque ſolertiam nobili Symbolo Gryphi (dextri pedis unguibus Saxum quadratum attollentis: ſubtus orbis, ſeu figura ſphærica, ad cujus partem utrâque totidem alæ; ſeu plumæ adfixæ: addito noemate *Virtute Duce, comite Fortuna*, quæ verba duo vim ſchematis ingenioſi concipiunt) captato ſui nominis Etymo,vel alluſione potius, venuſtè patefecit.

Embl. 20.

Gryphij Lugdunenſis Stemma.

Frobenius. Roſcius.

Eicon ſine vocali Symbolo.

Apud Germanos Baſileæ Frobenius,artis ejuſdem apud ſuos Roſcius, Stemma libris editis affixit erectum baculum duabus arreptum manibus, in cujus apice auicula, & ex parte utraque duo ſerpentes complicati, ſed nullo addito vocali ſymbolo. Credibile eſt virum ſolertem his notis benè dicendi artem,quæ baculo invenitur, quaſi ſepiri, ac colligari ſapientiâ, quæ apud veteres ſerpentis nomine ſignaretur, ſignificaſſe. Joannes Oporinus,eruditus ſanè vir,nedum typographus, Delphino inſidentem Ariona lyræ fides digitis attrectantem ſibi legit; fortè judicans literatorum virorum ſalutem in medijs ac tempeſtuoſis vitæ hujus fluctibus tutam, ac ſecuram: aut etiam eruditos homines à ſuis nonnumquam malè haberi, ab extraneis excipi humanius. Nimis quoque multus eſſem (relictis utriuſque Gallię,ac Hiſpaniarum ingenijs,quæ ſeſe ijs ſuperioribus ęquarunt, vel certè nunquam inferiores habiti ſunt) ſi ſingularium Urbium Germanicarum velim colluſtrare officinas. Alioqui fateor ingenuè plures eſſe vel Coloniæ Agrippinæ, vel Francofurti, vel Spiræ, alijſque celebribus Germaniæ Civitatibus, quarum Typographi eruditis ſuis Symbolis non minus Orbi Chriſtiano ſe ſe commendavere.

Joannes Oporini typographi gentilitium.

Officinæ Germaniæ Symbolis nimis florēt.

Lib. 33.
Lib 2. cap. 7.
Artis Typographiæ Germania inventrix in Europa,nam antea Indij, & Japonenſes, ut multi recenſiores ferunt,eâ utebantur.
Legatur Maiol' coll.23.pag.551

Et meritò quidem,nam Sabellicus, Volaterranus, Polidorus Virg. & alij tradunt, Joannem Guthembergum Theutonicum,æquæſtri virum dignitate,primum omniũ Moguntiâ novi atramenti generis, ac artis Typographicæ fuiſſe inventorem.Sed Annales Aventini teſtantur,eam inveniſſe Joannẽ Fauſtum Moguntinũ ann. 1450. qui deindè ſui obitus tempore eam Petro genero ſub ſecreto, ſeu jurejurando reliquit. Quoniam verò hoc inſigne bonum, longè majus illo, quod Phænices,Cadmus, Palamedes, Carmenta, Simonides, Epicarmus, & alij Characterum inventores, mortalibus tradidere, difficillimè occultari poterat, paulò poſt Joannes Guthembergus præfatus Argentoratenſis,quẽ Fauſtus allevaverat,in Germania

mania

maniа illud divulgavit,ac penè eodem tempore Vldericus Han,Sixtuſque Reiſius in Italiam tranſtulerunt. Teſtatur PetrusRamus ſe vidiſſe primum volumen, quò in membrana actum fuit hujus artis experimentum cum hac inſcriptione in fine. *Præſens M. Tullij de Officijs clariſſimum opus Joannes Fauſt Maguntinus Civis, non atramento plumali, cannave area, ſed arte quadam perpulchra, manu Petri de Gernshem pueri ſui feliciter effecit. Finitum ann. 1466. quarta die menſis Februarij.* Et quidem,juxta ſui agnominis Omen,Fauſtum merebatur Joannes,ſi primis illis ſæculis natus fuiſſet, ut Jovis diceretur Filius non ſecus ac Lyrarum, Fiſtularumve inventores; cum media hac arte homines, nomine,ac famâ ſe glorioſos,ac perennes efficere poſſint. Meritò igitur dicatur ibi librorum Stemmata conſpicuè elucère, ubi peregrina natalitia typographica eſt conſecuta. Et ubi initijs,incrementis,& ornamentis conſpicuè floret, cum ipſo Latinorum idiomate, ab Italis (inter quos natum eſt,crevit, ac longo tempore enituit) propter Tuſciæ linguæ dulcedinem,vocum, conceptuumque perdivitis,prorſus derelicto.

Quaſi eodē tempore Typographia in Germania detecta,& in Italiā translata.

Patrem Romanæ eloquentiæ Tulliū ante omnes Typographia voluit honorare.

Joannis Fauſti Germani typographiæ inventoris laudes.

Argumentū per locum à conjectura, ſeu convenientia.

Sed ad noſtræ eiconis paraphraſim. Hoc noſtrum ſchema non pro inſigne, ſeu proprio Symbolo typographi in hujus operis Frontiſpicio appoſuimus,ſed pro omni Domus Auſtriacæ Fortuna, Chriſtianæ, Catholicæque innixa Pietati. Totum imaginis principalioris corpus in ſua membra ſecatur, quorum eminentius, caput ſcilicet, tribus vultibus compactum, fabulas imitatur. Reliqua verò, ſecundum id,quod pertinet ad alia oſtenta,& ornamenta, ſacris literis,& humanis hiſtorijs ſunt conformia.

Auctor ſui Frōtiſpicij Stemma primò diſtinguit.

Jani idolum biceps,ſicut & illud Fraudis,Prudentiæ,aliorumque (ac etiam quadriceps) antiquę fabulæ præſentavere,adjunctis ſimul alijs ſymbolis pro rerum variarum expreſſione, quarum notitiâ nil communius apud iconologiſtas. Inter innumeras trium facierum eiconas,quas hic recenſere nec ipſa occaſio ſuadet,illam Provinciæ Venetæ(cujus Regia,ann. Chriſti condita 454. alij 425. inter quatuor Italiæ primæ claſſis Urbes, Romam, Neapolim, Mediolanum, à divitijs & conſilijs magnum nomen obtinuit)plurimum ſanè me delectat, quia in hoc loco ejus monumentū, ac ſymbolum nulli quidem diſplicebit. Sciunt enim rerum Auſtriacarum indagatores,Rudolphum I. Habsburgicum, Auſtriacæ gentis conditorem, Patremque, Alberto Filio, contracto jam matrimonio cum Eliſabetha Meinardi Principis Tyrolenſium Filia, Auſtriæ, Stiriæque prefecto,ac Imperij Vicario Carinthiæ Ducatum, ac Tarviſanæ Marchæ beneficium, ſicut ante promiſerat,tradidiſſe. Hinc eſt,quod ſicut Tarviſana Marcha(ita dicta à Longobardis propter Tarviſij Civitatem,ubi Marchionatus ſedem gens illa fixit)triceps efformatur,nam tres populi in ea antiquitus habitavere,nimirum Euganei, Eneti, Trojani, unde forſitan Terviſij(Italicè Trevigi, Triviſi) nomen adepta eſt: ſic profectò aliud ſymbolum poſteritati

Legatur Cæſar Ripa Italus in ſua Iconologia noviſſ.

Bellar. 2. p. chr.

Roho. lib. 1. ad ann. 1281.

Cæſar Rip. par. 2. Iconol.

exhibens, tribus his vultibus Auſtriacæ Pietati ſe numquam oblitam, neque in poſterum in oblivionem reddituram, omnibus patefacit. Quod monumentum devotionis, & amoris tempore Leopoldi III. Filij Alberti Sapientis tenerrimè oſtendit, quando inita cum Venetis pace, quibus bellum Liguſticum contra Genuenſes exortum erat anno 1377. eidem Leopoldo Archiduci Tarviſium ex Senatus conſulto, Bellunum item, Seravallam, & Caſtrum D. Victoris cum utroque Cenadio & Clauſtris illac in Italiam ducentibus, tradidere.

Roho. lib. 3. ad ann. 1377.

Sed ut verum fatear, triplex noſtræ Pietatis vultus, Auſtriacæ Genti exhibitus, triformi æternæ Trinitatis Imagini aliquo pacto conformatur: eo quia Pietas, quæ eſt Chriſtiana Religio, Myſterium hoc Principaliter reſpicit, ſicut primariò credit. *Religio dicta eſt,* inquit *Iſidorus, eo quod per eam uni ſoli Deo relegamus animas noſtras, ad cultum Divinum animo ſerviendi.* Nec alia de re D. Ambroſius in illa ſententia *Virtutum omnium fundamentum eſt Pietas,* atque os aureum in illa altera *Rectiſſima vitæ norma, & converſationis optima diſciplina eſt Pietas* eodem modo ſunt locuti de Pietate, ac de Virtute Religionis, niſi quia altera ab altera non ſecernitur in ſubſtantia ſecundũ intuitum Divini, ac ſupereminentis objecti, quod neceſſario æquali conamine contemplantur. Ideò Antonius Pius toreumate, ſeu numiſmate imprimi fecit hanc Pietatem ante aram accenſam, Argenteo vaſe thure fumigante, habituque oblongo, ac pontificali in actu ſacrificandi. Tullius enim teſtatur in lib. de Natura Deorum, nil aliud Pietatem eſſe, quam reverentiam, cultumque, Deo debitum, Parentibus, Amicis, Patriæque.

Lib. 18. Ethim.

S. Ambroſius. S. Chriſoſt.

Pietas in numiſmate Ant. Pij. Imp.

Secundum arcanum trium facierum Auſtriacæ Pietatis oſtendit, quod ipſa primò purgatis luminibus Numen reſpicit, deindè *Myſterium Fidei* Sacroſanctæ Synaxis, uti ſuæ ſortis initium, ſuæ felicitatis centrum, ſuæ Fidei propugnaculum, ſuæ Spei anchoram, ac ſuæ Charitatis Altare. Tertio verò Deiparam, *ſine originalis labe Conceptam,* tanquam utriuſque ejus Monarchiæ, Germanæ ſcilicet, ac Ibericæ, magnam protectricem, quam incredibili obſequio, ac veneratione intuetur.

Euchariſtia, ac Deipara ſine labe concepta Domus Auſtr. propugnacula.

Tertium arcanum triplici quoque reſpectu Auſtriaca Pietas omnibus ſe ipſam nomine, operibus, ac experimentis prodit. Dum enim Orbis conditorem inſtar ſuæ fortunæ Auctoris gratè, ac humillimè illinc ipſa recognoſcit; iſtinc ſimul Chriſti Vicarium, pro quo toties ejus Principes cum Eccleſiæ Hoſtibus dimicavere, devotis obtutibus proſpicit; & nunquam à proximis, vel ſibi ſubjectis, vel nec ne, clementiæ ac miſerationis oculos avertit. Has tres prærogativas è Protoplaſti Rudolphi I. Cæſaris viſceribus Auſtria traxit; quam etiam cum feliciſſima Sobole hucuſque ſotam, auctamque admirandum in modum conſervat. Deinde humeris

Tertium trium facierum Sacramentum.

Flammarum VII ac alarum duarum enucleatio.

ris Pietatis alas affigimus; triplex ejus caput,coronatum Flammis ſeptem circumcingimus: corpus autem Chlamyde coccinea, ſeu purpurata conveſtimus. Nam Pietas ſoror eſt Charitatis,quam rubei coloris Symbolum conciñè repræſentat.Ipſa inter Virtutes omnes potiſſimũ à Deo ad patriã, à patria ad parentes, & à parentibus ad noſmetipſos volando feſtinat. Mens etiam pij animi ſeptiformi ſuperni Flamminis æſtu tum adDei amorem,tum ad Pietatis exercitium quotidiana jugique praxi inflammatur.

Gladius ille,ex ore Pietatis utrâque parte acutus exiens,triplex amplectitur Sacramentum. Hoc eodem modo primum,Divinumque portentum Evangeliſtæ in Pathmos Inſula ſe oſtendit, nec alia de cauſa juxta literæ intellectum, niſi quia ſicut gladius utraq; parte acutus magis ſecat, & interiùs penetrat *Quaſi romphæa bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius non eſt ſanitas*, ita &Chriſti ſententia,quã in adverſarios ſuos proferet,ſive hoc tempore,ſive in die judicij acutiſſimè eos feriet,& intimè penetrabit. Verbum quoque Divinum interpretes in hoc gladio intelligunt, ajente Apoſtolo *Vivus eſt ſermo Dei,& efficax,& penetrabilior omni gladio ancipiti*. Qui verò dextræ Pietatis, in altari poſitæ,ſtrictum enſem dedere,quem nos modò ejus ori ponimus(os enim, & lingua habent ſuas manus,Scripturâ teſte,*Mors,& vita in manu linguæ*)ad Virtutem Religionis, pro qua innumera pericula magnanimiter ſunt amplectenda,abſque dubio perſpexere.

Apoc. c.1.
Franc. Ribera in p. cap. Ap.
Eccl. 21.
Ad Hæb. 4.

Et ſanè inter omnes Orthodoxi Orbis Soboles,Chriſtiana fide,ac mundana nobilitate effloreſcentes, nulla profectò triplici hoc melius eſt exornãdà myſteriò,quã Auſtriaca,Catholicâ Pietate conſpicua. Neſcio an aliqua alia illuſtris,primæve claſſis Familia eâdem vi,promptitudine ac vigilantiâ ita frequenter, conſtanterque ſe pro Religionis Chriſtianæ Zelo legibus irrefragabilibus,ſententijs,diplomatibus,comitijs,& exemplis præbuerit in Acatholicos,Judæos,Idolatras,& Apoſtatas, ſicut ſtirps Auſtriç. Hæc enim non minus in hoc negotio cæteras antecellit, quam in duobus alijs. Nam Auſtrij Principes verbi Dei præconibus in utroque Orbe,nulli parcendo labori, Evangelicæ prædicationis evaginavere gladium, quo Ethnicos infinitos dulci Eccleſiæ Catholicæ ſubiecere imperio; ac Hoſtiũ phalanges,tot tantiſque machinamentis compactas, innumera ſubeundo pericula,Fidelibus armis proſtravere.

Hoc probant monumenta, exempla,& praxis ipſa.

Auſtriæ gentis eminens prerogativa in negotio Catholicæ Religionis.

Pietatis pectus jure merito Auſtriaci Gentilicij clypeo exornavimus, ut præcipuâ notâ eiconis Stemma ſignificaremus, ſoli Auſtriacæ Pietati congruâ. Eo vel maximè quia hoc Gentilitium,ultimò ab Auſtria aſſumptum,à fide in Deum pro tuenda Eccleſia Catholica, & à Religionis Zelo, amoreque in proximos pro Chriſtianorum libertate, quam Saraceni, eorumque Tyrannus vexaverant,ortum habuere,ut ſuo loco dicemus. Stellas ſeptem, quibus ipſa tot hoſtes in unica Hydra proſternit, Hydramque

eandem etiam ab Apocalypſi deſumpſimus. Oſtentum illud,ſupra tactũ, dum Janni ſe patefecit,*habebat* quoque inter alia *ſtellas ſeptem in dextera ſua*. Aſtrorum rotæ variarum allegoriarum ſunt notæ,inter quas nunc nobis duæ tantum ſufficient. Sors hominum è ſtellarum circulatione aſſeritur ab Aſtrologis. Scriptores inſuper ſacri Divinarum gratiarum,utrique homini abundè datarum, pro conſpicuis Symbolis habent Sidera. Quid ergo in re noſtra pulchrius? quid venuſtius? Auſtriacæ Pietatis fortuna ijſdem tot cœleſtium munerum aſtris,quibus ſepties felicem ſe patefacit,hoſtes omnes fulminat, quos per Hydram,ſeu Beſtiam ſeptem capitum,à Joanne viſam,haud incongruâ ſimilitudine, ſeu methaphorâ ſignificamus.

Apoc. 1.

Lauretus. Richardus. Bercorius. D Geminianus & alij.

Impugnet,impugnet demùm Pietas Auſtriæ,irruens in Eccleſiæ Romanæ,& Imperij Germanici,& Hiſpanici, boniquc Chriſtianique regiminis,ac in ſuimet adverſarios, Tyrannos, dextrâ clypeum manu: habeatq; pro ſymbolo Leonis caput, circum circa ſeptem oculis ſeptum. Caput, inquam illud,quod habuit antiquitus Agamennonis Scutum,de quo ſcribit Pauſanias lib. 5. *Timor Agamennonis Scuto inſidet* habens caput Leonis cum hoc carmine *Terror hic eſt hominum quique hunc gerit eſt Agamennon*. Quodque in Olympiæ Fano per aliquot tempora pependit. Illoſque oculos VII habeat, quos ex ſacris ſcripturis prælibavimus. Nam Habsburgia Gens dum integrum Leonem magnanimiter excandeſcentem pro inſigne Auſtriacæ Soboli,à Perleonũ Romanorũ Proſapia exortę, tradit, typumq; ſimul magnanimitati,ac vigilãtiæ,tradit etiam oculatũ cũ ſanguine immaculatæ Fidei Hierogliphycum, deſumptum ab oraculo Zachariæ, ajentis; *ſuper lapidem unum ſeptem oculi ſunt*. Lapis hic Chriſtus eſt,ut idem Propheta oſtendit; ac per conſequens, optima ratione ſubjungit, quod *iſti VII, oculi ſunt Domini,qui diſcurrunt in univerſam terram*. De Argo,toto oculis ſcatente, à Mercurio Iovis juſſu interfecto,Poetæ fabulantur ea, quæ myſticè ad ſidereum Orbem alij transferunt, dum ajunt videri quamdam ſpeciem cœleſtium oculorum ſtellis ineſſe. Verum VII. Numinis lumina (quorum obtutus Auſtriaca Pietas, in toto Orbe diffuſa,non ſecus ac ejus Leoninam in hoſtes magnanimitatẽ,fortitudinẽ,terrorẽq; de quo inquit Scriptura *vicit Leo de tribu Iuda*, ingenuè participat,pro totius Eccleſiæ Romanæ bono contra perſecutores truculentiſſimos) majori luce, ac intuitu perſpicaciori hinc inde Univerſum, omniaque ſuperna ac inferna colluſtrant: Auſtrijſque Principibus(quos qui tangit & pupillas oculorum Dei tangit) Fidei ſuæ Chriſtianæque Religionis cuſtodit propugnacula, introſpicit incrementa.

Symbolum clypei explicatur.

Gentilitium Gentis Habsburgicæ.

Zachar. c. 3.

Cap. 4.

Argus myſticè eſt cœlum ſtellarum.

Oculis VII Deus omnia intuetur.

Principes Auſtrij, pupillæ oculorum Dei.

Scimus permultos nobiles & generoſos viros,multoſque Principes, qui bellicis olim negotijs præfecti ſunt,ut etiam hodie,qui eundem dignitatis gradum obtinent, quo ſui nominis atque Familiæ ſplendorem quam

latiſſimè propagarent, Stemmata quædam, & Symbola reconditiora ſpeculandi, ſibique uſurpandi, maximâ cura, ac ſolertia ſtuduiſſe. Quod genus doctrinæ quanquam plerique ludicrum eſſe cenſeant, ſunt tamen qui dicere audent, id ſapientibus olim hominibus familiare habitum, pro certo conſtare. Hoc enim, inquiunt, declarant erudita, & literata illa Sympoſia; quo maximè nomine Principibus digna videri debet ea exercitatio, quos ſi verè Principes agant, literatis colloquijs ſuas epulas, ſuaque honeſtæ recreationis tempora condire conſumereque par eſt. Non ut inertes quidam aulici, &(quod dicebat ille) arietes in aureo vellere, qui lapillis, & teſſeris, qui cubis, aleis, & foliorum luſu, qui hiſtrionibus, ac vilibus Perſonis non modò totos dies terant (haud abſque dignitatis propriæ ludibrio, famæ dejectione, nobilitatiſque, ac ſobolis detrimento) ſed interea permultum otij, & pecuniarum contra Dei legem, Prudentiæ, Juſtitięque rectitudinem, ac conſcientiam propriam impenditur; multoque plus temporis inſumitur, quam neceſſe eſſet. In Symbolorum exercenda doctrina, & liberis hominibus digna cognitione non mediocris utilitas capitur, ingenium intenditur, judicium augetur, exercetur memoria, & mirifica capitur oblectatio.

Laurentius Pignorius Pat. de Symbol. in And. Alciat.

Principum recreationes quibus exercitijs cōplendæ.

Symbolorū intelligētia nimis ſanè Principib⁹ proficua.

Hac arte curioſus Princeps non pauca hiſtoriarum, eventuumque monumenta peruolveret, multaque digna ſcitu prælibaret, quibus etiam in rebus politicis acuaretur. Hinc ſciret, Diodorum Siculum ejusmodi ſchematum initia à temporibus Oſiridis repetere: Pindarum teſtem eſſe, Amphiaraum in expeditione Thebana pictum Draconem in clypeo circumtuliſſe: Statiumq; fateri, Capaneum Hydrę, Polynicem Sphingis imagine in ſcutis fuiſſe uſos. In bello Trojano Agamennonem pictum habere in ſcuto Leonem, Delphinem Vliſſem: Typhonem Hippomedontem, ore fumos afflantem; Gorgonis vel Meduſæ caput Perſeum: Ac apud Maronem conſpicua Turni arma pictis & ingenioſis carminibus graphicè ſibi exhibita, ac pulcherrimè decantata inveniret.

lib. 1.
Symbolorū antiquitas.
Agamennon.
Vliſſes.
Hippomedon.
Perſeus
Turnus
Æn. lib. 7. ad finem

Legeret deindè, Romanis in more poſitum olim partes ſpolijs hoſtium exornare: Cimbrorum & Teutonum bello illo horribili, quod in Mario Plutarchus deſcribit, eos Populos quamquam immanitate barbaros ſuis in peltis, ſcutis, alijſque hujus generis bellicis inſtrumentis, nō modò nitorem armorum habuiſſe, ſed & depictas ferarum imagines. Magnā inſuper delectationem Princeps caperet apud ſcriptores illos, qui putant, Marium primùm Aquilâ pro ſchemate uſum, ut prętér cęteras teſtis occurrit Valerius Maximus. Qui undè primò Legiones manipulares appellatæ fuerint demonſtrant. Qui quādo cæpit Imperiū creſcere, ſigna alia, qualia fuere Lupi, Equi, Apri, Minotauri, pro vario Principum arbitrio, qui militibus præficiebantur, ſibi finxiſſe tradunt. Qui de Pompei Magni annullo, tribus tropheis exornato, ut antè idem Sylla Dictator fieri ſibi cura-

Polybius
Plut. in Mar.

Quis Aquilam primus ſumpſit Val. Maximus.

Magni Pompeij annulus ejuſque lapillus.

rat, ac de ejus ſummi pretij lapillo Leonis, enſem tenentis, conſpicuam habente imaginem, Cæſaremq; ad lachrimas poſt tanti Ducis obitum cogente, ſcripſere.

Alexand. Mag. August. Cæſar. Mecenas. Veſpaſian. Et ut è multis pauca ſublegam, Alexandrum Magnum ſerpentis ſymbolo, AuguſtumCæſarem Papilionis unà cum fluviatili Cancro numiſmate excuſi, ſed in ejus ſigillo, ſeu ſphragidio Sphingis imagine adinveniret. Videretque Mæcenatis Equitis Auguſto familiariſſimi Ranam fortaſſe ſeriphiam, ut quibusdam placet: Titi Veſpaſiani Delphinum anchoræ alligatum: S. Hieronymus. parietum templi ſerapidis literam hæbraicam *TAV*, tanquam etiam Paganis ipſis ſalutis ſignum, cujus eiconem primò Conſtantini Magni Cõnſt. Magnus. expeditio aduerſus Maxentium in inſignibus militaribus ſelegit. Ac Symb. quarundam Civitatum. Ciuitatum quarundam videret ſymbola, ut Athenienſium Nocuam, Perſarum Aquilam auream, vel Solis effigiem, aut ignem ſacrum, Thebanorũ Sphingem, Oſiridis Canem, Cyrique aureum Gallum, & alia etiam plurima, de quibus fidem ſcriptores faciunt. Nec dèſereret tam horum ſtemmatum myſteria contemplari, ab interpetribus enucleata, quam etiam aliorum, Apolinaris Pec. ut veterum Francorum Navis, ut trium illorum reparaculorum rubeorum, ſeu nectorum, quibus publicè uſi ſunt Burgundiones: ut Vrſi Heluetiorum, ut Leonum Germanorum quorundam; & ut Igniariorum unà cum ſilice, quo Equites illi Torquati, qui à Burgundo Duce primum inſtituti ſunt.

Denique tranſeundo ad moderniora, quibus ſapientes poſteri plurimum ornamenti ingeniosè adjecere ſuis tum libris tum diſputationib⁹, Carolus V. Carolum V. præter publicum & ſolenne Imperij Getmanici ſtemma, quod pro imperatorio jure habuit ſymbolum etiam peculiare, duarum nempè Herculis Columnarum unâ cum inſcriptione VLTERIVS; Ludovicũ Ludovicus XII. XII. nondum ad Regnum evectum Hiſtricem, quem Porcum ſpineum vulgus appellat: Franciſcus I. Franciſcum I. tria Lilia quibus alij Reges utuntur ad hęc noſtra usque tempora & Salamandram; ac Henricus 2. Henricum II. creſcentem Lunam unà cum hemiſtichio DONEC TOTVM IMPLEAT ORBEM ſibi vendicaſſe reperiret. Et alia innumera adinveniret exempla, diſceretq; Princeps arcana, ſibi, ſuiſque utilia. Nec noſtrum contemneret ſtemma, quod ſanè haud incongruum Auſtriæ Gentis Clypeo, ſepties fortunatæ, adjudicaret.

HYPOTHESIS
PRO NUMERO SEPTENARIO

Num ſcilicet hic numerus inter omnes Scriptores potius boni, quam mali Prognoſtici nomenclaturam mereatur.

Quare tituli inventi. TItulos quibuſcunque rebus, ſive calamo, ſive penicillo, ſive ſcalpro infixos, non alia de cauſa inventos didicimus, niſi ut eorum inſcri-

ptioni-

ptionibus rerum quoque earundem argumenta à nobis agnoſcantur.

Dicitur Titulus à tuendo, quaſi titulus quod tueatur factum auctoris, & ſi quis alterius opus eſſe contendat, veri opifici indicet nomen. Per translationem ponitur etiam titulus pro laude, ac dignitate, & aliquando pro monumento. Denique titulos pariter dictos illos Milites invenimus, qui Patriam tuebantur, unde & Titi pronominis initium.

Vnde titul' Suet. in Domit. cap. 5. Martial. lib 2. Ovid lib. 1. de remed & l. 2. faſt. Apuleius. Feſtus. Perſius

Septenarium numerum inſtar *Auſtriacæ Pietatis* Fortunæ complementi, in quo totam mortalium hujus Mundi beatitatem animosè reducimus, in fronte tanquam genuinum Titulum hæc noſtri operis ſtructura commonſtrat. Septem enim ejus ſunt Gentilitia, unde tum omnis laus, ac dignitas Auſtriaca, Poſterorum monumentis aliquo novo ordine ſepties demandanda, tum res ejus, formis ſeptem ſimul exaratæ, & collectæ, nè amplius hinc inde diſperſæ non abſque magno labore requirantur, ac contra horribilem Hydram defenſæ, ortum habent.

Tota Auſtriacæ Pietatis Beatitas ad ſeptenarium numerum reducitur.

Sed quia non eſt eadem omnium ſcriptorum ſententia pro numero ſeptenario, cum haud pauci triſtium prognoſticorum ſemirarium faciant, optimo ſanè jure argumentoque ducimur, primum adverſariorum placitum in medium afferre, ac deinde ſeptemplici via non ſolum totius operis oſtium aperire, verum etiam juxta meliorem, communioremque ſententiam ita totam diſputationem flectere, ut proficua ſeptimi numeri ſacramenta, quæ multo majora numero, ac dignitate ſunt, omnibus patefiant. Etenim ex hoc unuſquiſque profectò videbit, quod non ſine magna, accurataque advertentia opus noſtrum ſeptiformi charactere per ſeptem Gentilitia ſeu ſymbola inſcripſimus.

Hypotheſis radix & motivum.

PRIMA SENTENTIA NEGATIVA.

Opinio negativa

Qui deploranda infortunia ſeptimi numeri augurant, unanimiter armis tam calculationis, ſeu mutationis numerorum, quam eventuum, ac ſacrarum ſcripturarum auctoritatis in adverſarios inſurgũt. Primò ita inquiunt. Sexageſimus tertius humanæ ætatis annus climatericus vocatur, à voce Chaldeorum *Climateras*, quâ vitæ bonorumque pericula natio illa ſignificat. Ratio verò quare cæteris annis periculoſior ſexageſimus tertius experiatur, non aliundè naturali, ac arithmetica via deſumi poteſt, quam à calculatione, & mutatione, inter IX. ſeptenaria adinventâ *Septimus quiſque annus Ætati notam imprimit*, ait Seneca. Enimverò ſeptimo infanti menſe dentes adnaſcuntur, quos deinde ipſe mutat anno ſeptimo, quando aliquo rationis uſu incipit ſermocinari. Hinc poſtea duobus completis ſeptenarijs aptus ad generandum invenitur; anno verò XXI. haud amplius creſcit altitudine. Sed 28. anno ad virium culmen, ſicut 35. ad medium virilitatis pervenit. Undè legimus, antiquos illos Athletas qui uſque ad hoc ſignum ullam virtutem acquiſi-

Prima ratio ex calculatione, ſeu mutatione numerorum.

Añus 63. climatericus dictus & quare.

Seneca.

Pulchra enumeratio.

erant

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

erant,non amplius dimicare. Sic etiam Homo 42. ætatis ſuæ anno floret judicio; vigor autem ejus 49, anno incipit deficere; corruit verò anno 56. ſed ſexageſimo tertio extingvitur, cum pauci hunc terminum prætergrediantur, exceptis ijs,quos optimæ complexionis robur,ne intereant defēdit. Tamen advertendum, hanc regulam fallere in mulieribus, quæ citiuſ maturescunt. Feminæ enim annis ſex uſum rationis attingunt, annis verò 12. generare poſſunt: ſed 18. Ætatis anno non amplius creſcunt, & ita à ſexennio in ſexennium in vitæ curſu progrediuntur. Propterea in nuptiali numero par Mulieribus, impar verò Maſculis attribuit Plato: Et Ariſtoteles,illas minus horum vivere,faſſus eſt.

Regula pro mulieribus.

Plato. de num. nuptiali. Ariſt. Part. 10. Problem.

Cajo Cæſari Nepoti Auguſtus ſcribens,maximam cum eo lætitiâ afficitur ob felicem decurſum anni 63.& quia ejus tranſilijt terminum, per quem Lethi baratrum ita paſſim mortalibus aperitur. *Vbicunque* inquit, *hoc die fuiſti, ſpero te lætum & benevolentem celebraſſe quartum & ſexageſimum natalem meum; nam ut vides Climactirā communem ſeniorum omnium, tertium & ſexageſimum annum evaſimus.* Inter VII. Greciæ ſapientes Solon his verſibus, in latinum traductis, primum hoc adverſariorum argumentum fauet, ait enim.

Auguſtꝰ ad Nepotem ſuum.

Solonis verſus digniſſimi.

Puer impubis adhuc infans, ſeptum dentium
Producit primis ſeptem annis.
Poſtquam autē alios ſeptem ei conceſſit annos Deus,
Pubis indicia generationi aptæ apparent.
Ætate tertia mento augeſcentibus jam membris
Increſcit mutabilis coloris lanugo.
Quarto ſeptenario quisque præſtantiſſimus eſt
Robore, ipſique viri ſigna virtutis edunt.
Quintum maturum jam virum nuptias moliri ſuadet,
Et liberorum ſuſcipere poſteritatem.
Sexto in omnia hominis animus intenditur,
Et uilia perficere amplius opera recuſat.
Septimo intelligentiâ & lingvâ fit optimus,
Et octavo, conjunctis annis quatuordecim.
Nono adhuc aliquid poteſt; verum remiſſior eſt ipſius
Ad virtutes præclaras tam eloquentiâ, quam ſapientiâ.
Decimum tandem ſi quis contingerit ſeptenarium
Jam non immaturus mortis fatum ſubibit.

Septenaria 19. annos conficiunt. 63.

Ex quo planè colligitur, quod licet multa bona inter horum ſeptenariorū curſus humanæ naturæ contingerint, omnia tamen ſeptenaria infauſta pro-

Illatio haud cōtemnenda,

prognoſtica ſapiũt,eo quia ad illud pari calculo ordinantur,in quo ultimũ terribilium miſera ætas ſæpiſſimè experitur. Anno hoc 63. antiqua illa ſæcula Chriſtianaque Ætas Ariſtotelis Philoſophorum Principis,ac Ciceronis Romanæ eloquentiæ Patris,Cryſippique,D.Bernardi,Julij, Linacri, Joannis Boccacij, Jacobi Sturmij, Alexandri Juriſconſulti, multorumq; aliorum virorum inſignium obitus defluere. Addunt, annos etiam 49, 56.& 70. à ſeptenarijs numeris reſultantes, omnes vocari Climatericos. Memoriæ traditum invenimus,haud paucos tam ante,quam poſt horum annorum tranſitum ſeptimo anno obijſſe: licet hoc de quamplurimis non ſit obſervatum. Auguſtus, Acticuſque ſeptuageſimo ſeptimo ætatis anno interiere, quanquam Suetonius aſſerat, illi Auguſti numero dies quatuor tantũ defuiſſe. Scimus octuageſimo quarto ãno,ex 12. ſeptenarijs confecto,quem terminum pauci tranſiere(inter quos Iſocratem,ac D.Hieronymum, qui 13. ſeptenaria compleverunt, ſcriptores commemorant) mortem ſubijſſe Theophraſtum. Plinius, Bartolus,Dantes annis 56.vixerunt: In qua ætate miſera internecione,ac proditione Julius Cæſar dictator, & Henricus IV. Galliæ Rex periere. Vixit Lamech anno 770. Mathuſalem 970. Abraham 175. Jacob 147. Iſaac 180. Dauid Rex 70. Qui numeri omnes ſeptenarijs conſtant. Plinius obſervavit, eos, qui antiquitus fame carceribus necabantur,nunquam ſeptimum præterijſſe diem.Demũ Ariſtoteles meminit animalium quorundam, quæ ſeptem diebus, & non amplius vivunt.

Alij anni climaterici qui.
Suet.in Auguſto
Iſocrates.
D. Hieron.
Plinius.
Bartolus.
Dantes.
Cæſar Dictator.
Henricus 4.
Lamech.
Mathuſalem.
Abraham.
Jacob.
Iſaac.
David.
Plinius.
Ariſtot.

Confirmatur numerorum illorum calculo, quo Politicè Principum ſtatuumque mutationes augurantur. Ut ſiquis exempli cauſa diceret, quod Regnum unum poſt ſeptem Reges, ſicut Romano accidit, vel poſt 14. Reges, ſicut illo accidit Perſarum in fumos abiret. Vel diceret, quod Rempublicam unam in fine annorum ſeptem deficeret, quemadmodum illi Hæbreorum Divinus Vates prædixit. Aſtrologi recenſiores nonnulli (inter quos fuit Juntinus) de Venetorum Republica vaticinati ſunt. Nam eam periculũ ſui interitus an. 1880. qui ſunt 1459. à Venetiæ fundatione(numerus ſanè ſeptenarijs confectus) expertam fore dixerunt.

Principum, ſtatuumque mutationes à ſeptenarijs numeris deſumptæ
Aſtrologorum vaticinium de Reipublicæ Venetæ fine.

Hunc calculum tempore Henrici III. qui inter Galliarum Reges LXXIX. fuit,quendam gravem Auctorem riſiſſe ferunt.Propterea quod cũ vidiſſet Principem illum culmen fælicitatis attigiſſe Franciæ, ac Poloniæ Regnis,nullum profecto infortunium expectandum fore inaniter credidit; cum paulò poſt contrarium experientia præbuerit.Fuit enim Rex ille Pariſijs expulſus, à ſubjectis in obſidione ductus; ac demum ab homine imbelle intra proprium cubiculum occiſus; totumque regnum in exterminiũ redactũ, quod annis ſeptem,in quibus jàm magna ejus pars Catholicã Religionem turpiter dereliquerat, per ignem, & ſanguinem perditum reperimus.

Quam infauſtus Henrico III. ac toti Galliarum Regno ſeptenarius numerus.

Secundum Adverſariorum argumentum ab hiſtoriarũ exemplis robur

11. Aduerſariorum argumentũ per locum ab exemplis.

ſumit. Inter duodecim anni menſes locum ſeptimum ſeptember habet, & à ſeptimo numero etiam nomen. Sol in Libra, undè ſeptimum Zodiaci ſignum, incipiendo à Martio cum Romanis, conficitur, in hoc Menſe prædominatur. Tam ex parte hujus ſeptimi ſigni, quã ex parte ipſius Septembris innumera mala mortalibus accidiſſe, Aſtrorum ſapientes monumentorumque ſcriptores pro comperto fatentur. Dicunt enim illi, quod ſicut in Libræ ſigno Sol cadit, ita ex conſequenti hominum nativitates infelices efficit. Siquidem regula Aſtrologorũ eſt, quod in omnibus ſignis, ubi Planetæ infortunati exaltantur, fortunati deprimuntur, & è converſo. Addunt inſuper, Libram ſignum eſſe ſuaptè natura infelix, ac violentum; cum ſit Saturni exaltatio, cujus Aſtra malignos influxus intrinſecè pariunt.

Signum Libræ quod eſt VII. in ordine menſium & in VII. menſe prædominatur, malos partus, eventusque gignit.

Melius tamen, & rationabilius Princeps hujus artis Ptholomeus aſſeruit, Arietem Solis eſſe exaltationem, Libram verò ejus caſus. Nam ibi Sol incipit calore ſuo ſuper nos vim acquirere, cum in eo ſigno dies noctibus etiam longiores eſſe incipiant. Quod contra in ſigno Libræ accidit ratione noctium, quæ diebus ſunt majores. Cui doctrinæ ſuum placitum addit recenſior quidam, inquiens, quod in eodem Libræ ſigno Saturnus exaltatur, qui ex ſe eſt Soli oppoſitus, ac inimicus: Itaque ex eò quod unus exaltatur, alter neceſſariò deprimitur: Id quod etiam accidit in ſigno Arietis.

Ptholomei melior ratio.

Ptholomei placito quidam Neotericus addit ſuũ.

Hi verò, nimirum Hiſtorici ex parte quoque ſeptimi Menſis infeliciſſimos caſus oſtendunt. Circumluſtrant ipſi Europam, aliaſque Orbis terrarum plagas ac ſimul demonſtrant nunc die 3. Septembris Roderici excidium, ac totius Hiſpaniæ amiſſionem; atque magnam Regni Ungariæ partem, à Solimano occupatam; illamque Status Mediolanenſis, quem Rex Francorum cœpit Ludovicus XII. Nunc verò 4. die ejuſdem Menſis fractum fugatumque in Arbia exercitum dicunt, ubi Guelphorũ Florentinorum partẽ ſangvinea internecione hoſtes trucidavere. Die 6. ſeptembris Jacobum Scoziæ Regem, ac majorem partem Nobilium illius Regni in bello Anghli occiderunt. Decimo verò die ſupra Monterau pontem interijt Joannes Burgundiæ Dux, pro cujus nece quaſi Gallia tota in depopulationem ivit. Eodem quoque tempore Dux Placentiæ & Parmæ Petrus Ludovicus Farneſius occiſus fuit. Sed die undecimo captâ Conſtantinopoli à Paleologis, ab ea Belgij Comites expulſi fuere, ac deinde expulſores paulò poſt barbarorum Maumethanorum præda effecti. Marignani conflictus, ubi fuit Suicerorum exercitus fractus die 13. ſeptẽbris accidit. Sed Joannes Franciæ Rex, ut ſcribit Froſſardus, à Principe Gaules victus fuit die 17. in quo idem Rex fuit captus, & Anghliæ in cuſtodiam ductus.

Eventus aliquot infelices Europæ menſis ſeptẽbris enarrantur.

Reges Principesque in Menſe ſeptembri occiſi, ac regna deſolata.

Froſſardus.

Infauſtiſſima quoque prognoſtica ſeptember auguratus eſt die 24. Suediæ Regi, Scotiæque Reginæ; Ille ſiquidem regno privatus, etiam à proprijs ſubjectis carceribus detinetur. Hæc verò à ſuis mancipata cuſto-

Alia infortunia ejusdem menſis.

diæ

diæ, miſerrimæ neci damnatur. Sed Rex Catholicus, contra quem tum Mauri Granatenſes, tum Belgici, ſeu Flandriæ Populi indignis tumultibus inſurrexerunt, magnam animi anguſtiam paſſus eſt 27. die ejuſdem menſis, in quo etiam Rex Algerius à Regno Tuneti Regem expulit. Plurimi quoque Imperatores, Regeſque morſus ultimi terribilij truculentiſſimos in hoc menſe ſubſtinuere. Nam dira Mors, vitæ Grandium Tyranna, inſignia tenebricoſa, ac formidoloſa ſuper eorum cadavera impavidè explicuit, ac ſuis ipſa pedibus Auguſti, & Tiberij, Veſpaſiani, & Titi, Domitiani, ac Aureliani, Theodoſij 1. primiq; Valentiani & Gratiani, & Baſilij, & Conſtantini v. Imperatorum, uti etiam Leonis IV. Rudolphi I. Friderici III. Caroli v. Sultan Solimani, ac Ferdinandi Auſtriaci vultus ſuperba calcavit. Nec Pipino, Caroloque Sapienti, ac Ludovico juveni, nec Philippo IV. Lotarioque, atque Carolo Calvo Galliarum Regibus pepercit, quin eodem ludibrio, ac ærumnâ menſe Septembri illos afficeret: inter quos etiam Rex Ungariæ Ludovicus ab Hiſtoricis connumeratur. Mors vitę grandium Tyranna.

A Romæ fundatione uſque ad illud tempus, quando eam ceperunt Galli, anno ſcilicet 364. (numerus ferè ſeptenarijs conſtans) & ab eadem uſque ad Cannenſem conflictũ, Romanorum cæde clarum, ſeptenaria 77. hoc eſt anni 539. cucurrerunt. Ab hac iterum cæde uſque ad profligatum Quintilium Varronem Auguſti tempore annos 224. qui ex puris ſeptenarijs componuntur, & à Carthaginis everſione uſque ad Romæ incendium ſub Totila Gothorum Rege annos 700. reperimus. Scribit etiam Rodericus Hiſtoricus Hiſpanus Mauros anno à Chriſti nativitate 707. ac Regni Roderici 7. Patronos totius Hiſpaniæ effectos, ac deinde ann. 777. juxta calculationem Taraſſij hiſtorici per Ferdinandum Regem Aragoniæ, qui Bæticam acquiſierat, expulſos. Nota.

Præterea alterius quoque generis horribilia exempla, à Nicolao Liures Gallo deſumpta, in medium proferre poſſumus. Hic enim Auctor diligentiſſimè obſervavit, omnes terræmotus inſigniores, ac terribiliores in menſe Septembri eveniſſe. Sicut accidit anno 38. Imperij Theodoſij, tũc quando innumeras ędificiorũ privatorũ moles ac ſeptuaginta ſepté turres Civitatis Conſtantinopolis, concuſſâ fortiter terra, terrâ ipsâ adæquavit; quindecim ſimul Perſonarum millia miſerrimo obitu in interitũ impulit: Compulitque Imperatoré Theodoſiũ ac Prochulum Patriarcham totumq; Populum ingenti formidine opreſſos extra muros exire. Jam tũc inſolitis mugitis terra ipſa jugiter quatiebatur; jam Cœlum fulmina emittebat. Sed verticoſus flatus, è nube mira velocitate erumpens, turbine quodam puerum unum ita in altum extulit, ut ab omnium oculis evaneſceret. Paulò tamen poſt idem Typhon in terram revertens, raptum puerum eò tranſtulit, ſed ita exanimatum, ac perculſum, ut poſt aliquot dies ſpiritum emiſerit. Verum priuſquam obiret, retulit Patriarchæ, ſe ab Angelis hoc canticum audiviſſe, *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus & immortalis*

Nicolaus Gallus. Terręmotus magni in menſe ſeptembri acciderunt. Nicephorus. Baronius, & al.

Inſigne miraculũ. Oratio potentiſſima contra terræmotus.

talis miſerere noſtri. Quæ verba immediatè Populus repetens, immediatè quoque terræmotus ceſſavit. Anno etiam 1590. menſis ſeptembris cùm alio perhorribili terræmotu eadem Civitas afficeretur; duodecim millium hominum jacturam inconſolabiliter flevit.

Cedrenus & alij. Ille quoque horribiliſſimus anni 545. ex Cedrenoto totam ferè terram, quæ tunc habitabatur, 6. die Septembris concuſſit. Alius etiam die ejuſdem menſis ac belli Azziaci 2. decem perſonarum millia in Paleſtina interfecit. Licoſtanes, Demum, teſte Licoſtane, adeo Lucarne grandis terræmotus hoc eodem menſe accidit, ut de totius Mundi interitu timeretur: præcipuè verò innumera populorum ſtrage Magdeburgi Palatium, fulminibus percuſſum radicitus corruit. Gregorio XIII. Eccleſiam Romanam regente, meridianâ Septembris horâ in Indiarum Occidentalium Provincia, quam Celem vocant, terram quatuit magnus motus. Horribile Maris prodigium. Qui non ſolum quinque Civitates, in Maritimis oris conſtructas, funditus explanctavit; verùm etiam facto impetu, è ſuo loco exire propinquum Mare coegit, undaſque uſq; ad medium vicinorum montium deferre: Ac tanta deinde celeritate, ipſo terræmotu ceſſante, adeoque furenter ibidem revertere, ut per quinque milliaria Italica, relictis jã proprijs finibus, magnaq; piſcium quantitate, ac aliquot in ſicco Navibus, quæ in illis litoribus extiterant; retrò abire compulerit. Nec abſimilis huic fuit ille, qui apud Indicas Hiſtorias legitur, quique ejuſdem menſis anno 1530. in Provincia Cumana contigit; quando centri impetus atque excuſſio, multis ſubverſis Vrbibus, montes hiatibus dilaceravit, ac Maris plagis in excidium redactis; lacos quoſdam peperit. Terræmotus Regni Neapolitani tempore Auctoris. In Regno quoque noſtro, ubi Apuliæ, ac utriuſque Calabriæ, Campaniæque, ſeu Terræ laboris, ſed præcipuè Civitatis Neapolis, ejuſque vicinarum plagarum propter evomitos à Veſevo flammarũ Montis Veſuvij ultima commotio anno 1631. globos, ſaxorumque grandium congeriem primò in altum uſque ad nubes evectam, ac deinde præcipiti caſu deorſum jactam, diluvijque bituminoſi, ac fervidi exitum (biberat enim prius Mons tantum propinqui litoris Mare, quantum, ut Triremes Naveſque in ſicco remanerent, ſufficiens eſſet) cinerumque molem hinc inde multas Provincias devaſtantem, terræmotus ruinas paucis ab in hinc annis deflevimus, terrã tremere magna affecti formidine Puteolani menſe Septembri ſenſere: cùm nimriũ ad ejus concuſſionẽ novus Mons cinerũ, qui ad hæc noſtra tempora cernitur, reſurrexit. Ille denique terræmotus, qui plurimum Ferrariam turbavit, ſeptembri Menſe magis ac magis convaluit.

Vltimum adverſariorum argumentum à ſacris literis deſumptum. Poſtquam adverſarij ſeptenarium numerum infelicis eſſe conditionis ac naturæ univerſim oſtendere conati ſunt, tandem (relictis alijs rebus, quæ perindè infauſta ſymbola etiam indicant, ut exempli gratia Hydræ ac Beſtiæ Apocalipſeæ ſeptem capitum, & ſeptem ij, qui Thebem jere; ſeptem capitalia crimina; ſeptem ſcelera; ſeptemque ſpiritus mali apud Salomonem, & ſeptem anni penuriæ Ægyptiorum, Filijque ſeptem, toti-

demque Niobe Filiæ) ad ultimum argumentum, è Sacris paginis deſumptum, ac arithmeticè probatum veniunt. Et ſane, inquiunt, Vates Divinus Bethleemitici Partus nativitatem, quæ Terræ Cæloque perennem attulit felicitatē, ſenario numero, ſeptenario relicto, his verbis prophetavit. *Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & vocabitur nomen ejus admirabilis, conſiliarius: Deus, fortis, Pater futuri ſeculi, Princeps Pacis.* Diſputat ſuper hoc vaticinium & quidē acutè Sanctus Pontifex Innocentius III. quæritque, *Cur ſex hujus Pueri nomina numerentur, nec pauciora, nec plura;* ſtatimque ſic reſpondet; *Quia ſecundum Arithmeticorum rationem numerorum alius eſt diminutivus, alius perfectivus, alius ſuperabundans.*

Iſaiæ cap. 9.

Inn. ſer. 3. Nativit. Domini.

Prior in octavo numero reperitur, quippè ei, in ſuas partes diviſo, quarum octava eſt unum, quarta verò duo, ſed quatuor pars media, deficit neceſſariò unum; tria enim membra illa, in quæ ipſe ſcindi poteſt, inter ſe juncta ſeptenarium conficiunt. Numerus autē ſuperabundans exemplificatur in duodenario, quod, ut patet, partibus, quibus conſtat, uſque ad ſexdecim excreſcit. Cum ergo rerum ſpecies, teſte Philoſopho, ſint ſicut numeri, naturaque ipſa tam excedendo, quam deficiendo partibus imperfectis, ac monſtroſis multa mala hominibus auguretur, jure meritò Divinum oraculum ſex tantum pulcherrima nomina naſcenti Servatori prædixit. Sextus namque numerus, qui ex uno tamquam ex ſexta, ex duobus tanquam ex tertia, & ex tribus tanquam ex media parte conflatur, nec excreſcit, nec decreſcit, ſed ſemper idem manet. *Quia ergo Puer hic,* concludit eruditus Pontifex, *cui nomina iſta conveniunt, Deus eſt, & in Deo nihil eſt diminutum tanquam infirmum, nihil eſt ſuperabundans quaſi ſuperfluum, ſed totum omninò perfectum, velut æternum; idcirco hæc ſex nomina, quæ ſibi ſecundum naturam Divinam conveniunt, ſub perfecto numero deſignantur.*

Speculatio maximâ advertentiâ digna.

Ariſtoteles.

Loco citato.

Ergo ſicut Spiritus ſanctus non alia de cauſa ab hoc vaticinio prædictos numeros excluſit, niſi ut perfectionem omnimodam, diminutivo, ac ſuperubundanti ablato, illis nominibus in ſenario collectis, Deo homini prophetaret: ita etiam fortaſſis ſeptenarium reſpuit, ne potius mala quam bona prognoſtica, naſcente Domino, Mortalibus annunciaret.

SECUNDA SENTENTIA AFFIRMANS.

HÆc tamen argumenta, aliaque permulta, quæ ab adverſarijs adduci poſſent, haud ita mentem noſtram, ac rationem convincunt, ut ab alia meliori, ac communiori Sententia aufugiamus. Quia verò tota diſputatio ſeptenarium numerum amplectitur, ſeptem quoque vijs

II. Sententia melior, & communior. Septem vijs probatur.

nempè Naturali, Aſtrologica, arti arithmeticæ innixa, Morali, Politica, Exemplorum, Spirituali, ac Theologica) eum bonorum rerum etiam prognoſticum eſſe demonſtrabimus.

I. via naturalis

Servius.

Higinus, & alij.

Urſa major cæleſtis quæ.

Inter Tropicos tempus menſiū VII. interponitur.

Et quidem Natura dum ſeptem Planetarum imperio ac Plejadis, hoc eſt ſeptem ſtellis ante genua Tauri, vel ut aſſerunt Aſtronomi inter Tauri finem, & Arietis caudam collucentibus (ita dictis, quia ortu ſuo primæ navigationis tempus oſtendunt) Aſtriſque ſeptem Urſæ majoris, quam Græci Helicem vocant; Univerſum dirigit, & gubernat; quid aliud nobis indicat, niſi omnia illa bona, quibus per tot ſigna, ſeptimo numero incluſa, Orbis terrarũ vivit, mortaliũ corpora naſcuntur, & quod ipſis hominũ animis aliquo pacto influentiæ dominantur? Sole circuit Natura Mundũ, & in qualibet Hebdomada, diebus ſeptem confecta, ſeptenario gaudet numero: Ac inſuper pompâ maximâ ſuper cæleſtes circulos ab æquatore æquali ſpatio diſtãtes (quos Coſmographi Tropicos, Latini verò Solſtitiales vocant) deambulando graditur, interque eos menſibus ſeptem motum complet.

Homo magnum naturæ miraculum.

In ejus conſtructione pluries numero ſeptenario natura gaudet.

Homo animatũ Naturæ Theatrum.

Magnum rarumque naturæ Miraculum communi vocabulo, ab antiquorum ſapientum ore mutuato, hucuſque predicatur Homo. At in homine conſtruendo mirum in modum ſeptenario numero triumphat Natura. Etenim muliebri matrici ſeptem horis inſerit ſemen, ac hebdomadibus ſeptem Fœti membra in ventre matris dividit. Hinc natus infans ſeptimo die umbilici reliquias projicit: quartodecimo autem, ex duobus ſeptenarijs conflato, oculos aperit, movetque. At menſe ſeptimo incipit dentes mittere; quartodecimo verò, ac vigeſimo primo ſedet, loquiturq; ſed vigeſimo octavo ambulat. Dum verò ad ſeptimum annum pervenerit, mutat dentes, diſcurrit. Demum annis quartodecimo, & vigeſimo primo pueritiæ tranſgreditur periodos, ac creſcendi terminos claudit. Itaque toties Mater natura ſuper animatum hominis Theatrum incredibili faſtu proficua videtur, quoties tot pulcherrimis mutationibus tanquam varijs ſcenis ab uno ad aliud ſeptenarium ſe ipſam prodit.

Nota pulcherrimam obſervationem.

Celſ. lib. 5. cap. 28.

Fuit antiquitus obſervatum unicum ac mirandum Naturæ ſecretũ; nimirũ quod ex ſeptẽ Fratribus maſculis ſeptimus virtutẽ habeat morbũ illum curandi, quẽ ſtrumam latini vocãt (Italicè ſcrofole) ſic dictus à ſcrophis, quæ id morbi patiuntur; eſtque tumor cervicem præcipuè infeſtans, per quem circa guttur glandulæ quædam ex pure, & ſanguine plenæ oriuntur: quamvis & in alijs interdum partibus corporis gignatur, ut puta in alis, & inguinibus, & lateribus. Quod ſi verum eſt, ut probatiſſimi ſcriptores tradunt, nixi fortaſſis experimento, certè natura nonniſi ſalubria ſeptimo numero nobis preſtat. Hinc puto Artem utramque, liberalẽ ſcilicet, atque architectonicam naturam in hoc imitari. Scimus enim Græcorum ſapientiam ſeptem Sapientibus circumſepiri: ſeptem liberalibus artibus totam humanam philoſophiam coronari: ſeptem Mundi mira-

Ars liberalis, & Architectonica in hoc etiam imitãtur naturã.

miraculis Architecturam gaudere, ſeptemque Montes pro conſtruendo orbis capite Romam elegiſſe.

Natura ipſa, totum bonum Univerſi, tot orbibus ſupernis (inter quos Beatorum ſedes, nimirum Dei Civitas, Empyreum cœlum vocitata, eminet) Luminaribus majori, ac minori, ſyderibus, imaginibus, influentijs, circulis, ac alijs pulcherrimis ſignis exornatis: atque etiam infernis, elementis duntaxat (quorum tria aves, piſces, quadrupedia, reptilia, homines, aliaque viventia inhabitant) mirificè fabrefactis, ſeptimo Menſe à Summo rerum opifice creatum eſſe, efficaci argumento ſuadet. Nam ſi annus ubi incipit deſinit, & è converſo, ac etiam Tabernaculorum ſollemnitatem, quam hucuſque in ultimis Virginis gradibus celebrant Hæbræi, anni naturalis finem vocat Deus; ratio monet, ejus principium in primis reperiri Libræ gradibus, in quibus neceſsè eſt confiteri, Mundum creatum eſſe. Eo vel maximè quia ſicut temperiei, ac æqualitatis ſtatus inter noctes diesque propter duo Æquinoctia invenitur, ita ſanè naturaliter philoſophandum in altero ipſorum orbis totius creationem accidiſſe. Id confirmat ſcriptorum, ac ſacræ ſcripturæ expoſitorum auctoritas, Joſephus, Rabbi Eleazar, Rabbi Abram Aben, & alij ex Hæbræorum interpretibus per multi, quos ſequitur Joannes Picus Mirandulanus. Nec ſuper hoc inter Judæos eſt aliqua diſſentio, qui propterea illo eodem tempore ſuum magnum jejunium, tubarum, ac tabernaculorum, expiationis, Cætuſque, ſeu Collectæ ſolemnitates efficiunt, quia nimirum putãt, illud eſſe verum anni principium, pertinens ad Mundi creationem.

Ratio ipſa naturalis monet, totum orbem ſeptimo menſe creatum fuiſſe.

Annus deſinit ubi incipit, & è contra.

Lib. 3. antiquit. Super Geneſim. Super Danielē. Lib. 7. cont. Aſtrologos.

Relictis tamen haud paucis alijs Naturæ argumentis, ad ſecundam viam progrediendum, quam brevi curſu explere intereſt, ne in hujus diſciplinæ ambagibus, inter quos hodie magna hominũ pars miſerè aberrat, nosmet etiam implicemus. Quæ quidem via inferius clarè patebit in reſponſionem ad rationes adverſariorum, ubi ſignum ſeptimi Menſis, hoc eſt Libræ infælix non eſſe ſimul oſtendemus.

II. Via Aſtrologica inferius aperienda.

Arithmetica ipſa, ſine cujus adjuratorio infœcunda prorſus evaderet Aſtrologia, imò funditus corrueret, ubi de numerorum ſpeciebus agit, multa bona indicandi per ſeptimũ numerũ ſcriptoribus motivũ prebet, ut exempli cauſa perfectionē, multitudinem, tempus gratiæ, & ſimilia. Quorum nihil magis decantatum apud omnes Doctores, ſive ex profeſsò, ſive obiter hujus numeri ſeptenarij Sacramenta detegentes; & nos unicum tantum in ultima via tangemus.

Aſtrologia ſine Arithmetica nihil valet.

Via quoque moralis, quâ homo ad mores optimè informandos omnium virtutum pedibus progreditur, ſeptimi numeri fauſtiſſima aperit Myſteria. Tria Virtutum agmina ſuis diſtincta ſeptenarijs armant nos in omnium vitiorum interitum. Primum fide, Spe, Charitate (quæ virtutes Theologicæ vocitantur) Prudentia, Temperantia, fortitudine, ac Juſtitia (hæ autem Cardinales dicuntur) conflatur. Secundum verò Caſti-

III. Via, quæ moralis dicitur.

Virtutum ordo contra Vitiorũ Exercitum ſeptenarijs componitur.

Caſtitate, Patientia, Obedientia, Veritate, Abſtinentia, Pœnitentia, ac ſimplicitate fortiter munitur. Tertium autem Humilitate, Liberalitate, Continentia, manſvetudine, ſobrietate, lætitia de bono alterius, ac ſollicitudine in Dei ſervitio componitur, irruens in ſeptem capitilia vitia non ſecus ac antedicta in proprios hoſtes, quorum acies unuſquiſque ex ſemet cognoſcere ac numerare poterit.

Omnia hominũ bona ſeptenari' numerus patefacit.

Quid ultimò non didiceremus, tam ad mala evitanda, quam ad amplectenda bona, ſi omnia Divinarum literarum ſecreta, ſacrorum interpretum, Sanctorumque Patrum lucubrationibus explicata, numeroque ſeptenario contenta, luſtraverimus? Deus ipſe ut bonos mores, ac virtutum facinora in nobis perficeret, ac horum perfectionem Summâ Beatitate in Cælis perenniter conſummaret, nonnè ſeptem tantum nec majora, nec minora inſtituit Sacramenta, in quibus tota hominum ſalus gradatim, ac mirificè continetur?

Septem Sacramenta bona omnia in nobis perficiunt.

VI. Via Politica dicta.

Athenis Monarchia

Reſpublica Romana ſepties mutavit gubernij formam.

Quartam viam, quam politicam appellamus, tali modo oſtendimus. Ferunt Athenienſiũ ſtatum olim ſub Monarchiæ forma ſeptem judicibus rectum fuiſſe, qui unus poſt alium totidem quoque annis dominabatur. Romana Reſpublica, quæ in rebus politicis adeo antiquitus floruit, ut ferè ab ea gens omnis etiam Barbara, ac totus Mundus politiam didicerit, inter ſex gubernandi formas (ſive per Reges, ſive per Conſules, ſive per decem viros ad leges condendas, ſive per tres tribunos Militum cum Conſulari poteſtate, ſive per Dictatorem, & Magiſtratus ſine Conſulibus, ſive per Imperatores) in penultima forma Septemviratu uſa eſt, id eſt ſepté viris Magiſtratum gerentibus. Sed maximè eſt advertendum, quod cum Chriſtus Dominus diſpoſuerit, Monarchicum Romæ Imperium partim eſſe ſpirituale (& ad hoc etiam politicum aliquo titulo pertinere) partim verò temporale, ſeptimam quoque gubernandi formam per Sumũm Pontificem addidit, ne ex hac parte uſque ad Mundi finem corrueret, ac in eum portæ inferi prævalerent.

Nota.

Politicorum hiſtorica obſervatio.

Appianus.

Obſervatum invenio à Politicis, ſtatum popularem, poſt Salaminæ conflictum, ac Perſarum fugam, teſte Appiano, 70. annos duràſſe. Admiranda illa Amam Hæbreorum Victoria uſque ad aliam Judæ Machabæi in Anthiochum anni 343. puris ſeptenarijs effecti, tranſiere. Quem numerũ etiam invenimus ab Auguſti contra Marcum Antonium Victoria, poſt quam Mundus meliorem gubernij formam deſumpſit, uſque ad Magni Conſtantini Imperium, ſub quo humana prudentia optimè viguit, & Religio Catholica vires, & incrementum acquiſivit.

September menſ fauſtus.

Inſuper Politici ipſi vigili ingenio adnotavêre, Menſe ſeptimo ſemper ferè principaliores mutationes contigiſſe, tanquam à prima pendentes mutatione, quæ in Mundi accidit ſtructura, & quæ eſt radicalis omnium aliarum origo. Machinâ enim immenſâ Univerſi ex nihilo effectâ, in res varias omnium Conditor ac pulchras formas Chaos ſeptembri menſe

ſe diſtinxit, ut ſupra tetigimus. Hoc eodem menſe natus eſt Imperator Auguſtus, qui Romanam Rempublicam in meliorem optimamque gubernandi formam, Monarchicam duntaxat, reduxit: Quique die ejuſdem Menſis 2. (ut Dion, Svetonius, & Caſſiodorus advertunt) victoriam navalem Marci Antonij (per quam Triumviratus, & Imperium venit ſub uno Principe) conſecutus eſt. Tertio die ſeptembris Plutarcho, Livioq; teſtibus, Perſeum Regem Paulus Æmilius profligavit ac Macedoniæ Imperium, quod in totam Aſiam dominabatur, depopulatus eſt. Hoc eodem Menſe Imperij regimen adeptus eſt Conſtantinus Magnus, qui cum illud Bizantio tranſtuliſſet, impia Ethnicorum dogmata ſimul radicitus explātavit. Item Arabes totam citra Athlantem Africam, cui hucuſque dominantur, acquiſivere.

Auguſti Nativitas & alij evētus ſeptimi Menſis.
Dion.
Suetonius.
Caſſiodorus.
Plutarchus.
Titus Livius.
Conſtantinus Magnus creatus Cæſar menſe ſeptembri.

Diem ſeptembris quintum, ac 29. Politicorum demum ſolertia propter ſtatuum mutationes, quibus aliorum fælicitates enarrantur, advertunt. Illum, in quo Rex Poloniæ Sigiſmundus, Auguſti Pater Moſchovitarum Schiſmaticorum Exercitum rupit, ac funditus deſtruxit. Hunc, quia in eo Magnus Alexander ſeptingenta Perſarum millia, ac Darium propè Arbellam vicit, primoque die octobris Rex Aſiæ fuit ſalutatus, unde Orientales ab illa victoria, ut ſcribit Scaligerus, annos deindè (ſicut Arabes à Mahemeti fuga, Hiſpanique à Cæſaris Dominatione) numerare cæperunt. In eo etiam Magnus Pompejus Civitatem Hieruſalem expugnavit, Templum cæpit Salomonis, JudeçRegnū evertit, quod poſtea Titus Veſpaſianus hoc eodem menſe, omni penè Hæbræorū generatione extincta, funditus eradicavit. Ac poſt tot annos eandem Urbem (ò dolor) Saladinus, qui totum ferè explanctavit Terræ ſanctæ regnum, à Gottifredi Bulioni, atque à Principum Occidentalium armis immenſo labore acquiſitum, acquiſivit: Rexque Turcharum Bajazethes irruens Nicopoli in Sigiſmundi Cæſaris agmina, trecentis cum millibus Chriſtianis eum profligavit, ac ejus vires in Europa proſternit.

Inſigniores Victoriæ menſis ſeptembris.
Joſeph. Scaliger.

Hanc eandem Politicorum viam ſecuti ſunt Apollus, & Abraham, ſeptem ille annis, hic verò quatuordecim ſervitutis jugum deferendo. In hoc enim numero non niſi fortaſſe bonos exitus eorum ſervitia expectavere.

Apolli ſervitus, ac Abrahami quare fauſta.

Quantum ad exemplorum viam ſi ex altera parte Europam, aliaſque Mundi oras perluſtraremus, inveniemus quidem etiam ſeptembri Menſe multò majores felicitatis quam infelicitatis eventus. Etenim, ut diximus, celebriores Victorias Auguſti, Alexandri Macedonis, Pauli Æmilij, Titi, Conſtantini, Belliſarij, ac aliorum conſpicuorum militum, omnes profectò in hoc menſe accidere. In quo Pax etiam firmata eſt inter Carolum V. & Franciſcum Galliæ Regem, unde poſtea quies Italiæ exorta, multis annis duravit: Et nati ſunt pariter Romulus, Auguſtus, Germanicus, Antoninus Pius, Solimanus, Franciſcus I. & Ludovicus XIII. Francorum Reges;

V. Via ab exemplis.
Nativitates multorum Principum in menſe ſeptembri.

Alijque Principes quamplurimi fortunâ,&famâ celeberrimi,quorum memoria paſſim apud ſcriptores enarratur. Sub magno Gregorio à peſte liberatus fuit Romanus Populus in S.Michaelis Archangeli apparitione,quę menſe ſeptimo celebratur & propter quam S. P. Franciſcus Jeſu Chriſti Stigmata accepit.

VI. Via ſcripturalis.

Scriptura ſancta ſatis abundè ſecreta pulcherrima ſeptenarij numeri detegit.

Via ſcripturalis infinita ſanè ſeptimi numeri Sacramenta, atque exempla,& omnia fauſta,in medium affert; adeoque frequenter,ut locis innumeris res multas,pulcherrima arcana, ac fęcunda Spiritus ſancti Myſteria aperiens, in eo explicuerit. Quia tamen circa numerum ſeptimi Menſis verſamur,quorum ærumnoſa accidentia,ſuperius enarrata, anſam fortiorem contradicendi adverſarijs præbuere,ſanè non gravabo Lectores, ſi ejuſdem menſis fauſtiſſima ſecreta enucleando, ulteri⁹ ſermonem protraxerim. Martij Menſem Deus commemorans, Populo ſuo hæc ajebat *Menſis iſte vobis principium menſium primus erit:* ac deinde, *Primo Menſe quartadecima die menſis ad veſperas comedetis azima.* Et inferius, *Et cum dixerint vobis filij veſtri: quæ eſt iſta Religio: dicetis eis, Victima tranſitus Domini eſt: quando tranſivit ſuper domos filiorum Iſrael in Ægypto,percutiens Ægyptios, & domos noſtras liberans, &c.*

Exodi c. 12.

Martius ante liberationem Judæorum non erat primus anni menſis.

Ex quo loco communior Sacrorum interpretum opinio planè cōcludit, ante Hæbræorum liberationem Martium non eſſe apud eos primum anni menſem,ac omnium menſium caput, principemque. Quam ſententiam etiam probant alij tam ex capite 23. quam etiam ex 34. ejuſdem libri: nam ibi fit menſio trium ſolemnitatum, ac ultimæ præcipuè Tabernaculorum, in menſe ſeptembri ac añi fine celebrandæ. Hîc verò idem Tabernaculorum Feſtus celebrari jubetur inter finem,ac principium anni; quod de anno naturali,& de creationis Mundi initio profectò intelligitur.

Geneſ. cap. 8.

Dixerat autem ſuperius ſcriptura cap. 8. Geneſis, ubi Moiſes nunc per duplex dierum ſeptenarium ramum Olivæ (id eſt pacem inter nos, & Deum) in ore Columbæ lætus conſpexit, ac deinde cum non amplius revertiſſet,ſecundò miſſa,Orbis excidium ceſſaſſe intellexit,nunc verò generale diluvium exſiccatum oſtendit, *Anno uno, & ſexcenteſimo ætatis Noe, prima die primi menſis aquæ deſiccatæ ſunt.* Quæ verba ſatis exprimunt,poſt tam immenſam aquarum molem, quæ etiam ultra quadraginta dierum pluvias, quando *Cataractæ Cœli apertæ ſunt,* 150. diebus perduravit,primo die ſeptembris terram fuiſſe detectam. Hinc eſt,quod optimè recenſiores nonnulli, noſtræ ſententiæ ſectatores,bis Mundum in hoc ſeptimo menſe poſſe dici creatum philoſophati ſunt.

Herodianus. Lampridius.

Tradunt Herodianus ac Lampridius, Commodum Imperatorem, ſeptembris menſem,quem antea Germanicum antiquitas vocaverat,Herculeum appellaſſe. Nullum autem horum nominum multum ipſi duravit;

vit ; illud enim ei remanſit , quod à numero traxerat ſeptenario ; in quo Deus ipſe eum à primo loco auferendo , non abſque magno utilitatis myſterio,collocavit.

Deus à primo loco abſtulit menſem ſeptembrem,&in ſeptĩmo poſuit.

Congruit ſanè huic ſeptimo menſi ſeptenarij numeri prerogativa etiam ratione ejus naturæ,quæ magna bona mortalibus affert. Hinc jure merito illo numero ſignandus erat, qui omnium bonorum Seminarium à ſcriptoribus extimabatur. Hinc etiam in omnibus Europæ plagis Autumni flos eſt ſeptember , quem anni virilitatem idcirco Poetæ translativè dicunt,ut oſtendãt,quod ſicut perfecta hominis ætas eſt virilitas , ita etiam Autumni tempus , in quo res omnes quaſi in ſumma perfectione,propter maturos fructus,ac fructuum optimi nutrimenti florem,inveniuntur. Poteſt tamen eſſe , quod Aprilis , ac Maij menſes inutili quadam foliorum, florumque pulchritudine aliquod bellum Septembri inferant. At nihilominus ſecundum veram eſſentiæ ſpeciẽ, & cõmoditatem nullus menſium ei æquiparandus eſt. In ipſo enim noctes dieſque pari temporis menſura excurrunt,ceſſat intenſus calor,aer temperatur, ſpirant Zephiri, revireſcit terra, omnia animalia pingueſcunt , omnes matureſcunt fructus , amores renovantur , frequentantur venationes, abundant aquæ piſcibus,vapores purificantur,tranquillatur Mare,ac Cœlum ſerenatur.Unde anni oculum, uti Mundi Solem antiqui,Neoterici nonnulli ſeptembrem appellavere.

Hujus translationis prerogativa ipſius menſis naturæ congrua.

Naturales prerogativæ ſeptẽbris.

September anni oculus vocatus.

Ægyptiorum antiquitas intuens hæc ſeptembris merita,ſub numero ſeptenario tot tantiſque bonis referta,ſui anni Principem eum conſtituit, *Toth* ab ipſa vocatum. Dum autem Onorius Auguſtus Scriptor Eccleſiaſticus fatetur, Ægyptios hoc ab Abraham didiciſſe , aliter ſanè aſſerit Lactantius Firmianus : tamen ille realiori fundamento innixus , melius eſt quam hic philoſophatus. Etiam Antiqui Saxones à ſeptembri menſe anno dedere initia : idemque de Aſſirijs, Babylonijs,Sirochaldeis Scaligerus autumat. Id quod etiam ſcriptor quidam ex Caſſiodoro putat de Græcis, qui Olimpiadam ab hoc Menſe incipiebant ; atque de Provincia *Calicuth* nauticæ tradunt Hiſtoriæ. Quem morem non tantum Indij,verum etiam uſque hodie in Italia ſequuntur Appuli. Andriæ enim Civitas, Barenſis Provinciæ Regni noſtri (hoc aliqui audiviſſe ferunt , quod ipſe nunquam audivi) ſe ab uno ex filijs Noe jactitat ædificatam : quamobrem caput ſui anni, ſive initium propter ſui antiquiſſimi Fundatoris memoriam ſeptembrem facit. Scio Romanos à menſe Martio annos incepiſſe,ut Deum Martem,quem ipſi ſuæ ſtirpis Auctorem vanè exiſtimabant, honorarent. Attamen Dictator, ſeu Dux Equitum , ac Generalis clavo affixo die ſeptembris quintodecimo annum ſignabat , quo etiam menſe Provinciæ ſolvebant tributa. Illo quoque anno in quo Plebs à Nobilium cætu ſe disjunxit,atque ſe ad Montem ſacrum contulit,Conſules creati fuere , tanquam ſi eodem tempore annus incepiſſet.

Toth Ægyptij vocant ſeptembrem.

Onorius Auguſtus.

Lactantius Firmianus.

Antiquorum Saxonum mos circa menſis ſept.

Scaligerus.

Caſſiodorus.

Andria Civitas Apuliæ.

Romanorum uſus,ac vaniſſima exiſtimatio.

Multa eſt Sacra ſcriptura in gratiam ſeptimi numeri.

Nil frequentius in ſacra Scriptura ſanè invenitur, quam ſeptimi numeri in bonam partem repetitio: ſive ob ſeptimi diei Feſtivitatem, ſive ob ſolemnitatem ſeptimi menſis; aut propter Servorum immunitatem, aut propter terram, anno ſeptimo ſine cultura relictam; vel demum ob hæreditatis regreſſum poſt annum 49. ſeptem conflatum ſeptenarijs. Scriptura ipſa etiam fatetur ſeptima die Deum quieuiſe. Ipſa quoque enumerat ſeptem libri ſignacula, ſeptem cornua, ſeptem oculos, ſeptem Angelos, ſeptem Eccleſias, ſeptem altaria, ſeptem candelabra, ſeptem Stellas, ſeptẽ Cœlos, & ſeptem vices, quibus Deo canit Propheta. Meritò igitur acutè, ac eloquenter ſanctus Petrus Chryſologus ſuper illam Petri quæſtionem: *Si peccaverit in me frater meus, quoties remittam illi? ſepties? Ad quam reſpondit Dominus: Non ſolum ſepties, ſed ſeptuagies ſepties*; aureâ ſententiâ celebriora ſeptimi numeri encomia, & Sacramenta, omni ſanè animadverſione digna hiſce verbis commemorat.

Serm. 139.

Matth. cap. 18.

Aurea D. Petri Chryſologi ſententia.

Præſcriptus numerus, inquit, *non anguſtat veniam, ſed dilatat, & quod præcepto finit, ſine fine reliquit arbitrio, ut ſi quantũ juſſerit remiſeris, tantum ſit obedientiæ, ſit præmij. Verum ſeptimus numerus, qui numerus videtur parvus invenitur ampliſſimus Sacramento.* Quod egregiè probat Arithmetica enumeratione, ſimulque principaliora Divinæ legis bona ita demonſtrat. *Nam ſeptimus numerus per dies gradiens, Sabbathum facit, quod benedixit Dominus, & deputavit ad requiem tam ſui operis, quam laboris humani. Septimus numerus per hæbdomadas currens, ſic ſeptem ſeptemplicat ſeptimanas, ut Pentecoſten nobis impletam Myſterij ſolemnitate concludat; totumque ſancti Spiritus imbrem in Eccleſiaſticam ſegetem cæleſti ſonitu tunc effundat. Septimus numerus cum per menſes properat; ſeptimi menſis feſta conſecrat totâ nobis jejunij ſanctitate. Septimus numerus cum vadit per annos, ſeptimanas facit: facit annum, qui requiem dat terræ, nexus omnes fraternæ obligationis abſolvit. Septimus numerus annorum cum circuit ſeptimanas, annum quinquageſimum, qui Jubilæus vocatur, ad plenitudinem totam veniæ & remiſſionis adducit: ut tollatur ſervitus, redeat libertas: ut cautionum documenta & monumenta rumpantur: reſurgat debitor, debitum ſit ſepultum, redeat ut ager pauperis, ut pereat divitis totus de cupiditate contractus.* Tandem ad textum Matthæi præpoſitum veniens, ita egregiè ordine Dialectico, & Rhetorico argumentatur. *Et ſi ſeptimus numerus ſeptemplicatus per dies, per menſes, per annos; totum contulit remiſſionis, & veniæ: ſeptemplicatus ſeptuagies ſepties ſeptimus numerus quid afferre poſſit, Chriſtianus æſtimet, & advertat auditor.*

Calculatio verè ingenioſa, ac ſingularis.

Arguit modo S. Doctor à minori ad majus, & ſatis conſpicuè.

Tunc verè ceſſabit crediti contractus, & debiti: tunc verè abolebitur tota conditio ſervitutis: tunc illa, illa veniet ſine fine libertas: tunc æternus ager victurus ſemper ſemper remeabit. Veniet, veniet remiſſio tunc vera quando abolebitur etiam neceſſitas ipſa peccandi: quando pereunte immunditia, verè Mundus jam vocabitur Mundus: quando redeunte vita, mors non erit: quando regnante Chriſto, Diabolus jã peribit. Hactenus D. Petri aureus ſermo, & ſanè in rem præſentem ſatis congruus, & conſpicuus.

Ultimo candidè perorat, & anagogicè elevatur.

Viâ denique Theologicâ ſeptimi numeri breviter ſecreta aperimus. Hujus Sacræ diſciplinæ ethimo allocutionem de Deo exprimit: ideò loquens ea Iſaiæ oraculo de Chriſto Servatore, Spiritus ſancti donorum pleno, immenſam gratiarum copiam per illa effuſam Sacroſancto ſeptenarij numero hoc modo enucleat. *Et requieſcet ſuper eum Spiritus Domini: Spiritus Sapientiæ, & Intellectus: Spiritus Conſilij, & Fortitudinis: Spiritus Scientiæ & Pietatis: & replebit eum Spiritus Timoris Domini.* Lyranus noſter ingenioſè oſtendit, hæc dona, numero tantum ſeptimo reſtricta ad omnia fauſta ſe extendere, ad quæ tam intellectuales, quam morales Virtutes ſe extendunt. *Enumerantur hic,* inquit, *ſeptem dona Spiritus ſancti, quorum ſufficientia ſic accipit. Dona enim Spiritus ſancti perficiunt animam ad hoc, quod ſit bonum mobile ſecundum inſtinctum Dei tanquam à quodam motivo principio ſuperiori, juxta illud.* Quicunque enim Spiritu Dei aguntur, hi filij Dei ſunt.

VII. Via Theologica.

Cap. xi.

Lyranus apud Gloſſam.

Ad Romanos 8.

Declarans autem egregius Poſtillator ſuam mentem enucleatius, ſtatim ſequitur. *Et imò dona ſunt in Ratione, & Voluntate. Ratio autem ſpeculativa eſt, & practica, & in utráque conſideratur Veritatis apprahenſio, quæ pertinet ad ejuſdem inventionem, & judicium. Ad apprahenſionem igitur Veritatis perficitur ſpeculativa Ratio per* Donum Intellectus: *practica verò per* Donum Concilij. *Ad rectè verò judicandum ſpeculativa Ratio perficitur per* Donum Sapientiæ: *practica verò per* Donum Scientiæ. *Voluntas autem in his, quæ ſunt ad alterum perficitur per* Donum Pietatis: *in his autem, quæ ſunt ad ſeipſum perficitur per* Donum Fortitudinis, *contra terrorem periculorum. Contra concupiſcentiam verò inordinatam delectabilium perficitur per* Donum Timoris. *Et ſic patet, quod dona ſe extendunt ad omnia, ad quæ ſe extendunt Virtutes Intellectuales, & Morales.*

Diſtinctio Scolaſtica, Philoſophica, ac Theologica.

Ratio duplex, ſpeculativa, & practica.

Illud etiam Animæ & Corporis integritatis bonum, amore cujus *Verbum Caro* in utero Virginis ſeptimo menſe exortæ, *factum eſt*, Mundus

Joann. 1.

Mundus renovatus, Humanum Genus redemptum, Mors devicta, expoliatus Tartarus, apertum Cœlum, Angelorum ordo reſtauratus, ac noſtra natura in medio Trinitatis ad Patris æterni dexteram collocata, numero ſeptenario Theologorum Schola explicuit. Vocant enim ipſi ſeptimum numerũ, numerũ VIRGINITATIS, eo quia in partibus non poteſt dividi; nec alios numeros ſub numero decimo poteſt producere.

Numerus ſeptimus Virginitatis ſymbolum.

Ex his omnibus ſatis ſuperfluè exploſæ remanent adverſariorum rationes. Majora enim bona abſque ulla comparatione ſeptimum numerum nobis augurari ſeptem vijs demonſtratum eſt. Tamen ad ipſorum argumentum Aſtrologicum de Libræ ſeptimi menſis ſigno ita reſpondet Neotericus quidam Italico idiomate, quod nos Latinè ponimus. Qui Aſtrologis, inquit, illam regulam negaverit, id non caſu efficeret: etenim Venus cadit in Virginẽ, ubi Mercurius, qui ex ſe haud infelix Planeta eſt, exaltatur. Et Mars habet in Ariete domum ſuam, ubi exaltatur Sol. Et Luna in Scorpione deprimitur, ubi aliqua ex malignis exaltatur.

Reſpondetur adverſarijs.

Taſſon. lib. 2. quæſt. 13.

Ad illud verò Ptholomei idem Auctor reſpondet, oſtenditque tanti ſcriptoris, ac Philoſophi dictum in multis fallere, nec regulam generalem efficere. Quia, inquit, in Æthiopia, in Inſuliſque ac terris ultra Eclypticam lineam, ubi Sol perdit in Ariete, at tranſacto Æqninoctio Libræ, roboris augmentum ſumit, contrarium prorſus accidit. Inſuper ſi exaltatio Solis, aut ejus depreſſio ita dicenda eſt, tum quia radijs ſuis aut propinquior, aut longior fit, tum etiam quia noctes dies ſuperant, aut dies noctes: cur etiam hæc ejus depreſſio, ſive exaltatio major non erit in Tropicis Cancri, & Capricorni, ſicuti eſt in Arietis, ac Libræ Æquinoctijs? Et nihilominus non aſſerunt Aſtrologi, quod Sol in Capricorno deprimatur, & in Cancro exaltetur: aut quod hic aliquam felicitatem gignat, aut quod ibi infortunium aliquod ſine alio addito efficiat. Rationabilius ſanè eſſet aſſerere, quod Sol nunc nobis propinquior, nunc verò à nobis longior noſtrarum operum variet eventus: ac propter hãc majorem propinquitatẽ, interſtitiumve, fortiorem mutationem, ac varietatem, bonam ſcilicet, vel malam auguretur. Ad illud, quod alij Ptholomeo addiderunt, reſpondet Comes Joannes Picus, quod nulla vera, imò nec apparenti ratione inimicitia Solis cum Saturno oſtendi poteſt: Et quod Aſtrologi voluntariè, ſicut ipſis res arridet (Italicè *torna bene*) de ea loquntur. Alij enim ipſum fingunt oppoſitum Soli, alij verò ejuſdem naturæ cum Sole, ac utrumque Patrem ſignificant: Et quia uterque Orientalis eſt, utrumque pariter marem, ac diurnum faciunt. *Altera ſublimitatum cauſa*, inquit Plinius, *quoniam à ſuo centro abſidas altiſſimas habent in alijs ſignis, Saturnus in Libræ parte viceſima; Jupiter Cancri quintadecima; Mars Capricorni viceſima octava, & ſic de cæteris, &c. Unde data Mathematicis occaſio, ut ſervato altitudinis nomine, quaſi tamen non eſſet loci, ſed naturæ &* pote-

Reſponſio ad Ptholomeum.

Objectio ad hominem, ut ajunt

Quæ conſequẽtia ab argumento adverſariorũ educenda.

Joannes Picus apud eundem Taſſ.

Lib. 2. Hiſtor. natr.

poteſtatis,abuterentur. Quibus hæc ſubjungit Neotericus citatus; Lybra ſignum infelix eſſe non poteſt,quia tantum eſt exaltatio Saturni,ac ejus triplicitas. Nam cum ſit Domus Veneris , quæ eſt Planeta fortunatus, & cum vigor domus virtutem exaltationis ſuperet, æqualiter poteſt, imò forte magis benignum influxum ei Venus tribuere , quam Saturnus malignitatem.

Lybra ſeptimi menſis non poteſt dici Aſtrologicè ſignum infelix.

Ulterius , inquit , neſcio quomodo regnum Saturni poterit eſſe Lybra,quæ domus eſt Veneris,cum Saturnus ſit Stella non ſecus Veneri inimica,ac juventuti ſenectus,lætitiæ melancholia , odiumquè amori. Ille namque frigidus eſt & ſiccus,hæc verò calida & humida. Niſi intelligamus cum Plinio , exaltationem minimè ſignificare virtutem , ac poteſtatem,ſed tantum intercapedinem à circumferentia ad centrum , quæ cum illis influxibus in rem nequaquã aliquod propoſitum habet. Deniq;,ait,ſi Lybræ ſignum infelix eſſet, aut hoc illi ſuaptè natura proveniret, aut propter Saturni influentiam & malignitatem,illud prædominantem.Primum haud dicendum;nam veriſimile eſſe nõ poteſt,quod etiam Venus ſit ibi ſimul malefica. Nec eſt dicendum ſecundum ; quia in eo non debet judicari potentior Saturnus,qui longè abeſt,ipſo Sole,cujus benignitas,ac bonitas præſens eſt. Eo vel maximè quia ſecundum judicia moltorum,nihil aliud eſt Saturni lumen , quam unicus reflexus ipſius Solis. Non eſt igitur fortunæ offenſio (concludit citatus Auctor) ſeptimo menſe cum Sole in ſigno Lybræ naſci : nam ſicut Theorica ex hac parte fallitur, ita ſanè & Praxis ipſa,quæ haud paucos illuſtrium Principum ortus,ac felicitates,ab hiſtoricis decantatas ſub ipſo oſtendit.

Saturnus non poteſt habere regnum in Lybra,quæ eſt domus Veneris.

Ultima reſponſio argumento ex diviſione.

Saturni Lumen quid.

Hactenus præfatus Auctor, & nos cum ipſo ; cum quo etiam concludimus,ſeptenarium numerum potius bona,quam mala augurari : Et ex quo AVSTRIACAM PIETATEM ſub VII. numeri Symbolo , in fronte totius operis in ſcripto,ſepties ſibi fortunam,totidem ſuæ Poſteritati fortunatam jure merito prædicare didicimus.

Lecto-

LECTORI MEO,

CUI VERITATIS LUMEN, ATQUE ANIMI CANDOREM PRECOR.

Voluntas ſola ſufficit aliquando gratitudini.

SOla equidem voluntas, ablata propter impotentiam operum exhibitione, ſufficiens gratitudinis teſtimonium Benefactori videtur: Quod ſanè egregia, ac pulcherrima ſimilitudine Seneca explicuit his verbis: *Quomodo eſt diſertus etiam qui tacet, fortis etiam qui compreſſis manibus, vel etiam alligatis, gubernator etiam qui in ſicco eſt, quia conſummatæ ſcientiæ nihil deeſt, etiamſi quid obſtat quò minus ſe utatur: ita gratus eſt etiam qui vult tantum, nec habet hujus voluntatis ſuæ ullum alium quam ſe teſtem.*

De Ben. lib. 4. cap. 21.

Ordo S. F. ſemper gratus Domui Auſtriæ.

Franciſcanus Ordo à ſuis ferè incunabulis & voluntate, & ſolutione ſibi congruà uſque ad hæc noſtra tempora, ubi collati favores magis excrevere, ſicut indies excreſcunt, memor ſemper extitit beneficiorum, quæ ei SERENISSIMA, AC AVGVSTISSIMA DOMVS AVSTRIACA, tam GERMANA à ſuis certioribus initijs, quam HISPANA ubique abundè, ac clementiſſimè manu Archiducali, REGIA, Cæſareaque elargitur.

Gentilitio VII.

Tenerrimum amorem erga Fratres Minores, quem alibi in hoc eodem opere fusè & ex propoſito enucleare curabimus, Habsburgiorum Auſtriacorum Principũ ſexus utriuſque, quorum plurimi etiam ſub eorum habitu, cinere conſperſo, generoſam, Auguſtamque conquiſiere humilitatẽ, toti terrarũ Orbi notũ eſſe, nullꝰ eſt qui diſſentiat. Propterea tempora omnia, quando nimirum occaſiones irrepſere, ut hi mutuam adverſus eos devotionem,

auxi-

auxilijs, calamis, libris, prædicationibus, confeſſionibus, exercitijs Chriſtianis, miraculis, ac alijs hujuſcemodi facinoribus, gratè rependerent, opereq; complerent, Lectoris memoriæ tradere, ſupervacaneum foret.

Scit profectò Mundus totus, immenſum S. Franciſci Seminarium fermè in qualibet eminenti Facultate Divinæ, humanæque Philoſophiæ Magiſtros, ſeu Principes, nō ſine magno Eccleſiæ Univerſali, ac Chriſtiani Orbis, imò & infidelis emolumento, peperiſſe: qui peculiares Scholas, ſive Academias erexêre.

Seminarium Franciſcanum multos Scholarū habuit Principes.

Ab eo, cum adhuc tenellum, ac in infantia eſſet, vivente jam B. P. Franciſco, exivit S. ANTONIVS DE PADVA Luſitanus. Qui adeò in doctrina Areopagicà penetranda vi Divini amoris acutus extitit, ut *Lucerna Lucens*, veluti alter Chriſti Præcurſor à ſuo Vercellenſi Magiſtro, ac præfatæ doctrinæ interprete meritò vocaretur. Fuit mirandus hic Sanctus primus in noſtro Ordine Theologiæ Lector, ab ipſo Inſtitutore inſtitutus. Fuit & Concionatorum Princeps, ac novus verbi Dei Prçco tam in paraphraſi clarè, & breviter Sacras Scripturas interpretandi, quam in mirifico artificio earundem Sententias concinnè annectendi, & concordandi. Tradunt inſuper Hiſtoriæ, tanto ingenio ac memoriâ tunc temporis divinitus Antonium claruiſſe; tantâque calluiſſe dicendi gratiâ, & facundiâ, ut potuerit totum Bibliorum codicem, ſi omnino fuiſſet deperditus recitare, ac integrè reſcribere. Hinc ſummus Eccleſiæ Catholicæ Antiſtes Gregorius IX. audiens ipſum Romæ varijs linguis concionantem ſolà unâ linguâ, quemadmodū tempore accidit Apoſtolorū, *Arcam Teſtamenti ac eximium Sacræ Scripturæ interpretem eum publicè vocavit.*

S. Antonius de Padua.

Scribunt Waddingus, & alij ex hiſtor. Ordinis.

Ex novo laudū SS. Franciſci, & Antonij collectore.

Exijt quoque deindè *irrefragabilis Doctor Alexander Alenſis* Anghlus, Summæ Theologiæ felix initiator, in cujus nido veræ, Divinæque ſapientiæ alas plumis immortalibus refertas veſtiere (alter Angelicas, Seraphicas alter) S. Thomas Aquinas Neapolitanus, & S. Bonaventura Etruſchus.

Alexander de Ales Magiſter S. Thomæ Aquinatis.

S. Bonaventura.

Ex hiſtoria Ordinis.

Ille(quem etiam docuit B. Albertus Magnus Germanus Ordinis Prædicatorum filius,præcipuęque Scholæ caput, uti & ſuæ tantus Diſcipulus)in per celebri PP. Dominicanorum Collegio Magiſter, cujus verbo jurant fideliſſimi ſectatores: hic verò in Franciſcanorum cætu Seraphici Licæi preclariſſima Phœnix.

Scotus.

P. Lucas Waddingus in vita Scoti.

Exiere ſimul ab eodem Seminario (cujus Humilitas, ac Paupertas innumeram Sobolem ſparſim hinc inde in toto Orbe mirum in modum pepererunt) Joannes Duns Scotus(pro quo certant Hibernenſes Populi, Anghlicani, Scotijque non ſecus ac pro Homero Colophonij, Chij, Saminij & Smirnenſes) acutorum Diſcipulorum Dux, ac ſubtilis & inconcuſſæ Theologiæ ſtrenuus inclytuſque Anteſignanus: Nicolaus de Lyra, unicus totius ſacræ Bibliæ Poſtillator: Franciſcus de Mayrone, Scholæ Nominalium nobilis Inceptor: S. Bernardinus Senenſis, primus Nominis JESV Vexillator, ac ſui temporis Concionatorum Magiſter: B. Joannes de Capiſtrano, rarus Verbi Dei Præco, ac generalis Chriſtianæ Militiæ Dux pro ſancta Cruciata inſtar Legati à latere Summi Pontificis Caliſti publicanda contra irruentes in Regnum Vngariæ Turcas: B. Jacobus de Marchia Anconitana, ſolare prædicationis jubar, ſub cujus tutela Civitas Neapolis hodie vivit. Ac quamplures alij exiere, quibus in dies tubæ illuſtrium Perſonarum uniuſcujuſque Status innumerę in toto Orbe perſonant, prædicando, ſcribendo, docendo. Cum vix unus inveniatur (etiamſi mediam Scholam profiteretur) qui tam in Theologicis diſceptationibus, quam in rebus Moralibus nunc D. Thomæ Aquinatis nunc Joannis Scoti doctrinâ non utatur.

Nicolaus de Lyra.
Franciſcus de Mayrone.
S. Bernar. Sen.
B. Joannes à Capiſtrano.

Beatus Jacobus de Marchia.

Ad Cor. c. 8.

Taceant ergo Lutherani vaniloqui, quorum argumento ore proprio, ut amplius laus eorum evaneſcat, haud pauci hodie ſe jactitant(nec mirum, quia *Scientia inflat, Charitas ædificat*) generatim ac ſine ullo rubore obſtrepentibus buccinis ita conclamantes. In illo ſuperiori ſæculo

culo ante Martinum Lutherum magnus doctrinarum, artiumque liberalium erat neglectus, magna hinc conſecuta Religionis, ac Divini cultus incuria; inclinatio rerū, & temporum magna. Vix uſquam vigebant in Urbibus literæ: Summa paſſim erat non vitæ ſolum, ſed orationis Latinæ fœditas: incorruptam ſermonis integritatem diſcerpſiſſe barbara videbatur. veteres illi ornatiſſimique ſcriptores jacebant in tenebris: poeſis, illa inventionum parens, ac delitiæ literarum ab hebetatis, fractis, contuſis, tardis ingenijs ſpernebatur: Oratoria facultas, illa regendarum Urbium præſes, & ſcientiarum omnium ornamentum, formam ſuam & imaginem ubique requirebat.

Lutheranorum enormis jactantia retunditur.

Taceant, inquam, hi faſtoſi homines, nec amplius tantam prærogativam ſibi vendicent: Propterea quod dum ſapientem audio, *Nihil ſub Sole novum*, equidem poſt impia Lutheri dogmata neque meliorem, neque doctiorem Orbem hodiernum auderem judicare. Doctrina Lutheri infecit mores, minuit Eccleſiam, alienas devoravit ſubſtantias, Principes Catholicos terruit. Quid plura? Dicam libenter. Sequentia rudimenta ac ſuperflua humanarum literarum cultura inter tot Gymnaſiorum Conventus, magnis & interdum extorſis expenſis (detractis Reipublicæ ac Populorum ſubſtantijs) erecti, & retenti, non alio modo illius tempeſtatis diſciplinis ſunt præferenda, quam ſicut fucata Mulier Mulieri ſimpliciſſimæ, genuinâ, ac maſculâ ſpecie contentæ: aut ſicut Ver Autumno, quem Anni virilitatem Poetæ vocant. Ver nimia florum ubertate laſciviens, ventoſum eſt, licet aliqua ejus pars temperata appareat. Sed Autumnus temperie perfectâ, ac fructibus vanam plantarum, foliorumque luxuriem abhorret, & inter Anni Menſes ipſe ſolus longè amplius mortalibus prodeſt.

Eccleſ. c. 1.

Argumentum Auctoris contra Acatholicos.

Congrua ſanè comparatio.

Etiam ſi ſtulta vocarent Acatholici illius temporis ingenia, nedum tarda, contuſa, & fracta, putaverim tamen, ſimplicem eorum doctrinam non minorem vim in om-

Aliud Auctoris argumentum contra adverſarios.

nibus tunc poſſidere, quam modo poſſidet. Ait enim Apoſtolus, vel potius Deus per ipſum, *Perdam Sapientiam Sapientium, & Prudentiam Prudentium reprobabo:* Ubi ipſe addidit, *Nonnè ſtultam fecit Deus Sapientiam hujus Mundi?* Et ulterius, *quæ ſtulta ſunt Mundi elegit Deus, ut confundat Sapientes.* Hinc hucuſque experimento comperimus, magis ac magis in hoc ævo hæreſim debaccari, undique Politias corrumpi, Chriſtianas Monarchias diminui, Turcicum Imperium quotidie excreſcere, devotionẽ hypocriſi nunc multa indigna moliri; ac conſcientias penè in omnibus relaxari. Nunc bona Eccleſiaſtica quotidie diripiuntur, acquirendi cupiditas monſtruoſa videtur, augenturq; in dies corruptelæ quamplurimæ. Nunc (ò dolor) Phariſæorum arte, & exemplis, Regnum Dei potius in hoc Mundo, quã in ſęculo æterno inveniri, luxus ac divitias vanè relinqui, Terram & Cœlum in his, quibus prorſus dimicant, quaſi perennia inire fœdera, divites arctum ſupernorum oſtium facillimè ingredi, Camelumque proceriſſimum abſque ullo labore poſſe per foramen acus tranſire, à multis excogitatur.

Corin. c. 1. Iſaiæ 24.

Mala quotidiana breviter enarrantur.

Sed præter memoratos alios quoque edidit Viros Franciſcanus Ordo, tam in Hiſtorica, quam in aliqua alia inſigniori diſciplina inclareſcentes. Qui omnes grati quibus inſervierunt profectò extitere magis amore amicitię, quam concupiſcentiæ, paucis unquam contentæ, quinimò tantum ſuaptè natura creſcentis, quantum ipſa crevere acquiſita. Inter multos, qui Auſtriacorum Principum defenſores, rerumque Auſtriacarum perſcrutatores fuere, duo tantum Lectori meo in hoc loco recenſebo.

Multa alia ingenia genuit Franciſcanus Ordo.

Erit primus venerabilis Pater Petrus Galatinus, Provinciæ meæ S. Nicolai, Myræ Præſulis, Alumnus, meique conterraneus in extrema, ac ameniſſima Salentinorum, Hydruntinorumque Regni Neapolitani plaga: In cujus Metropoli, Hydruntum vocata, fuit olim Pontifex Conſtantinus I. Syrus, qui primus etiam ſibi à Juſtiano pedes oſcu-

Petrus Galatin' Auctoris Conterraneus.

Anno 710. fuit hic Pontifex in Civitate Hydruntina.

oſculari paſſus eſt: ibique ſummo honore exceptus ab occurrentibus ei Tiberio Imperatore, Juſtiniani Auguſti Filio, ac Cyro Patriarcha, nec non Univerſo Senatu, Populoque: vocatus nimirum à Cæſare, ut finis aliquis imponeretur controverſiæ de Canonibus, ad V. & VI. Synodū ſuperadditis. Patria enim mea LEQUILARUM, ſeu Aquilarum, cujus Gentilitium plures Aquilas exprimit, non amplius quam per tria miliaria Italica diſtat à Civitate Litij, quæ eſt caput totius Provinciæ in temporalibus, quamque Coſmographi parvam Neapolim vocitant, & adeò perbellè eſt illi contermina, ut tanquam alterum Pauſilyppum eam Spectatores exiſtimàrint. Sed à Galatini Patria (quæ Populi magnitudine, Cleri venuſtate, nobilium, Doctorumque virorum numero, ac ſplendore, loci amænitate atque rerum omnium copià Civitatis quidem nomine digna eſt) in duplo magis diſtat; ac hodie cum Patria mea uni Domino ſubijcitur.

Diſtantia inter Auctoris Patriam, & illam Galatini.

Litium caput Provinciæ Hydrunti.

Boterus & alij.

Ergo Galatinus noſter, Linguâ Græcâ natura & ſtudio conſpicuè florens, pollenſque etiam Hæbraicâ, Chaldaicâ, & Latinâ, labore comparatâ, Librum inſignem, ac celeberrimum compoſuit, *de Arcanis Catholicæ Veritatis*: ubi per Dialogiſmum tres collocutores, nempè ſemet, Capnionē, & Hogoſtratum introducit. Opus ſanè toti Chriſtianæ Reipublicæ ſummopere utile, ut ejus inſcriptio in fronte codicis perhibet: Ex Talmud, alijſque Hæbraicis libris excerptum, & quadruplici linguarum genere, nimirum, Hæbraicè, Chaldaicè, Græcè Latinéque congeſtum. Sed ut verum fatear non ſolum in eo gravi ſtylo, nervoſo, candidoque (ablata florum luxuria, quæ inter fucata oblectamenta citò marceſcit) juſtè Auctor acuit calamum, contra obſtinatiſſimam ſuæ tempeſtatis Judæorum perfidiam: verum etiam ſtrenuo labore, ac validiſſimè *Maximilianum I. Auguſtum Auſtriacum*, literarum amatorem, literatorumque Patrem defendit. Illum inquam Maximilianum, qui in *Auſtriaca Domo* tam inſignis fuit ingenij, tam a-

Opus P. Galatini inſigne.

Legatur Cuſpi. in vita Maxim. I.

cris judicij, tam tenacis memoriæ, ut inſtar veri Cæſaris Pugionis & Calami Gentilitio floruerit. Quod ut melius innoteſcat, afferam Lectori meo rationem ex eodem Opere de Arcanis deſumptam, imò ex literis ejuſdem Imperatoris, hoc modo Religioſo viro ſcribentis.

MAXIMILIANUS DIVINA FAVENTE CLEmentia E. Roman. Imp. ſemper Auguſtus, honorabili Religioſo Petro Galatino Ordinis Minorum SS. Theologiæ Profeſſori.

In principio operis pag. 2.

HOnorabilis Religioſe devote nobis dilecte. Intelleximus ex literis Sollicitatoris noſtri Stephani Roſini, te omni ſtudio complexum defenſionem cauſæ Conſiliarij noſtri Joannis Capnionis, & te ſingulari opere demonſtraturum, nihil temerè & ſcandaloſè ab eodem aſſertum, quod nobis omnium maximè gratum extitit. Tantum in tribus linguis tuam eruditionem accepimus, cuidam ſingulari animi integritati, ac Religioni conjunctam, ut ominemur modo ab æmulorum morſibus & dilaceratione famam ejus acerrimè intentatam, tutam fore. Itaque hortamur te, ut noſtri contemplatione hoc opus tuum, quod jam à pluribus obvijs expectatur manibus, maturi emittas: & Capnionem interim quo incepiſti ſtudio defenſare perſeveres. In quo non ſolum ingenij ſui labores optimè locabis, ſed etiam rem nobis gratiſſimam exhibebis, viciſſim erga te omni clementia noſtra reconoſcendam. Datæ in oppido noſtro (nunc Civitate) Inſprugg Kalendis Sept. Ann. Dom. 1515. Regni noſtri Romani 30.

Sciebat ſanè prudentiſſimus, potentiſſimuſque hic Cæſar verum eſſe dicterium illud *Qui me amat, amat & canem meum:* imò longè amplius Regis Regum ſententiam ſciebat, cujus imaginem ad vivum Principes repræſentant *Qui tetigerit vos tangit pupillam oculi mei.* Ideò anxiè opus Galatini typis quamcitius mandari cupiebat, nè amplius proprius honor ab æmulis Capnionis in Capnione ipſo, qui ut fide-

Zach. c. 2.

liſſimus canis, ac ſuorum oculorum pupilla ab eo amabatur, labefactaretur.

Doctiſſimus P. Franciſcus Guevara Hiſpanus, ac Imperatoris Caroli V. Theologus, Concionator, & Hiſtoriographus multa, ac varia paterno idiomate egregiè ſcripſit, quæ ad res Auſtriacorum Principum attinebant. Quia tamen neque apud hos, alioſve noſtri Ordinis Hiſtoricos, gratum obſequium Auſtriacis Principibus gerentes, neq; apud cęteros promiſcui ſtatꝰ ita omnia in unum redacta, ut à multis deſiderantur, ſed ferè hincinde diſperſa per varia annalium tempora inveniuntur, exiſtimavi pro debito officij mei hoc novo ordine, novoque argumento multis etiam inſervire, ac rem gratam efficere, ſi ea ſimul congeſta, ut facillimè, & abſque ullo labore & inveniri & ſciri poſſint ab omnibus, tradiderim.

P. Franciſcus Ordinis Minorũ S. Franciſci de Obſervantia Epiſcopus Mondogneti.

Quælibet hujus operis imago præter illã Frontiſpicij, quæ generis naturam, ſeu modum imitatur, ſub nomine Gentilitij (unde id vocamus, teſte Plinio, quod familiæ alicui eſt peculiare, vulgoque *Jus Patronatus dicitur*) præcipuè Auſtriacæ Genti, à longa coacti annorum praxi, tanquam Hæreditarium Patrimonium Chriſtianam, ac Catholicam Pietatem facimus. Hinc eſt, quod dum eadem Pietas cum unaquaque imagine propriam ejconem, variè ſculptam protulerit, æquam nos etiam nomenclaturam cuilibet adaptare, & potius Gentilitium, quam ſimplicem imaginem dicere profectò ſtuduimus.

Plinius de Gentilitio.

Pietas Catholica Auſtriæ ſoboli hæreditaria

Nullus ſanè cõſcientiæ ſtimulus mordet me, ut lectoris judicium ſubterfugere putarim, etſi hoſtis apertus, vel calumniator occultus Auſtriacæ Gentis videatur. Quæ enim ſcribo, multorum librorum penus mihi adminiſtrat. Si bono, ac prudenti animo callent adverſarij, equidem nullo pacto gravabuntur, dum in una proſtrata Hydra ab Aſtris Auſtriacis eorum cætus jaculatur. Etenim Deus & Natura ipſa nos impulit ad id per reſponſiones honeſtè defendendum, quod ipſi per calumnias ſatis impudenter offendere ſtuduerunt. Eo vel maximè quia ſcripta noſtra

Prudentia & bonitas hoſtium paſſiones animi retrahunt.

nec

nec fraudis quicquam vel criminis malitioſè admiſcent, nec veri adulatoriè omittunt. Et quamvis totum opus in magnam Auſtriacorum Principum laudem reſolvatur, eximit tamen nos à turpi aſſentationis vitio D. Gregorius Nazianzenus, qui loquens de Virtutibus, & prærogativis Gorgoniæ Sororis ſuæ, hæc habet præcipua, *Domeſtica prædicabo, ſed non quia domeſtica, ideò falſa, ſed quia vera ideò laudabilia. Vera non modo quia juſta, ſed quia nota.*

S. Greg. Nazian. in vita Gorgoniæ.

Demum ſi quid mendi uſpiam humanitus irrepſit, poteſt cordatus Lector, cujus judicium nullo ſiniſtro præjudicio occupatum ſupponimus, percurrendo, judicando, ac cenſendo corrigere. Propterea quod *nec pudebit unquam ſicubi hæſitamus, quærere; nec pudebit, ſicubi erramus, diſcere.*

Apud lib. 4. Florum Histor. cap. ult.

SYN-

SYNTAGMA

Eorum, quæ in toto opere ſub VII. Gentilitijs continentur.

TOtum hujus noſtri operis ordinem eo modo ac methodo diſtribuimus, quo facile unuſquiſque poterit res Auſtriacas memoriter concipere, ac deindè alijs pro eis rationem reddere.

Primum Gentilitium, AD AUGUSTISSIMUM FERDINANDVM III. IMPERATOREM, *totum eſt* in præclariſſima atque antiquiſſima *Auſtriacorum* ſanguinis origine. *Quam (ſive à Perleonum Romanorum ſanguine ſit deducta, ut antiquior opinio, ad quam magis inclinamur, ſine ulla controverſia per longa tempora diſſeruit: ſive à Gallorum ſtirpe, ut Recenſiores autumant, ſive à Germania tantum, ut aliorum judicio placuit) nobilem & conſpicuam antiquitate & auctoritate, & nunquam aut a modicis aut ab exiguis ortam initijs, ut adverſarij putant, demonſtrabit. Tribus ſimul additis Genealogijs (in quarum prima VII. varia ſtemmata inter ſe generatione ligata, uti etiam ſua in alijs præcipua, reperiuntur) juxta tres præfatas opiniones; ac in unaquaque Genealogia illorum virorum illuſtrium jacta etiam ſerie, quæ eorundem eminentiores dignitatis gradus in medium proferet.* I. Gentilitium, &ejus materies.

Secundum Gentilitium, AD PHILIPPVM IV. HISPANIARVM INDIARVMQVE MONARCHAM, conſpicua AVSTRIACÆ SOBOLIS *cum alijs Europæ illuſtribus familijs* Matrimonia *pandet. Quæq; duplici ordine diſtinguet, nam illa Virorū primò, deinde illa Mulierum patefaciet, ac multorum invidiam vexabit, nec non & aliquot controverſias dirimet. Sed in priori ordine connubia Maſculorum, quæ in linea recta arboris Auſtriacæ ponuntur, tranſverſalia præcedent. Inſuper in unoquoque cognationis vinculo utrorumque proſapiam poſteroſque, ſi aderunt, Genealogicè annectet: ſicque perſpicuum faciet, quæ nam ſtirps extera cum Auſtriaca fuerit conjuncta, & è converſo, quique ſtatus ſeu Ditio jure connubiali ad hanc familiam tranſierit. Demùm affinitates omnes ſeu parentelas harumque gradus cum alijs ſtirpibus dabit.* II Gentilitium & ejus argumētum.

III. Gentilitium à 2. tanquam effectus à ſua cauſa.

Tertium Gentilitium, AD SERENISSIMVM FERDINANDVM CAROLVM OENIPONTANVM A.A. *ac* COMITEM REGNANTEM TYROLIS, &c. *Cæſariſque moderni ac Regis Hiſpaniarum, illius ex patruo, hujus ex amita Patruelem, eodem ordine, qui inter cauſam & effectum ab ea pendentem, reperitur, II. meritò immediatè ſequitur: Eſtque de* Legitima rerum temporalium copia *in Domo Auſtriaca. Nam eminentiores ac majores tot, ac tantarum Ditionũ hæreditates propter tot ingenua connubia Auſtriacis deveniſſe experimentũ probat. In eo primò agendum de illis bonis, quæ Domus Auſtriaca in Gente Habsburgica, antequam Comes Rudolphus Imperator crearetur, in Helvetia poſſidebat. Secundò de alijs poſt ejus creationem, quæ, ne memoria in tam immenſo rerum Oceano omninò deperdatur, ſub quinque generibus exprimuntur. In primo genere Comitatus, in ſecundo Marchionatus, in Tertio Landgraviatus, ſeu Principatus, in quarto Ducatus & Archiducatus, & in quinto Regna cum eorum ſtemmatibus unuſquiſque inveniet. Ac ſciet ſimul contra calumniatores, hanc rerum copiam legitimè Principes Auſtriæ acquiſiviſſe, uti Gentilitij titulus ſonat.*

Copia rerum temporalium Auſtriacæ Domus à Matrimonijs.

Ordo omnium bonorum generatim in duplici ſerie ponitur. Quarum ſecunda quinque generibus iterum ſubdiſtinguitur.

IV. Gentilitium ac ejus diſpoſitio.

Quartum Gentilitium AD SERENISSIMVM LEOPOLDVM GVILIELMVM A. AVST. ac BELGIJ GUBERNATOREM, &c. *non minus ac Tertium in Hippolytum à Lapide, ſuis objectis ſatisfaciendo, apologeticè invehitur. Hic Auctor impudentiſſimus cauterio, quo debebat incurabilem ſui cordis ac odij morbum contra Domum Auſtriacam ac Catholicam Religionem inurere, ac prius quam accenſam bilem medio atramento evomeret, ne tam inhoneſtus, ac frontoſus appareret, caput ſecundum tertiæ partis de ratione ſtatus in Imperio Romano Germanico hoc modo conſignavit.* De ſecundo reſtaurandi & firmandi ſtatus medio; quod eſt Domus Auſtriacæ extirpatio. *Sed IV. hoc Gentilitium in illum modũ, ita immoderatè ac virulenter prolatum triplici via inſurget: Nam primùm conſiderabit ſtatum Imperij Romani Germanici in illo oblongo interregno antequam Rudolphus Habsburgicus Cæſar eſſet; ac eum undique ſciſſum, atque omni vi, ne dum omni decore ſpoliatum demonſtrabit. Secundò per eundem Rudolphum Imperium reſtauratum ac firmatum probabit. Ter-*

Hippol. à Lapide cap. 2, 3. partis.

Circa reſtaurationem & firmitatem ſtatus Imp. Rom. Germ. triplex conſideratio.

tiò

tiò verò ad manus tot irruentium Hoſtium, quot eum ita diminutum effecere, at præcipuè Turcarum & incidendum & tranſeundum omninò fore, cum omnibus ſimul aliorum Germanorum Principum ditionibus, niſi Auſtriaca Domus pro eo in dies dimicaret, experientiâ ipsâ, ac argumentò ad hominem patefaciet.

Quintum Gentilitium AD SERENISSIMVM ARCHIDVCEM AVSTRIÆ SIGISMVNDVM FRANCISCVM *Tyrolenſem noſtri Principis Fratrem dilectiſſimum* Epiſcopum Auguſtanum, & Tilinghæ, juſtam inſignium titulorum celſitudinem prodiet. *Juſtam, inquam, etiam contra malevolos, quorum corpus in uno Hippolyto monſtroſè ac formidoloſè hac tempeſtate reſurrexit. Hac occaſione non ſolum tot genera titulorum, quot ſtatuum ſupra tetigit; enummerabit, verùm etiam omnes utriuſque ſexus Perſonas, quæ in Auſtriaca Familia titulis ac dignitatibus, Comitum ſcilicet Marchionum, Landgraviorum, Principum, Ducum, Archiducum, Regum, Monarcharum, Cæſarum, floruerunt.* V. Gentilitium & ipſius ordo.

Sextum Gentilitium, AD SERENISSIMUM ARCHIDUCEM LEOPOLDUM FRANCISCUM *Filium Imp. viventis ex prima Vxore* Heroicarum virtutũ nitorem *diſtinctiſſimè patefaciet, quibus Auſtriaci Principes hucuſq; inclaruere. Primò totam Virtutum latitudinem ſecundum ſcriptores tam ſacros, quam Politicos diſtinguet. Deindè hiſtoricis monumentis earum numerum, longè amplius in eis vitiorum numerum excedentem, demonſtrabit.* VI. Gentilitium ac ea quæ in eo tractanda ſunt.

Septimum Gentilitium AD SERENISSIMUM ARCHIDUCEM CAROLUM JOSEPHUM INFANTEM. *Noſtri Archiducis* FERDINANDI CAROLI *Nepotem ex Sorore Imp.* LEOPOLDINA *ſecunda Vxore Cæſaris Regnantis* Catholicæ Religionis Conſtantiam, *quam ab incunabilis uſque ad præſentem diem immaculatè Auſtriaca familia retinuit, palàm faciet. Oſtendetque primò quod non ſolũ inter omnes inſigniores terrarũ orbis familias ipſamet conſtanter abſque ulla erroris maculâ Religionem Chriſtianam, Catholicamque* VII. Gentilitiũ ejuſq; diſtributio.

amplexa eſt, verum etiam quod adverſus Ethnicos, Judæos, Schiſmaticos, Maumetanos, Hereticos, ac Eccleſiæ Romanæ Chriſtique Vicarijs adverſarios ſemper defendit, nullis parcendo laboribus, nullaſque quaſcunque magnas expenſas exiſtimando. Secundò verò exprimet, quod ſumma cum Pietate, aſsiduitate ac diligentia Principes Auſtrij eandem, quam profeſsi ſunt fidem, alijs mundi populis etiam barbaris ac per multa tempora, ut in novo Orbe contigit, Europæ abſconditis, diſseminare ſtuduerint, ſicut quotidie ſtudent. Demùm tertiò multis exemplis enarrabit, quam Religioſa, quam fidelis, quam Pia, quam cultrix Domus Auſtriaca erga res ſacras extiterit, Clerum valdè diligendo, Eccleſiaſticas immunitates ac Eccleſiæ libertatem ſtrenuè defendendo, Sedi Apoſtolicæ larga numera præſtando, Ordines omnes, ſed præcipuè S. Franciſci amplectendo, & protegendo.

ELEN.

ELENCHUS

Dilucidationum Imaginũ, tam Frontiſpicij, quã Gentilitij item Hypotheſis pro numero ſeptenario, Syntagmatis, Excurſuum, Stemmatum, Genealogiarum, &c.

I. DEclaratio frontiſpicij à Folio I. uſque ad 20. continet duos paragraphos, & unicam Theſim.
II. In I. paragrapho agitur de Portentis Divinis. fol. 2.
III. In II. de Portentis Naturæ, ac artis, ſeu fabuloſis. fol. 10.
IV. In Theſi, ſeu concluſione dilucidatur frontiſpicij imago. fol. 13.
V. Hypotheſis pro numero ſeptenario, ſub quo per ſeptem Gentilitia omnia Auſtriacorum bona reducuntur, duas oppoſitas ſententias continet. fol. 20.
VI. Prima ſententia negat, numerum hunc bonorum eventuum eſſe prognoſticum. fol. 21.
VII. Secunda verò conſtanter affirmat. fol. 27.
VIII. Syntagma ea oſtendit, quæ in toto opere ſub VII. Gentilitijs continentur. fol. 47.
IX. Alterius imaginis dilucidatio. fol. 62.
X. Excurſus I. Qualis Catholicorum Principum fortuna, ſed maximè Auſtriacorum in ſuæ ſtirpis initijs. fol. 65.
XI. Adducuntur argumenta adverſariorum. fol. 68.
XII. Excurſus II. Præcipua, ac verior humanæ Nobilitatis eſſentia, politicè affertur. fol. 70.
XIII. Excurſus. III. Sectio I. Hippolyti argumento ſatisfit. fol. 79.
XIV. Sectio II. Reſpondetur ad argumentum Othocarianum. fol. 83.
XV. Sectio III. in qua Henrico Spondano ſatisfaciemus, ac propriæ alienæque Sobolis Nobilitatem valdè Principibus, Dominijſque prodeſſe demonſtrabimus. fol. 88.
XVI. Excurſus IV. Nobilitas antiquiſſima Auſtriacæ Domus radicitus, ſeu ab origine variè contra adverſarios demonſtratur. fol. 102
XVII. Sectio I. Recitantur X. opiniones de origine domus Auſtriacæ, tres probabiles, ſeptem vero ſingulares, & improbabiliſſimæ. ibidem.
XVIII. Sectio II. Prima ac principalior opinio de Origine Domus Auſtriacæ à Gente Romana Perleonia. fol. 108.
XIX. Notandum I. In quo tribus modis traditur Regula pro ſolidè Genealogijs conficiendis. fol. 109.
XX. Notandum II. per quod removentur V. errores, in quos lapſi ſunt ſectarij primæ ſententiæ. fol. 3.
I. Error. ibidem.

II. Error

II. Error fol. 113.
III. Error fol. 114.
IV. Error fol. 120.
V. Error fol. 121.
XXI. Excurſus V. Tribus radicalibus rationibus oſtenditur, Domum Auſtriacam Habsburgicam germen eſſe antiquiſſimæ, ac nobiliſſimæ Perleonum Romanorum ſtirpis, fol. 124.
XXII. Sectio I. fuiſſe Perleones in Ergovia Helvetiorum primò demonſtratur ex nobiliſſima, & honeſtiſſima cauſa propter quam Româ exulare, ac alibi commorare coacti fuere, fol. 124.
XXIII. Sectio II. Accidiſſe hanc duorum fratrum Perleonum exulationem in Hergoviam ann. 1145. tempore Eugenij III. Imp. Conrado III. regnante demonſtratur, fol. 133.
XXIV. Sectio III. Adducuntur nomen & ratio; quibus Perleoniæ Sobolis Albertus cognomento Dives Habsburgenſium Comitum dignitatem ac cætera bona adeptus eſt, fol. 137.
XXV. Excurſus VI. Perleoniam Familiam eandem fuiſſe cum Habsburgia quã plurimi ſcriptores aſſerunt. Eandemque cum Sobole Aniciana, antiquitate, & Nobilitate illuſtri monumenta oſtendunt, fol. 142.
XXVI. Sectio I. Quantitas & qualitas ſectatorum I. opinionis adducuntur, unde novis argumentis prima ſententia ſtabilitur, ibidem.
XXVII. Sectio II. Vnam eandemque fuiſſe ſtirpem Perleoniam cum Aniciana, ac propterea per gentem Juliam Julianamq; ad radicẽ Æneæ Trojani utramque referendam eſſe fatendum, fol. 149.
XXVIII. Excurſus VII. Demùm Eminentia Anicianæ Familiæ variè demonſtratur, ac ſeries à radice Æneada uſque ad præſens Auſtriæ germen per rectam lineam panditur, fol. 154.
XXIX. Sectio I. Per VII. diviſiones Eminentia Anicianæ ſtirpis quæ eadem eſt cum Perleonia breviter enucleatur, ibidem.
XXX. Diviſio I. Gens Anicia in Majoribus ſuis nimis ſplendida, fol. 155.
XXXI. Diviſio II. Gens Anicia in appellatione invicta, fol. 157.
XXXII. Diviſio III. Gens Anicia nunquam ſanguine Plebeia, fol. 160.
XXXIII. Diviſio IV. Gens Anicia generis antiquitate clariſſima, fol. 161.
XXXIV. Diviſio V. Gens Anicia in Prærogativis cõſpicua, ac unica, fol. 165
XXXV. Diviſio VI. Gens Anicia in amplitudine per XX. germina, ſeu ramos fæcundiſſima, duodecim ex Aniciano ſanguine, octo verò ex Perleonio eodem cum illo Aniciorum, fol. 166.
XXXVI. Diviſio VII. Gens Anicia ſemper aſſidua in gloria conſervanda, & augenda, ſed præcipuè in dies per Auſtriacos, fol. 179.
XXXVII. Sectio II. Habsburgiorum tam antiquorum, unde Rudolphus I. Imperator, quam recentiorum Germanorum Hiſpanorumq; Magnatum Soboles per varia Stemmatum inſignia aperitur juxta primæ ſententiæ fundamenta, fol. 182.

XXXVIII. Stemma I. Auſtriacæ Gentis ex ſtirpe Æneæ Trojani. fol. 184.
XXXIX. Stemma II. Auſtriacæ Gentis ex ſtirpe Æneæ & Juliorũ. fol. 186
XL. Stemma III. Auſtriacæ Gentis ex ſtirpe Æneæ Juliorum & Julianorum. fol. 188.
XLI. Stemma IV. Auſtriacæ Gentis ex ſtirpe Æneæ Juliorum Julianorum Aniciorum. fol. 191.
XLII. Stemma V. Auſtriacæ Gentis ex ſtirpe Æneæ Juliorum Julianorum Aniciorum Perleonum. fol. 195.
XLIII. Stemma VI. Auſtriacæ Gentis ex ſtirpe Æneæ Juliorum Julianorum Aniciorum Perleonum Frangipanum. fol. 199.
XLIV. Stemma VII. Auſtriacæ Gentis ex ſtirpe Æneæ Juliorũ Iulianorum Aniciorum Perleonum Frangipanum Habsburgiorum. fol. 202.
XLV. Excurſus VIII. Affertur II. Sententia principalis de Origine Domus Auſtriacæ à ſtirpe Gallicana. fol. 202.
XLVI. Sectio I. Recentior hujus ſecundæ ſententiæ confirmatio; diſcors ſuorum hiſtoricorum concurſus, ac nova pro eadem fulcimenta. fol. 204.
XLVII. Sectio II. Genealogia Habsburgica à ſtirpe Pharamundica Gallicana. fol. 209.
XLVIII. Stemma Regum Gallorum, unde Gens Pharamundica, Merovinga, Auſtraſia; Habsburgica, Auſtriaca. fol. 210.
XLIX. Viri illuſtres Familiæ Habsburgicæ Auſtriacæ ex Gallicana Progenie, unde etiam ſtirps Principum Bavarorum. fol. 214.
L. Excurſus IX. Tertia ſententia minus principalis utrique memoratæ opinioni adverſa. fol. 216.
LI. Stemma tam novum quam vetus Comitũ de Habsburg. fol. 220
LII. Excurſus X. Tria examina ſuumq; pariter judiciũ circa has tres opiniones de Origine Domus Auſtriç Auctor proponit. fol. 225
LIII. Examen I. in quo quatuor modis major probabilitas primæ ac capitalioris ſententiæ ſupra ſecundam oſtenditur. ibidem.
LIV. Additio ſpectans ad hoc I. examen. 238.
LV. Examen II. In quo unico tantum argumento ſecundæ ſententiæ aperiuntur difficultates, propter quas eam debiliter conſiſtere; imò funditus corruere adverſarijs demonſtrant, fol. 240.
LVI. Examen III. Quid de III. ſententia opinandum fol. 246.
LVII. Stemma Auſtriacum intra Aquilæ Imperialis viſcera. fol. 253.
LVIII. Excurſus XI. Genealogia Habsburgica à Rudolpho I. Imperatore uſq; ad modernos Principes Chronologicè deſcribitur. fol. 254
LIX. Appendix, in qua tã utriuſq; ſexus Auſtrij Principes epilogãtur, quã bonũ eorũ Soboli Auguriũ futuræ poſteritatis annũciatur. f. 286.
LX. Addenda ad aliquorũ ſtemmatũ ſculturam, ab Auctore poſt foliorum impreſſionem tardius excogitatã, ac mutatã. fol. 295.
LXI. Peroratio ad Lectorem, ac totius Gentilitij concluſio. fol. 299.

IEſſe Perchoffer Dei & Apoſtolicæ Sedis Gratiâ Epiſc: Belinenſis, Suffraganeus Decanus & in Spiritual: Vicarius Generalis Brixinenſis, &c. Cùm Liber, (cujus titulus Pietas Auſtriaca ſepties ſibi fortuna, ac totidem ſuæ Fortunata poſteritati) à R:do & Religioſo P. F. Didaco de Lequile Ordis Reformatorum S. Franciſci, ad præſens Concionatore Aulico Oeniponti compoſitus, ex Commiſſione noſtra à Viro Docto perlectus, nihil contra fidem Catholicam, & bonos mores contineat, ideò concedimus licentiam, ut in Brixinenſi Diœceſi typis mandari poſſit. Dat. Brixinæ in Offi: Eccleſiaſtico. die 28. Menſis Octobris 1654.

Jeſſe Berchoffer Vicarius Generalis.

Carolus Letner, Officijs
Eccleſ: Conſi.

REquiſitus à Reverendiſ: Vicario Generali Brixinenſi Jeſſe Perchoffer, ut Librũ ab Adm. Reverendo & Religioſo Patre Didaco de Neapoli Ordinis Reformatorum S. Franciſci Concionatore Aulico doctiſſimè compoſitum, intitulatum verò (Pietas Auſtriaca ſepties ſibi Fortuna, ac totidem ſuæ Fortunata poſteritati) reviderem. Vidi, & accuratè perlegi, nec quidquam, quod fidei, vel bonis moribus adverſetur, quinimo maximæ utilitatis, & doctrinæ inveni. Ideo illum typis dignum cenſeo, Oeniponti Die 16. Octobr. 1654.

Carolus Creitzberger
SS. Theologiæ Doctor.

Facultas Reverendiſ. Patris Generalis.

CVm Opus ſub titulo PIETAS AVSTRIACA *ſepties ſibi Fortuna, ac totidem ſuæ fortunata Poſteritati,* in VII. Gentilitijs diviſum, ac compoſitum per te Patrem Fratrem Didacum noſtri ordinis Lectorem, & Concionatorem Generalem, ac Aulicum Sereniſ. ARCHIDVCIS FERDINANDI CAROLI, ejuſq; Theologum, & Hiſtoricum, atque à viris doctis reviſum & approbatum ſit: harum tenore quantum ad nos ſpectat, licentiam concedimus, ut typis mandare poſſis & valeas. Dat. &c.

Frater Petrus Manero
Miniſter Generalis.

CVm perlegerim Librum, cujus titulus eſt. Pietas Auſtriaca ſepties ſibi fortuna, ac totidem ſuæ Fortunata poſteritati, compoſitum à Reverendo Patre Didaco Lequilarum, Ordnis Minorum Reform. Prov. Hydruntinæ Regni Neapolitani Theologo, Concionatore ac Hiſtorico Sereniſſimi Ferdinandi Caroli Tyrolenſis Archiducis Auſtriæ. &c. in quo, cum nihil repererim contra fidem vel bonos mores, eum dignum cenſeo, ut typis in publicum prodire poſſit. Dat. Oeniponti in Conventu S. Crucis Die 24. Octobris Anno 1654.

Fr. Athanaſius Franciſcanus
SS. Theologiæ Lector.



Nobile & antiquum AVSTRIADVM quæ prodit imago
Hæc Genus, horrendum comprimit alma caput.
Ac pede colla ſimul multorum inimica potenter
Calcat, et in ſtirpes vnica Sole micat.



PIETAS AVSTRIACA
PRIMUM
SIBI FORTUNA, AC
SUÆ FORTUNATA
POSTERITATI

IN PRÆCLARISSIMA ET ANTIQUISSIMA SANGUINIS ORIGINE

Gentilitium I.

AD AUGUSTISSIMUM
FERDINANDVM III.
AUSTRIACUM ROMANORUM IMPERATOREM:

CUI ETIAM PRÆPOSITI SCHEMATIS ARCANA ENVCLEANTVR.

S. C. M.

RErum quarumcũque, quas medijs creaturis, ſive, ut ajunt, cauſis ſecundis omniũ Conditor in Orbe noſtro operatur, pià Catholicâque inſpectione rationem diſquiſituri, ſi è Taciti doctrina regulam prælibaverimus, equidem Chriſtianæ, & non vanæ Ethnicæque Philoſophiæ tramitem ſequeremur. *Sanctius*, inquit, *& reverentius eſſe de actis Deorum credere, quam ſcire.* In Hiſt. Germ.

Et ſanè quid rectius, quid certius, quidve efficacius Fide, ad ſuadendum nobis, ea omnia, quæ plerumque in Mundo contingunt, altiſſimo atque à nobis nondum cognito, nec cognoſcendo ſuperni Numinis conſilio evenire? At contra quid obliquius, quid incertius, ſeu debilius in hac re Aſtrologolorum ſcientiâ, in quam Icari fabulam meritò torſit Alciatus, ſuoſque Profeſſores in Theſi illius Tetraſticon ita redarguit, Embl. 104.

Aſtrologus caveat quidquam predicere: preceps
Nam cadet impoſtor dum ſuper aſtra volat?

Impellit nos aliquando curioſitas, ut oculos, non corporis ad aſtra, tanquam vani inſpectores ac divinatores, ne homines ſtulti, ſtolidiq; à Diogene diceremur, ſed animi tantiſper in Divinæ Providentiæ librum elevaremus: Legere in eo cupientes, per quam ſortium mixtionem, ſive atomorum combinationem, per quemve ſtellarum ſitum illinc quamplures alicui infortunio ſæpenumerò impingantur, illideanturque; iſtinc verò contra haud pauci ad ſe penè ſemper fortunam flectant, trahant. Et nihilominus illud parum, quod ab eo diſcimus, idem profectò eſt, quod Apoſtoli obſtupeſcentis oraculum hiſce verbis expreſſit. Diogenes. Ad Rom. c. 11.

S. Chriſoſt. hic.

O altitudo divitiarũ ſapientiæ, & ſcientiæ Dei quam incomprehenſibilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus! Ubi os aureum D. Pauli commentator præcipuum inquit, *Neque poßibile eſt Dei judicia ſcire, neque utile, illud quia mortales ſumus, hoc quia in arrogantiam extollimur.*

Catilinæ ambitio à fortuna ſpreta.

Cuſp. ex Vopiſc.

Ligur Proculus qui.

Quid non excogitavit vehemens cupido Catilinæ, ambitionis tineis diu noctuque proprium cerebrum miſerrimè corodentis, ac corrumpentis, ut Orbis Monarcha crearetur? Nunc cum dolentibus, & triſtibus conjurationes molitur; nunc largas pecuniarum effeſiones proicit; nunc exercitus coaceruat, & tamen ſortem, fortunamq; illi nunquam poſt tot artes, laboreſque irridentem, Ligur Proculus adinvenit. Hic namque ex latrone Miles dum Latrunculorum ludo occuparetur, decies ſibi Rex in talorum diſtributione contigit. Putans tamen quidam ſcurra ei applaudere, rubeum, vileque operimentum in eum projecit: ſicque tota fabula in rem converſa, Mundum totum ad totius Mundi contumeliam ejus manibus Milites poſuere. *Quid enim eſt ſors? inquit Tullius, idem propè modum, quod micare, quod talos jacere, quod teſſeras, quibus in rebus temeritas, & caſus, non ratio, & conſilium valet.* Verum Divinæ literæ melius commodiuſque propterea philoſophantur, ita de Dei ſapientia aſſerentes, *Ludens coram eo omni tempore, ludens in Orbe terrarum;* Choreas nempè in gyrum ducendo, ac nutus conjunctim ſuæ infallibilis Voluntatis per creaturas indicando. Hinc cordatè Philo Judæus aſſeruit, inquiens, *Verbum Divinum Choreas in Orbem ducit, & hoc Vulgus hominum Fortunam vocat.*

Tull. 2. de Div.

Prov. 8.

Phil. lib. de immutab.

Ex Cuſp. cit.

Nomen ipſum fortunatis ludũ facit.

Pomum illud, ad quod capeſſendum tot annis iſtar novi Tantali manus Stilicon extendit, abſque ulla incommoditate ori Regiliani quamprimum cecidit. Suffecit enim ei hæc in Illyrico inertium militum ſimplex interrogatio: unde homini illi, hoc eſt Regiliano nomen? Nam cum vix ſolus unus reſponderit, ejus nomen à Regno derivari, alter confeſtim repetijt: Quare ergo qui Regni ſymbola

bola cum nomenclatura defert, Rex ab omnibus non ſalutatur? Hoc audito, ſubitò conveniunt cuncti, ac Regiliano jurejurando fidem ſpondent, illique non ſolum uni⁹ Regni, ſed totius Imperij Tiaram unanimiter tradunt. Itaque fortunatis viris ipſum nomen ludum facit, ſicut Probo etiam contigit, dū, eo renuente, Cæſar crearetur. Nam extinto Tacito, bellique Ducibus in intruſo Floriano nequaquam acquieſcentibus, quinimò utrinque multorum diſſidijs ſubjectum capax ſuorum beneficiorum ardenti cupidine expetentibus, pluries hinc inde vociferatum eſt, *Eligendum Principem ſanctum, fortem, verecundum, probum.* Credidit vulgus, omnes ſimul his vocibus Probum cupere in Cæſarem, proptera illico ad eum cucurrit, eumque Cæſarem ſalutavit.

Probi Sors.

Ex eodem Cuſp. & alijs.

Sanè MAJESTATEM TUAM moleſtia afficerem, ſi ſatis multus eſſem in cæteris, nimirum Claudij Cæſaris apud Tacitum, & Suetonium, aliorumve eventibus enarrandis quibus plena extant monumenta. Ideò ſolum hic dicam cum Tullio, requiri in Principe ſimul cum Virtute Fortunam, ſine qua nullus ſanè poteſt ſuos Populos felices efficere. Sciebat hoc Auguſtus, ac propterea Nepoti, quē mittere ad gubernandum deſtinarat, tria ſuis precibus à Numinibus inter alia expetivit, nimirum Scipionis *Generoſitatem, Amabilitatem* Pompeij, ſed ſuper omnia Octaviani *Fortunam.* Parum omninò intereſſet, ſi in præſenti Gentilitio perfectum, ac ijſdem aſtris, quæ Joannes in manu Domini conſpexit confertum *Horoſcopum* Majeſtati Tuæ obtulerim. Nam meliori fato edoctus, meliorem quoq; certumque Felicitatis Aſcendentem, à figmentis, ac deliramentis Aſtrologorum exutum, offero. Nimirum Sereniſſimæ Tuæ Sobolis, tuorumque Progenitorum, ac tuimet PIETATEM, quæ prorſus ſtellarum, conſtellationumque aſpectus longè profectò antecellit. *Spiritus* ille *Paracletus*, qui superſubſtantialis *Trinitatis* vocatur *complementum*, Davidicam Domum per Regum Regem mune-

Tacit. Suet.

Auguſtus tria Nepoti ſuo à Dijs prçcabatur.

Apolcal. c. 1.

Iſaiæ c. 11.

ribus ſeptem abundè omninò, ac ſpiritualiter perfecit. Idem quoque Majeſtas tua unico Pietatis dono ſeptem etiam muneribus in Domo Auſtriaca Deum ipſum temporaliter effeciſſe, non ambigat.

Experimentum ipſum Prophetam Hieremiam, malorum Principum frequentius impietatem, quam Pietatem bonorum proſperari intuentem, ad diſputandum cum Deo, ac penè de Deo ad conquerēdum his verbis impulit. *Quare via impiorum proſperabitur?* Quam diſceptationem ita explicat Gloſſa Moralis, ſequentia Prophetæ verba annectendo. *Non ſcandalum, ſi impij, vel Hæretici pro tempore florent: licet enim proficiant, filios faciant: licet propè ſit Deus ori eorum, & longè à renibus eorum, id eſt à conſcientia, non eſt tamen conſolatio parva, quod ſignentur ad victimam ſicut pecora.* Aliam cauſam etiam indicat Gloſſa ordinaria in cap. 2. Danielis: *Ne miremur*, inquit, *ſi quandoque cernimus Reges Regibus, & regnis regna ſuccedere, quia omnia fiunt Dei arbitrio, qui cauſas omnium novit, qui condidit omnia, & malos Reges patitur ſuſcitari, ut puniat malos, & emendaret bonos.* Hinc ipſe ita argumentor. Si quantum impietas è tramite Virtutum proſperitate deficit, ut æternis cruciatibus deinde mancipetur, tantum in eo Pietas infortunijs ipſis proficit, ut perenni felicitate in Cœlis demum coronetur, conſequitur ſanè, ſemper Principum Pietatem in quacunq; rerum viciſſitudine Felicem Horoſcopum dicendam eſſe; ac Livij ſententiam, quæ ab omnibus non admittitur, univerſalem exiſtimandam. *Omnia proſpera*, inquit, *eveniunt colentibus Deos, adverſa ſpernentibus.*

Hier. cap. 12.
Gloſſa Moral.
Matth. c. 15.
Gloſſ. ord.
Liv. lib. 5.

Moriebatur Antoninus Pius, &, ut ſcribit Capitolinus, *Fortunam auream, quæ in Principum cubiculum poni ſolebat, ad Marcum Antoninum transferri juſſit.* Mea Religioſa Paupertas hanc auream fortunam mihi non concedit. Et quamvis concederet, non tamen propterea tanti eam facerem, ut Pio Cæſari obtulēdam exiſtimarim. Praxis ipſa docet, ſub hoc Idòlo ſorte miſera paſſim quāplures vexari: nec Majeſtati tuæ Cataſtrophen, Aulicæq; peripetiæ ſunt ingnotæ, quibus

Cap. in vit. Ant. Pij.

bus in hac Mole Univerſi perpetuo Orbe Comedias, ac Tragedias Principum Lunatico, ac vertiginoſo progreſſu debacchans fortuna repræſentat.

Princeps hoc Gentilitium, Majeſtati tuæ (veluti Auſtriaco capiti tam Romani Imperij quam Auſtriacæ Germanæque Proſapiæ adhuc ſuperſtitis & ſecundum culminis eminentiam, & ſecundum ſanguinis tramitem) dicatum, ac commendatum, Auſtriacam Pietatem ſibi Fortunam, ſuæque Poſteritati Fortunatam exhibet in præclariſſima, ac antiquiſſima ſanguinis Origine. Munus hoc ſive videatur aliquando ærumnoſum (Deo ita ſatellitibus ſuis, ab Inferni hiatibus exeuntibus, ac hoſtium multorum cateruas impellentibus, ordinante, ut magis, ac magis ſtantes Auſtriæ Principes, ac magno timore concuſſi in cultu- ram Catholicæ Religionis confirmarentur) ſive apud me Gazæ, & eloquētiæ auro careat, Majeſtati tuæ nequaquā diſplicebit. *Nam* ſicut *Virtus in infirmitate perficitur*; & aurū in ſimilibus *non prodeſt quidquam*; ita ſane ſimplex donum ei gratum erit, proderitque, quia in ipſo per varias ſcriptorum lucubrationes, temporumque viciſſitudines aurum duplex, & excellentius (hoc eſt Nobilitatis, & Veritatis) illud in fornace perſecutionum purgatum, probatum, hoc innumeris radiorum orbibus rationum perlucens, pro comperto reperiet. Ac propterea nunc à D. Hieronymo edocta Majeſtas tua in hæc verba prorumpet *Nihil aliud video in Nobilitate appetendum, niſi quod Nobiles quadam neceſsitate conſtringuntur, ne ab antiquorum probitate degenerent. Non enim datur Nobili Patri palma ſed curſui; & plerumque nobilitas carnis ignobilitatem parit mentis.* Nunc verò à ſua coacta humanitate, hoc munus, qualecunque illud ſit, clementiſſimè proſpiciet; quia in eo Clementem Alexandrinum audierit, ita de Veritate aſſerentem. *Ut Agricolæ proprium eſt, roſam, quæ in ſpinis naſcitur, citra noxam carpere: Et artificis eam quæ in Oſtrei carne infoſſa eſt, margaritam invenire: Sic Veritatis contemplator in multis probabilibus cupit verum perſequi.*

D. Chriſoſt. in Pſalm.

Ad Corin. 12.

Joann. 6.

S. Hieron. apud Polyant.

Clem. Alex. lib 1. ſtrom.

Utrumque profectò aurum in Sacramentis hujus primi

Schema Gentilitij aperitur.

mi Gentilitij ſchematis Majeſtas tua ſymbolicè fulgere intuebitur. In tergemino Pietatis vultu, ac in alijs partibus, cum illis Frontiſpicij Stemmatis convenientibus, eadem arcana, ibidem enucleata, colluſtrare videbit: At in trib⁹ dimidiatis lunulis, ſuper quas Sol eminet, antiquam veramque tuæ Sobolis Nobilitatem. Propterea quod diſceptans Plutarchus, quare nobiliores Romani lunulam ꝓ inſigne in calceis detulerint, hoc quatuor ex cauſis fortaſſe contigiſſe tradit. Aut quia, inquit, eos poſt mortem Cœlum ingreſſuros, Lunamque pedibus calcaturos ſignificabant. Aut quia putabant, originem trahere ab Archadis, qui in Italiam cum Evandro tranſiere, ac Lunâ ipsâ eſſe antiquiores ſe jactitabant. Aut quia recordabantur, ſe vanè ſuperbire in rebus terrenis, Lunæ inconſtantiam imitando minimè debere. Aut demum quia denotabant, ita eos à legibus, ac Magiſtratibus dependêre, ſicut Luna à Sole dependet.

In quæſt. Rom.

Lunulam in calceis nobiliores Romani deferebant, & quare.

Taſſon. infra citand.

Sed recentior quidam Italus; nulli harum interpretationum acquieſcens, dicit primò, illos Nobiles tali ſymbolo demonſtràſſe, Lunæ, quæ cum ſit opacum corpus, lumem, quod nõ habet, mutuat à Sole, prorſus aſſimiliari: ut propterea, dum haud abs ſe, ſed ab Avis tantum Nobilitatis ſplendorem trahebant, ſedulò ſtuderent illuſtria edere facinora, ſi ex ſemetipſis etiam micare voluiſſent. Ideò apud Julium Capitolinũ Macrianorũ Familiam magni Alexandri Eiconem pro inſigne deferebat, ut hoc exemplo ad clarè operandum ſuorum animi vehementer excitarentur. Idcirco etiam ut ex Suetonio colligimus, Nobiles Torquati torquem, ſicut Cincinnati crinem, ſeu Cęſariem deferebant, ut in hiſce notis Progenitorum opera conſpicua præ oculis haberent, quibus ad ſimilia provocarẽtur.

Jul. Capitol. de Familia Macrianorum.

Alex. Taſſ. lib. 3. queſit. 15. Suet. in Calig.

Celius Rodig.

Secundò hic Auctor Cœlio opponitur, qui cum tertiam Plutarchi interpretationem ſecutus eſſet, ipſe benè argumentatur, non magis rerum caducarum inſtabilitatem nobilibus, quam ignobilibus pertinere. Et tamen legitur

gitur, illos ſolum, non autem hos lunulæ inſigne geſtaſſe. Ita Juvenalis, *Nobilis & Generoſus* Juvenal. ſat. 7.

Appſitam nigræ Lunam ſubtexit alutæ.

Ita Statius, *Primaque patricia clauſit veſtigia Luna.* Stat. in Sylv. ad Chriſpinum.

Ita etiam Martialis, qui addit, detuliſſe quoque Nobiliores Romanos hoc ſuper togas lanulæ Gentilitium,

Lunata nuſquam pellis, & nuſquam Toga. Mart. 2. Epigr.

Tertio recitat Joannis Britannici, ac Joannis Zonaræ ſentantiam, aſſerentium, ſignum illud haud dimidiatæ lunulæ, ſed potius eſſe tertiæ literæ Alphabeti, qua Romani centenarium numerum ſignificabant: Oſtendebantque eos minime à recenti nobilitate, ſed à primis illis centum Senatoribus nobilibus, quos Romulus elegit, derivari. Quam legem de Nobilitatis antiquitate ex centenario numero Tacitus apud Germanos viguiſſe tradit: loquens enim de electis peditibꝰ contra Equites dimicaturis, *Definitus numerus*, ait, *centeni ex ſingulis pagis ſunt, idque ipſum inter ſuos vocantur, & quod primo numerus fuit, jam nomen, & honor eſt.* Sic etiam obſervatum invenimus, Nobiles Acticæ habitatores inter capillamenta parvas aureaſque cicadas geſtaſſe, nec alia de cauſa, niſi ut oſtenderent, ſe antiquitus ab ea Provincia Sobolem ducere, quia cicadæ ibi cantant ubi naſcuntur.

Joannes Britan. Joann. Zonara. Tacit. de mor. German.

Quarto & ultimo refert præfatus Auctor, Lunam etiam apud Romanos propter ejus in ſingulis menſibus renovationem inextinguibilem ſucceſſionis perennitatem ſignifiacaſſe. Colligitur ex quibuſdam numiſmatibus Fauſtinæ, ac Alexandri Severi: in illis enim hæc inſcriptio *Æternitas*, in his vero hæc vox *Perpetuitati* cū Lunæ hieroglyphico legebantur. Tertiam tamen ſententiam libentius hic Auctor amplectitur; eo vel maximè quia ferunt nonnulli, Numam Pompilium legem hanc ordinemq; ſanxiſſe, ut propterea centū Senatores ab alia gente diſtinguerentur.

Tertiam ſententiā ſequitur Taſſonus.

Solem denique, ſuper lunulas dimidiatas inſidentem ac coruſcantem, Veritatem perantiquę Auſtriæ Nobilitatis indicare, facilè cognoſci poteſt ex vetuſtiſſimo ac cōmunio-

Sol Veritatis Symbolum.

muniori Veritatis ſymbolo, quod Solem ipſum ſcriptores faciunt. Veritas filia temporis vocatur: tempus verò à Sole ortum ducit; ac propterea affinis Solis eſt Veritas, Soliq; perſimilis. Hinc meritò græco idiomate illius rei, quæ abſcondi non poteſt, ea ſignificatum habet. Quod privilegiũ ſuaptè natura ad Solem pertinet: qui tanto quidẽ clarior exit à tenebris, quãtò ampli⁹ tenebræ intenſiori conflictu in ipſum convaleſcunt. Idem prorſus dicendum contra malevolos de antiquiſſima Auſtriacorũ Principum Nobilitate: ſicut Majeſtas tua in trunco illo Hydræ capite ſub dextro Pietatis pede inciſo, & occiſo, quod unã ex ſeptem ſtellis ſchematis operis in frontem fixam habet, cernere poteſt, ac Pythonis ſimul fabulæ, in qua umbræ, mendacijq; elucet ſymbolum, ab Apolline, hoc eſt à Sole Veritatis occiſi, reminiſci.

Veritas Solis affinis quia eſt têporis filia.

Fabula Pythonis & Apollinis.

Cætera Auſtricæ Pietatis ornamenta, ad ejus Nobilitatem ſpectantia, eodem modo tuę Majeſtati exhibentur, quo in ære, ſeu numiſmate Gethæ olim conſpiciebantur. Ibi enim ſculptam Mulierem habitu & inceſſu gravem, dextrâ manu haſtam, ſiniſtrâ verò Minervæ ſimulacrum ferentẽ pro Nobilitatis Stem̃ate inventam eſſe ſcriptores tradũt. Et meritò quidẽ, nam ejus toga, quã apud Romanos ignobiles deferre nõ poterãt, ac gravitas vultus graves Nobilium mores; Haſta verò (cui modò additũ eſt in præſenti Gẽtilitio familiæ Auſtriacæ inſigne, veluti ſuo generi ſpecies) ac Minervæ ſimulacrum ſapientiæ, armorumque famam denotabant. Utrorumque enim potrettrix Minerva dicitur, quam natam à Jovis capite (per quod rationem & intelligentiam multi concipiunt, unde nomen acquiritur, ac Nobilitas) fabulatores ajunt.

Cæſar. Rip. p. 2. Iconol.

Vale Pijſſime Imperator, qui idcirco cum FERDINANDI nomine omen ferri, omnia prorſus domantis, ac tolerantiam paſſionum, & ærumnarum mirificè geris, ut Pietas tua Hoſtes Chriſti, atque Eccleſiæ Catholicæ perenniter domet; & Hoſtium aſtus, & malevolorũ machinamenta magnanimiter ſufferat: & ut demũ prolixã hanc meæ ignorantię enarrationẽ geneross̃a patientiâ ſuſtineat.

Pulchra nominis Ferdinandi interpretatio.

GENTI-

GENTILITIUM I.

PIETAS AUSTRIACA

SIBI IN PRÆCLARISSIMA ET ANTIquiſsima Sanguinis Origine Fortuna, ac ſuæ Fortunata Poſteritati.

EXCURSUS I.

Qualis Catholicorũ Principum Fortuna, ſed maximè Auſtriacorum in ſuæ Stirpis initijs, contra quæ adducuntur argumenta Adverſariorum.

TIridatem, quem Volgeſus Parthorum Rex ejus Frater Armeniç Regem conſtituerat, perhorrere cœpit Roma, audiens eum enormi adulatione, homine ingenuo minimè digna, hiſce verbis Neronem alloquentem. *Equidem ero quem tu me Fato quidem efficies, tu enim Fatum meum es, & Fortuna.* Tacit. in ann.

Quid queſo hoc loquendi modo, quem ipſa reicit natura, imprudentius? Quid hac aſſentatione ſtultius, ac ſuperſtitioſius? Contemnit Deus, *omnia in menſura, & numero, & pondere conſtituens*, eorum deliramenta, qui bonorum eventuũ munera expectant, non à bona ſua voluntate, cujus Providentiæ Clypeo coronat quos protegit, ſed tantum à Fortuna, quam Deam Ethnici faciebant, noſque inter deceptores mortales mortalium deceptricem facimus, *Mendaces enim ſunt Filij hominum in ſtateris, & omnis homo mẽdax.* Propterea dũ in eos per os Prophetæ indignatur, *Dereliquiſtis*, inquiens, *Dominum, & ponitis Fortunæ Menſam, & libatis ſuper eam*, illos præcipuè vehementer objurgat, qui neſcio quem ſpiritum, quem influxum, ſeu aſcendentem dominatorem inſipienter ſomniant: Eumque non ab ipſo, tanquam à primo rerum initio, *ſine quo factum eſt nihil*, ſed ab Aſtrorum motibus, vel à quovis alio ſecundarum cauſarum ordine deducunt; quaſi

Sap. 11.
Pſalm. 3.
Pſal. 61. & 115.
Iſaiæ cap. 65.
Joann. 1.

quaſi hic aliquo principio bono hominum fortis conſtituendæ ſolùm eſſet ſufficiens.

Scytharum, & Apellis Fortuna.

Pulchra, atque artificioſa Apellis excuſatio.

Habeant pro ſe ſuam Fortunam Scythæ abſque pedibus, ac ſuis libratam alis; habeat & ſuam Apelles, qui objurgatoribus ſciſcitantibus, quare illam ſedentem depinxerit, reſpondit, ac ſe artificioſè ſimul excuſavit, hoc feciſſe, quia eum eam ubique deambulantem invenerit, nec alicubi pedem figentem, ac propterea nimium defatigatam exiſtimaverit, eam quoque aliqua quiete indigere crediderat.

Servus Tullius nimis ſuperſtitioſè Fortunam colebat.

Pietas ſola vera optimaque fortuna.

Glorietur Servus Tullius pro aſſiduis, ac familiaribus è parva quadam feneſtra cum Fortuna collocutionibus: ſed propter inopinatum eventum, quo ita proſperè ſervi habitum in Regis purpuram commutarat, quadraginta ſex Templa illi ſuperbè Romæ erigat. Ad Fortunam accedere, viſchio ſuperfuſam vani homines properent: ac voluntariè, ne dicam ineptè, glutinam magis, ne labi poſſit, quam lubricam, ſicuti eſt, eam effingant. Nam ipſe hanc ſolam, PIETATEM duntaxat, magnipendo, quia ſupra ſtellarum aſpectus, ac propè Deum ipſum eam conſtituo, firmam cogito, indefatigatam cerno, divitem prædico, ac balſamo Divinitatis conſperſam ſimulque conſtantem aſſero.

Quint. Curt. lib. 7. Hiſtor.

Hanc, hanc Pietatem, ſingularia, ac peregrina Divinæ Providentiæ juvamina de condigno promerentem, Chriſtianis Principibus veram tutamque Fortunam eſſe contendo. Quicumque eam ſtuduerit poſſidere, parvi equidem pendat Quinti Curtij vaniſſimum, ac deridendum documentum *Fortunam tuā preſſis manib⁹ tene, lubrica eſt, nec invita teneri poteſt.*

Seneca.

Elius Seianus à Fortuna, quam adorat, deridetur.

Unica hæc Sors, quam Pietatem vocamus, vim profectò omnipotentiſſimam habet, ut nos felices efficiat. Hanc facili negotio hujus Mundi Heroes, *Quibus pars eſt naturæ eſſe bonos*, nanciſcuntur. Illi Servi Tullij impar omnino hæc Fortuna dicatur. Nam dum eam Elius Seianus annis multis inſtar Idoli, cui libamina obtulerat, ſuo adorarat in cubiculo, tandem quadam die ob nimiam Tiberij gratiarum crebritatem turgido faſtu incedens, & coram adorato ſimulacro hilariſſimo corde deambulans, ab eo ſibi terga enormiter verti, magno ſuperfuſus rubore; ac nimiâ impetitus triſtitiâ proprijs oculis crevit. Noſtra vero Fortuna, nimirum

Pietas Comes Principum perennis.

Pietas, & uſque ad ultimam vitæ periodum conſtanter ac fideliſſimè Catholico Principi ſe comem, ac Comitem exhibet: & eum perenni fœdere etiam poſt mortem ſequitur, interque Beatorum agmina cum Deo Parente in Cœlis amplectitur.

Nonnullorum Principum Fortuna.

Julius Cæſar.

Catholicus Princeps ex rebus nimium ſecundis Julij Cæſaris, Octaviani Auguſti, aut Quinti Metelli, Samiorumve Tyranni Policratis ne queſo dolore afficiatur. Propterea quod etſi ille duabus & quinquaginta Victorijs explicatis vexillis largas Fortunæ manus in bellis expertus eſſet,

tamen

tamen in propria Domo frænum tantæ prodigalitati,imò liberalitati eam imponentem,ac infami deditam avaritiæ, ſibique in omnibus plenè ſatisfacere renuentem jugiter conſpexit. De Octaviano autem quid referam? Nonne his etiam præfati Cæſaris ſanguini affinis, eique ſorte perſimilis ſemper cum alienigenis inter Martis ludos fortunatus extitit,quando cum domeſticis ſuis, ac familiaribus viſus eſt abſque Fortuna? Taceam Quintum Metellum, & cum eo Policratem: alterum decem res, quas ardenter peroptaverat, feliciter obtinentem, ſed tandem excæcatum, & miſerrimè vitâ functum: Alterum verò infortunia omnia, è toto ejus vitæ curriculo penè aberrantia,vice una in morte ſimul ſuſtinentem. Id quod accidit etiam Pompeio,de quo Lucanus, *Felix nullo turbante Deorum, & nullo parcente miſer.*

Octavianus. Q. Metellus. Policrates. Pompei Fortuna. Luc. de Pomp.

Sola illa Fortuna,quæ firmis,inconcuſſiſque Pietatis Chriſtianæ viribus innititur,nec alas,nec rotas habet. Hæc inter ſpumantes Pelagi fluctus, nigros nubium vortices, Nautorum, Naviumque vela imbribus,ac ventis jugiter agitata, capillis hinc inde ab Eulo diſperſis, omnique exuta operimento haud invenitur. Et quamvis inveniretur,veluti magnus ſcopulꝰ tamē appareret,claritatis exornata pallio:ajente Triſmegiſtro,*Unuſquiſque cultu, & veneratione Dei clareſcit.* Per eam enim *Valentior omni Fortuna*(Ethnicâ ſcilicet)*eſt animus*, qui res adverſas non minus magnanimiter aggreditur, quam ſecundas hilariter amplectitur,ut felix utrinque videretur.

Mercur. Triſm. Sen. in ep.

Haud ſatis eſt,imò ridiculum,chymericis Aſtronomiæ percontationibus aliquot dies felices expectare: etenim illo eodem die infauſto obitu perijt occiſus Pompeius,quo antea multis jam elapſis annis Pirathas vicerat,ac de Mitridate triumpharat. Tacito ſanè propterea credendum, *Genus hominum Potentibus inſidum, ſperantibus fallax* Aſtrologos (præſertim judiciarios de quibus hic loquimur) vocitanti. Princeps bonus bonos amicos è Cœlo petat, ſi ridentibus, ut ajunt, oculis à qualibet ſtellarum facie conſpici peroptarit. Ab omnibus ſanè hominibus,ſed longè amplius à Principibus vult Deus *Honorari ut Pater, timeri ut Dominus, ut ſponſus amari.* Trias illius æmula,unde fontalis origo terrenæ etiam, ac ſuperplenæ felicitatis emanat. Seu trinodis Laqueus non tantum difficilè ad rumpendum, verum etiam nunquam à quovis imaginatæ fortis impetu rumpendus.

Tacit. lib. 1. hiſt. S. Bern. Ser. 83. in cant. Eccleſ. c. 4.

AUSTRIACAM GENTEM Primò Eccleſiæ Catholicæ Apoſtolicæ Romanæ ſuæ perdilectæ ſponſæ, ac deinde Imperio Occidentis magna jugique PIETATE profuturam *vidit Deus, & gaviſus eſt.* Propterea antequam per ejus Sobolem in rerum Natura hæc Pietas conſtitueretur,ordinavit, eam ob magnum ſuæ originis meritum à vetuſtiſſimis conditoribus uſque ad RUDOLPHUM Habsburgicum, & ab hoc uſque ad

Deus ante Mundi conſtitutionē vidit Domum Auſtriæ, & gaviſus eſt.

modernos ejus Poſteritatis Principes ſibi eſſe Fortunam, atque Auſtriæ Stirpi Fortunatam *in præclariſſima & antiquiſſima Sanguinis origine.* Quam Theſim conſtanter defendimus contra adverſarios (quorum argumenta modò deferimus) ac deindè inferius, multis adductis monumentis, atque hiſtoricis rationibus, noſtræ ſententiæ veritatem radicitus demonſtrabimus.

Theſis radicalis ab Auctore defendenda.

ADVERSARIORUM OBJECTIONES, ſed præcipuè Hippolyti à Lapide, Henrici Spondani, & Othocari Bohemiæ Regis.

Hujus noſtræ Sententiæ robur, ac ſimul totius Gentilitij arcana funditus convellere, ac prorſus è Mortalium memoria impoſturarum invectivis, mendaciorumque viribus obliterare nititur Hippolytus à Lapide. Vir ſanè doctus, ſed natione Germanus, profeſſione Hæreticus, & politicis rebus peracutus; moribus autem in acuendo impudenter calamo contra Auſtriacam Gentem, & S. R. I. Electores, ac Patres pluſquam barbarus, & inhoneſtus. Hic homo, ſpretis omninò, ac ſciſſis erubeſcentiæ legibus, adeò antiquorum æmulorum hujus Domus bilem, multorumque prædeceſſorum recentiorum virus atramento mixtum evomit, ut ipſe ſolus, ſpecie tantùm indagandi hiſtoricam veritatem, veræque modeſtæque Prudentiæ rationes, ac perſuadendi totius Imperij reſtaurationem, legum obſervantiã, Procerum ordinumq; emolumenta, tanquã inter Philiſteos Goliath pro omnibus malevolorum in Principes Auſtriæ cuneis frontoſum, ac formidoloſum Gigantẽ ſe præſentare glorietur. Compoſuit Auctor iſte mira eruditione, ſubtili arte, nimio labore, ſed pauca, ne dicam mala impiaque conſcientia librum, præloque dedit ann. 1647. Freiſtadij; ſi tamen Typographiæ locus, & Pſeudopolitici nomen ſuppoſititia non fuerint. Totum fermè opus, cuius Titulus *Diſſertatio de Ratione Status in Imperio Romano Germanico,* in tres partes, partes verò in multa capita, & nonnulla capita in ſectiones ſecuit aliquot.

Hippolytus à Lapide quis.

Quam impudẽter ſcripſit.

Ipſe ſolus tanquã Gigas inter malevolos Domus, Auſtriacæ apparet.

Ejus opus, ac hujus titulus, & diviſio.

Principalior hujus maledici hominis intentio ſanè in hoc tendit (ſicut clarè patet legenti) ut Auſtriacam Fortunam, Chriſtianæ ac Catholicæ Pietati innixam radicitus corrodat, ejuſque Poſterorum nomen laceret, atq; gloriam labefactet. Labor verè inutilis, vanus, licet longo tempore & à multis excogitatus, conſiliatus; nec alia de re (ni fallor) ante paucos años Imperialium Ratisbonę Comitiorum typis datus, niſi ut electio Regis Romanorum non amplius Auſtriæ Familiæ ſuffragaretur. At ſicut in ſimilibus præcipuam Dei tutelam ſuper hanc Familiam antiquiores probaverè eventus, ita ſanè & præſentes idem demonſtrant contra omnium Politicorum

Ejus principalior intentio, ac ſcopus.

eorum placitum, & maximè Hippolytiſtarum, qui ſui Ducis ſcriptis Electorum arbitria alibi trahere in præfatis comitijs firmiter ſperavere.

Politici cujuſdã coram Auctore confeſſio.

Politicus quidam, parum huic familiæ inclinatus coram me ore proprio confeſſus eſt, nunquam prçteritos Auſtriæ Imperatores tantâ gloriâ præventos eſſe ab Electoribus, ac tranquillitate tantâ ſucceſſores conſanguineos adhuc ipſis viventibus in Reges Romanorum creatos eſſe, quanta modò noſtris oculis vidimus. Nam penè Electores omnes Pragæ ſe contulere ad Ferdinandum III. Cæſarem, cui incredibilia amoris, reverentiæ, obſequijque officia, obſtupentibus omnibus Germaniæ Principibus, præſtitere. Quibus non minus Pius affabiliſq; Cæſar verbis, ac facinoribus humanum ſe prebuit. Paulò poſt omnes Auguſtæ conveniunt; ibique unanimiter pace haud ſperatâ Ferdinandum Filium in Regem Romanorum eligunt pridie poſt nativitatem primæ prolis Seren. noſtræ Archiduciſſæ Annæ, nimirum die ultimo Menſis Maij in Vigilia Pentecoſtes anni præteriti 1653. Unde planè videtur, Dominum Deũ peregrinis auxilijs innixè operam dare, ut tunc magis ac magis ſuæ haud laſſæ clementiæ ſingularem erga Domum Auſtricam exiſtentiam toti Mundo oſtendat, cùm amplius occaſio urget, aut neceſſitas expoſtulat.

Dies & annus electioniſque locus Ferdinandi IV. in Regem Romanorum.

Hactenus Politicus ille, cui ipſe ſtatim reſpondi, conventicula Hippolytiſtarum commemorando, ergo veriſſimum eſt illud Salomonis, *Non eſt ſapientia, non eſt Prudentia, non eſt conſilium contra Dominũ.* Veriſſimum ſanè ille repetijt, addiditque, contra Dominum, Domum Auſtriacam mirificè protegentem.

Proverb. 21.

Acriora argumenta, quibus in multis variè Auſtrios Hippolytus parvipendit, ac Electorum prudentiam àſperrimè, convicioſéque objurgat, captata occaſione, atque obſervato totius laboris noſtri ordine, Deo adjuvante, ſolvemus. Utemurque ſemper (ut decet prudentis hominis honeſtatem nedum religioſam profeſſionem) illa dicendi, ac ſatisfaciendi forma, quâ tantum veritatis candorem, non autem turbidos turpeſque animi affectus oſtendemus. Objicit ergo impoſtor noſter adverſus memoratæ propoſitionis aſſertum hoc modo. *Si verum eſt quod Machiavellus ſcripſit, eſſe in ſingulis Rebuspublicis familias fatales, quæ eorum exitio naſcantur: hæc certè familia* (Auſtriaca duntaxat) *ab exiguis orta initijs eò progreſſa eſt potentiæ, ut toti Imperio formidoloſa, imò exitioſa exiſtat.* Non poterat ſanè meliori teſtimonio ethnicam, impiamque oſtendere Hippolytus primam hujus calumniæ partem, quam illo Nicolai Macchiavelli, cujus innumeræ aſſertiones, inter quas adducta principem locum tenet, atheiſmum inducunt, impietatem, ac tyrannidem fovent: Adeò ut ſicut Deus, natura, ratio, Chriſtiana ac ordinata politica eas antea prohibuerat, meritò poſtea damnarit Eccleſia, & ſcripta Macchiavellica inter opera anathematizata primæ claſſis collocârit. Sed de hoc alibi ſuo loco. Ergo Hippolytus præſupponit Auſtriacã Gentem exiguis ortã initijs.

Part. 3. cap. 2. ſect. 1. pag. 120. §. 2.

Multæ Aſſertiones Macchiavelli ſapiunt atheiſmum.

Præ-

Præſupponit, inquam, etenim alij haud pauci etiam Neoterici ſimilia ſcripſere, licet non ita immodeſtè, ac virulenter: contenti fortè homines fragiles poti⁹ in aliquibus videri, modicum veritati, modicumq; inclinationi adhærendo, quam Hoſtes aperti nimia paſſione, undè ratio ipſa deſtruitur, affecti. Inter hos ſufficit mihi adducere eruditiſſimum, ac celeberrimum virum Henricum Spondanum Gallum, Epiſcopum Apamiarũ, ac Cotinuatorem Annalium Cardinalis Baronij. Poſtquam Auctor iſte ſuper ann. illum, quando ſcilicet electus fuit Imperator Rudolphus I. Habsburgicus Auſtriacæ Domus Conditor, extremas opiniones de ejus origine ſuccinctè confutaſſet, Stabij figmentum à nobis etiam ſuo loco reiciendum, deridet: partimque tertiam opinionem, inferius explicitius adducendam, negat. Rudolphum I. inquit, ex primis Habsburgi Comitibus non niſi materno genere proveniſſe, paterno autem ex Comitibus de Tierſtein propè eandem Baſileam, manifeſtum facit vera ejus Familiæ ſeries, deſcripta in antiquis originibus Murenſis Monaſterij, fundati à Wernero Epiſcopo Argentinenſi, eodemque arcis Habsburgicæ in Argovia inter Baſileam & Tigurum conſtructore, qui deceſſit ann. 1029. in legatione Conſtantinopolitana, ſuſcepta juſſu Conradij Imperatoris.

Tom. 1. ad ann. 1273. col. 2.

Edit. ann. 1618. in 4.

At præcipua Spondani contra noſtram Theſim hæc ſunt. *Sed ſcitote filij hominum, quia Dominus Sanctum ſuum mirificavit*, Rudolphũ, inquit, ex modico Barone, ſeu Comite ad Imperiũ extulit, ut olim Davidem ex Paſtore ovium. Etiamſi tanta antiquitate non polleat, pollet nihilominus ejus progenies magna authoritate, & amplitudine. *A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris.* Ut verò tanto ſcriptori rem pergratam faciamus, peculiari integraque ſectione ſuæ malè præſuppoſitæ, & nondum ab alijs benè probatæ Hiſtoriæ inferius reſpondebimus.

Ibidem. Pſalm. 4.

Pſalm. 117.

Argumentum hoc Hippolyti ac Spondani multò ante ab ore Ottaccari (alij ut idem Spondanus, & quidem melius, Othocari, quia Othoni Imperatori carus ſemper fuit) Bohemiæ Regis exivit. Cujus Aulæ olim ut Magiſter curiæ, & in bello contra Ungariæ Regem Equitum (quorum centum millia feruntur) ut ſupremus Præfectus Rudolphus Habsburgicus prædictus inſervierat. Scribit enim Joannes Seifridus Sileſius S. Benedicti Abbas, objectum fuiſſe ab eodem Othocaro Rudolpho Cæſari generis exiguitatem, ſeu mediocritatem: uti Auctor quidam anonymus, ſed Rudolpho ferè contemporaneus refert, qui M. S. extat in Bibliotheca Monaſterij S. Crucis. Propterea quod hæc Auctor ille Henrico Burggravio Nurembergenſi, nomine Imperij Auſtriam ac alias Provincias repoſcenti, Othocarum reſpondiſſe tradit. *Non decrevimus tam facilè reddere quæ arcu, & gladio noſtro tam ſudoroſè conquiſivimus; vel quæ ad nos conſanguinitatis & affinitatis tramite manaverunt. Adijciens ſe non modicum*

Cuſpin. in Rudol. I.
P. Joan. Gans in annot. arboris. I.

Par. 1. lib. 1. cap. 2. pag. 67.

M.S. auct. anon. lib. 2. cap. 2.

Reſponſio Othocari ad Burggraviũ Nuremberg.

dicum mirari, quod proceres Regni, omiſſis potentioribus, tam exilem Comitem ad Regni faſtigium extulerunt.

Othocarum autem jam tunc Rudolphi inimicum, qui multis, ac varijs artibus ad Imperij coronam aſpiraverat, de generis exilitate locutum fuiſſe, ex ejuſdem Burggravij replica clariſſimè patet. Nam ad primum ita reſpondit. *Expedire vobis crederem, ut depoſito elationis faſtu, Romano vos Principi ſubderetis, cui neceſſe erit ſpiritum præſumptionis veſtræ recondere, eo quod Imperium contempſiſtis, & ad Conſiſtoria Principum non veniſtis ſed & oblatum vobis Regnum olim poſtergaſtis, ſufficientem vos habere gloriam reſpondiſtis. Scitis quod excelſus poteſtatem habet in Regno hominum, & cui voluerit dabit illud:* Ad ſecundum verò ita etiam ſubjunxit. *Genus & proavos ſtrepitis! Omne genus hominum in terra ſimili ſurgit ab ortu. Cui enim Deus auctor ſpectabilis, nullus degener extat.* Videſne Lector, ſubdit Seifridus, Burggravium non negare, ſed tacitè confiteri mediocritatem in Rudolpho: qui tamen ſi Rudolphus è ſtirpe eadem, à qua ZARINGIÆ Duces prodierunt, ortus fuiſſet, egregiè faſtum Regis reprimere potuiſſet.

Replica ejuſdē Burg. ad Othocarum ex eodē anon. apud eundem Seifrid.

Loco citato.

Confirmatur fortiori ratione ex epiſtolis ejuſdem Rudolphi, ac præcipuè ex duabus, quibus ore proprio Magnanimus Cæſar, amicus Veritatis, & jactantiæ hoſtis, palàm etiam eandem ſui generis exiguitatem, exilitatemque toti Orbi innoteſcendam ſæpe protulit. Primam epiſtolam, quæ eſt 53. ad Abbates ſacri Ordinis Ciſtertij congregatos, Pius Imperator miſit: ſecundam verò, quæ eſt 130. ad Summum Pontificem Romanum Gregorium x. In corpore illius hæc leguntur. *Verum rejectis interdum ad noſtræ primitivæ ſublimationis auſpicia noſtra conſiderationis obtutibus; attendentes, quod manus Altiſſimi de tam humilis loci tugurio ad tam celſa, tam faſtigioſa palatia nos provexit; in eo, cujus admiranda patientia dat per gratiam eſſe ſtabilia, quæ ſunt fragilia per naturam, noſtræ fiduciæ ſpem locamus, præſumentes fiducialiter, quod opus, quod omnipotentiæ ſuæ dignoſcitur ineffabili diſpenſatione contextum, felici præſagio conſummabitur.* In altera verò epiſtola hæc inter cætera Rudolphus profert. *O mira paternæ clementia pietatis, quæ non eſt dedignata nobis à primis noſtræ creationis naſcentibus exordijs compaſſionis exhibere mammillam. Ubera lactis irrorata liquoribus porrigere, reddentia grave pignus amoris. O ineffabilis gratitudo favoris, & ſtupenda dilectionis affectio, quæ nos pridem in regno tenellos in ulnis educationis delicioſè ſuſcipiens, fovit inter impuberes & adultos.*

Confirmatur epiſt. Rudolohi I.

I. epiſt. 53.

In epiſt. dedicat. Seifr. ad Matth. Imp. pag. 3.

II. epiſt. 130. apud eundē Seifr. lib. & cap. cit.

Explicatio Seifridi.

Ubi Seifridus tria ſubjungit, nam primò Othocarianum argumentum reſpectivè confirmat: deinde ex hac exilitate Rudolphi apertè colligit, ejus progeniem à Gente Romana Perleonum derivari, quod inferius nos ſuo loco explicabim⁹. Tertio quo modo talis exilitas intelligi debeat declarat.

Loc. cit.

Quare genus Rudolphi in Germania tenellum.

Certum eſt, inquit, Rudolphum maturâ jam, & provectâ ætate, liberiſque procreatis ad Imperium aſſumptum: quare ſe in regno pridem tenellum, non annis, ſed familiâ, ſotum inter impuberes, & adultos; ideſt prælatum familijs nobilioribus, & antiquioribus aſſeruiſſe cenſendus eſt. Porrò (ſequitur, tertium punctum declarans) hic lectorem admonendum putamus; etſi Rudolphi genus & ſtemma ab antiquiſſima Anicia ſtirpe deductum, Nobiliſſimum Illuſtriſſimumque fuerit, ac planè conſulare, & Imperatorium: eo tamen tempore mediocre viſum eſt, quia transplantatum in Germaniam, vix quartum generationis gradum attigerat, neque ultra comitatus dignitatem provectum noſcebatur. Undè non immerito illud novum vulgo, ac mediocre viſum eſt; præſertim ignorantibus à quali quantaque ſtirpe Romana Rudolphi progenitores orti fuiſſent. Quamquam crediderim nec ipſi Rudolpho, nec ejuſdem in Germania progenitoribus ſatis perſpectum fuiſſe, eorum Majores Aniciorum poſteros fuiſſe. Hæc ille. Adde, ordinariam Fortunam, ac mediocrem, imò penè infimam divitiarum ſortem Rudolphi I. ante ejus creationem in Regem Romanorũ (propterquam coactus fuerat Curiæ Othocari inſervire) eundem Othocarum planè induxiſſe, ut eum exilem Comitem ſanguine & potentiâ nimis imprudenter diceret. Id quod deindè plus quam arroganter noſtra tempeſtate Hippolytus confirmavit, Auſtriacam Familiam parvifaciendo; atq; ab exiguis ortam initijs (nempè à Rudolpho Protoplaſte tam rerum temporalium copiâ quam genere exiguo) fataliterque in perniciem Imperij Germani exortam ore Machiavellico prædicando. Quæ omnia cum ſanè ſuis heſitationibus non careant, planè quidem & plenè adverſarijs ſatisfecerimus, quorum tumorem in hoc gentilitio prorſus compeſcere ſtuduim⁹ ſi ſecundum excurſum de Politica Nobilitate examinare curabimus.

Additio Auctoris, qui inferius omnia fuſius enucleabit.

EXCURSUS II.

Præcipua ac verior humanæ Nobilitatis eſſentia politicè affertur.

Nobilitatis nomen eſt amphibologicum.

SCholaſticorum more pro indaganda eſſentia Nobilitatis diſputant Politici. Quidquid tamen ſit de ſententiarum varietate inter ipſos, qui aut antiquitus, aut noviter ſuper hanc rem ſcripſere, parum quidem nobis intereſt. Sufficit hic unum aſſerere quidem; at non adeò cōmune, quemadmodum faciunt nonnulli, ut amphibologicam, ſive ut ajunt, æquivocam ſententiam proferamus, in Nobilitatis nomine ſolum fundatam; ſed tantum peculiare. Ne tot diſecta capita, quibus Auctores prolixâ enarratione

non

non unicam faciunt Nobilitatem,ſed multiplicem,cum maxima legĕtium moleſtia perluſtrare conſtringamus.

Vera ergo Nobilitatis deſcriptio tam privatę quam publicæ hęc erit. Nobilitas, propriè, ac politicè loquendo, conſiſtit in quodam ſanguinis ſplendore, ab Avorum, Progenitorumque tramite, continuâ honoris poſſeſſione retentâ, emanato: Dicente Alexandri Macedonis Præceptore, *Nobilitas eſt quædam Majorum Claritas.* Hæc ſanè deſcriptio generalis eſt, ac rationabilis. Quoniam Nobilitas, ſive ſub antiquo Dominio fundetur, ſive ſub Divitijs Civitatis, Civiumque operibus illuſtribus: ſive ſub Familiarum claritate, ac ſplendore, ſive demum ſub aliquo alio reſpectu,ſemper quidem continuata honoris extrinſeci poſſeſſio ei neceſſaria videtur. Iſta enim media dictum honorem pariunt, qui honor dum aſſiduus, ac procerus evadit,nihil aliud eſt quam ipſa Nobilitas. Sed hanc claritatis formam, quæ poſtea cum ipſo ſanguine comunicatur,particularibus perſonis, ab ignobilibus ortis parentibus divitiæ dare non poſſunt: non doctrinæ: non ſtatuum Ditionumve poſſeſſio: non virtus ipſa, ut infra patebit.

Deſcriptio Nobilitatis ex Alex. Taſſon. lib. 8. q. 19.

Lib. 2. Rhet. c. 15.

Deſumpta eſt etiam Hæc Nobilitatis definitio à communi conſuetudine totius Europæ, quæ aliquem propriâ ac verâ Nobilitate nunquam exornatum,ac decoratum exiſtimavit,tenuitque, qui eam ab Avis ſuis per multos generationis gradus non poſſedit. Quotidiana experientia docet, quod cum quis ad habitum Equitum admittendus eſſet,non ſtatim ab eo petitur,utrũ honore aliquo,qualiſcumq; ille ſit, ejus parentes decorentur: quin potius, an ſui Progenitores, horumque Avunculi, & Avunculorum Patres,& Patrum Majores per longam, immediatamq; temporum ſeriem ſanguinis claritate effulſerint.

Europæ conſuetudo in creando Equites.

Et quamvis in aliqua Familia haud pauci Anteceſſores honoris ſplendorem ſervaverint, nihilominus quia eorum filij enormia delicta,operave mechanica,aut vilia edidere,honor in eis,ac Nobilitas finem habuit. Quãobrem Ariſtoteles aſſeruit,non debere terminari,ac reſtringi Nobilitatem ad aliquam ſolam Perſonam, ſed referri ad ſtirpem, & ad ſucceſſionem. *Inſuper*, inquit,*conſentaneum eſt, ex melioribus ortos eſſe meliores.* Nec ſatis nobis officit in gratiam divitiarum (quibus hodie vilior hominum fimus,& abjectius plebis genus multorum ingenuitatem exagitat, ſpernitque) ſententia ejuſdem Ariſtotelis,autumantis, *Quod Nobilitatis differentiæ ſunt ſecundum opulentiam & magnitudinem cenſus.* Nec aliquid nobis ſuadet in contrarium antiquorum Romanorum uſus, qui in conferendo Equeſtrem ordinem de uniuſcujuſque redditu nimia ſedulitate ante omnia examen ferebat. Etenim ſi divitiæ ex ſe intrinſecè,formaliterque, ut ajunt Philoſophi, ad Nobilitatem ſpectarent (quæ divitiæ mechanicis artibus imò obſoletis ſordidiſque facinoribus, omni ſplendore oppoſitis, ple-

3. Pol. cap. 8.

Duæ objectiones pro divitijs.

Lib.4.Pol.cap. 3

2.Objectio ex uſu antiquo Romanorum.

Occurritur,

plerúmque acquiruntur) neceſſaria inductione inferretur, omnem divitem eſſe nobilem. Quod omninò eſt falſum, & ab ipſo experimento alienum. Propterea alibi fortaſſe ipſe Ariſtoteles ſciſcitatus eſt, Cur divitiæ ſæpenumero, ac ſatis multum ad improborum manus ac malæ farinæ hominum reperiantur?

Probl. 8. pars 29.

Sed urgeret aliquis, hanc ejuſdem Ariſtotelis ſententiam adducendo. *Privata verò Nobilitas,* inquit Politicorum Princeps, *aut à viris aut à mulieribus eſt legitima ab eis procreatio; & ut in Civitate, ſic in privata quoque nobilitate, aut virtute, aut divitijs, aut aliâ re laudabili primos claros fuiſſe.* Reſpondetur, duplici argumento circumſtare Nobilitati divitias, aut ſimpliciter (ut utar terminis logicalibus) aut ſecundũ quid. Primum negamus, ne omnem divitem nobilem dicere enormiter coarctemur. Secundum verò, de quo loquitur Ariſtoteles, libentiſſimè amplectimur. Poteſt ſanè qui nunquam fuit Nobilis, nec Civilis, ſed potius inter plebeios minimus, divitijs incipere ſuæ poſteritatis nobilitatem; eo quia factus dives, ac vilibus relictis operibus, illuſtria facinora identidé efficit, exẽplaq; hæredibus relinquit ad ſimilia operandũ, Hæredes verò ſucceſſoribus. Sicque multis deinde circumſcriptis temporum luſtris tota familia potentiâ & famâ, quibus crevit, ſordidum originis ſanguinem penitus tergit, ac honoris claritate exornat. Poteſt etiam qui nunquam fuit, neque dives, neque nobilis nobilem ſtirpem fundare illuſtribus operibus: ſed neuter diceretur Nobilis ea Nobilitate, quam ſupra deſcripſimus, & quæ vi tantum naturalis generationis ſanguinis claritatem poſteritati communicat. Ac conſequenter ſi utrique, ut poſſint aut divitijs, aut operibus disjunctim, aut divitijs & operibus conjunctim initia præſtare Nobilitati, intrinſeca, ſeu neceſſaria ſunt hæc media reſpectu familiæ fundandæ: nulli quidem perſonaliter honorem nobilium ſuapte natura præſtare poſſunt. Dicendum pariter, quod non ſolum aliquo pacto, ſeu extrinſecè Divitiæ originatæ Nobilitati ſervitutem, ſed etiam multa ſimul honoris fomenta Nobilibus ſubminiſtrant. Ipſe enim efficiunt, ut Nobiles ſplendidè vivere, atque à ſordidis operibus, mechanicisque ſe abſtinere valeant. Inſuper quemadmodum potentiſſima, ac efficaciſſima Magnificentiæ, Liberalitatiſque inſtrumenta ſunt divitiæ, ita ſanè propter ipſas, modo convenienti diſtributas, unuſquiſque Nobilis in magnum honorem apud omnes, ac in multã exiſtimationem aſcendit Nulla enim Virtus tanto pollet imperio ad captandam hominum gratiam & benevolentiam, quantò pollet Liberalitas, quæ cum Virtus benefica dicatur, ipſa ſola ſuper alias Virtutes Nobilium aliorum commodum, atque emolomentum ſuapte natura introſpicit. De ea pulcherrimè locutus eſt Iſidorus clarus: *Beata planè res liberalitas, quæ cum avaritiæ contraria ſit, quam Apoſtolus omnium malorum radicem rectè appellat, jure omnium bonorum radix & fons*

Alia objectio.

1. Rhet. cap. 5.

Reſponſio.

Quibus modis poteſt nobilitas incipere.

Neque Divitiæ, neque opera illuſtria ex ſe pertinent ad eſſentiam nobilitatis

Divitiæ in nobilibus poſſunt eſſe fomentum liberalitatis.

Orat 61. tom. 1.

Radix omnium bonorum liberalitas.

& fons appellari poteſt. Quid enim non ſecum affert boni? Quem non ipſius vultus exhilarat? Eſt profectò veluti Sol, qui cum Orbi apparet, mortales omnes implet jucunditate.

Quid autem de Doctrinis, quid de ſtatuum Ditionumque poſſeſſione dicendum? Poſſuntne aliquando hæ res Nobilitatem gignere? Nequaquam. Doctrinæ enim ſunt Habitus Intellectuales, quos ſtudio, ac labore proprio unuſquiſque conſequi poteſt. Hi habitus videntur penitus alieni à generationis tramite, propterea quod naturæ tranſitus ab una ad aliam Perſonam ſibi vendicare non poſſunt. Quamobrem valdè decipiuntur ij, qui uti doctos ſic credunt ſe eſſe Nobiles: Illuſtres profectò, ac digni veneratione, non autem nobiles, ſanguinis ingenuitate carendo, exiſtimandi ſunt.

Habitus intellectuales neq; pertinent ad Nobilitatem.

Major verò difficultas è ſtatuum dominijs, inſurgit propter gradus eminentiam, quam Patroni in gentem privatam, & infimam adipiſcuntur. Et nihilominus neque propterea nobilis quis verè exiſtimatur, ſi per longum tempus è progenitorum viſceribus clarum genus non habuerit. Status, Regna, Imperia, quæ nova eſſe poſſunt; honorabiles quidem, nō autem nobiles ſuos Dominos efficiunt. Nam quod diximus de divitijs, etiam de ſtatuum acquiſitione modo philoſophamur. Quippe qui habent imperandi vires, ſed haud introeundi Nobilitatis ſubſtantiam: Niſi licitis medijs, honore dignis (ut ſunt nimirum valoris præmium, ejuſq; potiſſimum, quod conſequitur in bellis: ſpontanea Populorum electio, & ſuper omnia poſteritas, ac ſucceſſio ſaltem Patris, Auique) habeantur. Ideò Sapientes Græcorum omnes, inter quos Princeps Scholæ Peripateticæ Ariſtoteles ſummâ auctoritate Athenis claruit, ad indicandam naturam veræ, politicæque Nobilitatis uſi ſunt voce illa *EVGENIA*, quæ ſignificat bonam nativitatem. Ex quo ſanè intelligimus, homines non gigni Nobiles à fortunæ muneribus, ſed à parentibus. *Conſtat igitur* (inquit Ariſtoteles) *Eugeniam, ſive Nobilitatem generis virtutem, &c.*

Statuum dominia etiam ab eſſentia nobilitatis excluduntur.

Nobilitas vocatur Eugenia à Græcis.

Apud Stobeum.

Novimus quamplurimos, ſtatuū ordinem pervertentes, qui exemplo Didij Juliani, gubernium ſibi à Militibus comparantis, potius infamiæ notis dominiū conſpurcant, quam aliquo honore proſequantur. Ætas noſtra innumeros ſanè copiâ rerum potitos quotidie cernit: inter quos nonnulli jurisdictionem quandam, ſeu Tugurium paucis caſis cōflatum (Italicè Bicocca) ſuper Alpium cacumina emunt cum titulo aut Baronatus aut Comitatus, aut Marchionatus, &c. Sed eo ipſo quo nobiles eſſe inaniter credunt, non ſolum ab omnibus parvipenduntur, verum etiam emptâ abutuntur dignitate. Quamobrem ubi aſperrimis gravaminibus puſillos, exileſque ſubditos pertractant, omnis profectò Nobilitatis nomen, nedum eſſentiam, quâ ſemper caruere, ignorare, ac in juſtum Mundi Deique odiū & contumeliam ſe incidiſſe demonſtrant.

Didius Julius.

Experimentum omnibus notum

Vanitas impudentiſſima, ac valdè deriſibilis.

Hi quoque, ut illam quam ſomniant Nobilitatem dignis Stemmatibus, ac Genealogijs exornent, in alienis Domibus ſed nimis à longè peregrinantur, & clanculum imò aliquando in propatulo, ut contentibiliores fierent, ſæpe ſæpius cum alieno genere recenſiora mala ſibi mendicant. Et quod eſt arrogantius, non ſolum ſuis ignotis, ac contumelioſis nativitatibus verè Nobilium ſtirpes inaniter accommodant, ſed etiam ſtultè proprij generis gramen, jumentis, ut inquit Plinius, pergratum, proceribus aureiſque magnatum arboribus inſerere pro viribus conantur. Id quod obſervavit P. Antonius de Guevara noſtri Ordinis de Obſervantia alumnus, ac Theologus, Concionator, & Hiſtoricus inviĉtiſſimi Caroli V. Auſtriaci. Plerumque vidimus multos, inquit devotus Epiſcopus, quorum naturæ, ac bonorum ima ad ſumma felicitatis evexit fortuna, in tantam mentis oblivionem, ac ignorantiam turpiter deveniſſe, ut non erubuerint parentes ſuos contemnere, ac varia innumeraque nomina, & agnomina ficta propterea quærere, ne inter illos, ſed inter Nobiles connumerarentur, collocarentur. Quod probat ridiculo exemplo. Hiſpalenſis quidam, inquit, ex Bætica, magis Dives quam Nobilis, omnibus ſuæ Civitatis notus erat; quod ſcilicet ex pauperrimo, ac infimo parente, arti mechanicæ dedito uſque ad mortem (erat enim calceolarius) ortum duxerat. Nihilominus cum in Chronico D. Petri Hiſpaniæ Regis quendam nobiliſſimum Virum ſibi nomine, & cognomine parem inveniſſet, tanto hilaritatis ac ſimul amentiæ exceſſu affectus eſt, ut nihil aliud adverterit, quin eum perlineam rectâ ſuum Proavum conſtitueret. Ejus inſuper vanitas eò progreſſa eſt ſtultitiæ, ut quotquot ejuſdem Regis Chronicon invenire potuit, pecunia comparaverit, mutuoque omnibus, quibus ſibi viſum eſt, libenter tradiderit. Addiderat enim multis in locis ſuper margines, in quibus de illo Equite mentio fiebat, hanc poſtillulam, *Hic eſt meus Proavus, qui Pater fuit cujuſdam Avi*, & ſic de ſingulis uſque dum brevi ordine unum generationis librum compleret. Hactenus P. Guevara.

Lib. 24. cap. 19.

Lib. 4. ep. ital. pag. 102.

Quid ſanè non parit ſtultitiæ ambitio in vilibus Perſonis.

Juriſprudentum objectio etiam juriſprudentiâ retunditur.

Multorum deinde Juriſprudentiæ Magiſtrorum oppoſitio nullam nobis infert moleſtiam, quin conſtanter pari animo ſtatuum dominia eo modo quo diximus à Nobilitatis natura reiciamus. Eo vel maximè quia penes alios ejuſdem Diſciplinæ magni nominis ſcriptores contrarium legimus. Et quidem Baldus, qui ingenij ſubtilitate, atque auctoritate nulli eorum cedit, ſcripſit: *Quod feudum antiquum ſapit Nobilitatem, ſed non feudum novum, quia nobilitas non naſcitur in ictu oculi, ut notatur in L. Stemmata ff. de grad. cognat.* Lucas Penna apertè etiam dixit. *Quod Ruſticus emens feudum nobile, non ex hoc fit Nobilis.* Et confirmatur dicterio Tucididis, ajentis, poſſeſſiones non acquirere homines, ſed homines poſſeſſiones. Paulus quoque à Caſtro, quem primæ pyxidis doctorem (Doctor di prima boſſola) multi vocitant, fatetur, *Quod ideò feu-*

Bald. in proem. de Feud.

Lucas Penn. cũ neque C. de incol. lib. 10.
Tucid. lib. 1.
Paul. à Caſtro Conſ. 461.

dum

dum nobile non dicitur, quia nobilitet poſſeſſorem, ſi fuerit ignobilis, ſed ita appellatur à ſervitio, & præſtatione ſcilicet &c.

Quas ſententias fulcimento Euripidis perbellè innixas reperimus. Differens enim ſapiens ille de Virtute, & Nobilitate, neutram pecuniâ comparari poſſe oſtendit, ſicut comparãtur feuda, ad quorum emptionem nihil refert quod Princeps emptorem nobilem declaret, idem enim foret plebeium nobilem facere, quam ſpurium legitimum. Quia Nobilitas jam fundata non amplius pendet ab alienis adminiculis, ſed oritur neceſſariò cum ipſis hominum nativitatibus. Poteſt quidem Princeps facere, ut ſpurius gaudeat privilegijs legitimorum, plebeiuſque nobilium, non tamẽ propterea ab ipſis auferre poteſt naturæ defectum. Euripid. apud multos.

Hinc fortius aſſerendum, quod neque Virtus ipſa poſſit intrinſecè gignere Nobilitatem. Ratio eſt, quia Virtus non ſecus ac ſapientia eſt Habitus electivus, omnino à ſanguine alienus, qui in ſumma excellentia inter ruſticorum, atque artificum genitos ſępenumero invenitur. Quamplurimi Eccleſiæ Univerſalis Cardines, ſacrâ purpurâ conſpicui *Principes ſuper omnem terram conſtituuntur*: Quinimo alij haud pauci ad ſummum Pontificiæ Monarchiæ faſtigium evehuntur; hocque eis accidit plerumque, aut propter virtutis eminentiam, aut propter doctrinæ ingenuitatem, aut propter vitæ ſanctimoniam. Nihilominus quia eorum parentes mechanicis rebus, vilibuſve ſe, ut poſſint vivere, exercuere (quemadmodum multis etiam Regibus, & Imperatoribus accidit) nequaquam Nobiles exiſtimandi ſunt, licet ſint omni honore digni. Neque Virtus poteſt nobilitatem parere. Pſal. 44.

Quia verò Ariſtoteles ubi ſupra, & alibi dixit, *Eſt enim generis Virtus Nobilitas* nulla facta honoris mentione, reſpondemus, quod Virtus pariat honorem, qui ſi diuturnus fuerit, ſi procerus intra ſpatium circumſcripti, ac debiti temporis, cum Nobilitate eundem eſſe fatemur. Sciendum tamen eſt, Honorem bifariè diſtingui; etenim aut eſt intrinſecus, aut eſt, extrinſecus. Non loquimur nos in præſenti de primo honore, quem vocamus naturalem animæ affectũ, quovè ſuapte natura quidquid opinionẽ, atque exiſtimationem maculare poſſet unuſquiſque reſpuit. Sed loquimur de altero honore, quem Ariſtoteles *Virtutis* dicit *ac beneficientiæ præmium*. Hic ſecundus honor, quem unius ad alterum vocamus, duplici quoque argumento patefit. Nam aut in aliquorum munerum, vel gratiarum, officiorumve elargitione conſiſtit (quo modo dicere cõſuevimus, Principem, vel Rempublicam honorare Civem, exempli gratia cum efficiendo Comitem, vel adminiſtratorem, vel Equitem, vel aliquo privilegio dignum) aut verbis ac ſignis oſtenditur, quod poſſunt etiam facere inferiores quotieſcunque aliquem Dominum vocant, vel patronum, eique locum cedunt, ſeu corporis motibꝰ detecto capite, aut aliquo alio modo ipſum reverenter honorant. Quibus ſignis haud raro pro Virtutis hominum grandium recognitione utimur. Inſtantia ſolvitur deſumpta ab Ariſtotele loc. cit. Honor bifariè ſumitur. Lib. 8. moral. cap. 14. Secundꝰ Honor etiam duplex eſt

Poteſt

Virtus poteſt eſſe ſine honore, & è converſo.

Poteſt tamen hæc Virtus abſque ullo honore eſſe, imò cum maximo contemptu: ſicut quotidie in multis, non ſecus magna virtute, ac ſimul malâ fortunâ divitibus, experimur. Quippè qui non ſolum pro nihilo multoties ab omnibus habentur, verum etiam alioqui ne miſerrima famæ necentur, artib' mechanicis, ac exercitijs vilibus implicātur. Id quod unico tantum ac Italico carmine copiosè cecinit Franciſcus Petrarca, dicens *Povera è nuda vai Filoſofia.* Poteſt etiam Honor eſſe ſine Virtute. Videmus enim in dies Magnates honorari innumeros, non propter eorum virtutem, qua paſſim omnino carent, ſed propter Parentum merita. Longa tamen, continuataque honoris poſſeſſio abſque Nobilitate eſſe non poteſt. Fallar, ſi hanc doctrinam D. Ambroſius his verbis (quibus loquitur de privata Nobilitate, quæ propria eſt familiarum, non autem hominum particularium) non expreſſerit, *Probati viri genus,* inquit, *Virtutis proſapia eſt: quia ſicut hominum genus, ita animarum genus Virtutes ſunt. Etenim familiæ hominū ſplendore generis nobilitantur, animarum autem clarificatur gratia ſplendore Virtutis.* Quaſi diceret, ad hominis interioris Virtus, ſplendor verò generis ad hominis exterioris nobilitatem ſpectat. Hic autem eſſentiâ ab illa ſecernitur diverſus, licet illa poſſit hujus eſſe origo (ut modo dicemus) quemadmodum generis ſplendor eſt aſſiduū fomentum Virtutis.

Nobilitas ſine honore eſſe non poteſt.

D. Ambr. apud Breviar. Rom. de Noe, & Arca cap. 4.

Virtus fortitudinis hōines tranſformat in Semideos, & tamen non pertinet ad eſſentiam nobilitatis.

At quid dicendum de Virtute ſuperveniente, ſcilicet de excellentia fortitudinis, cujus vis eſſentiâ, & ſubſtantiâ humanâ aliquo pacto mortales expoliat, atq; in Semideos transformat? Et quidem ſcimus, quod hujus Virtutis exceſſus ſuos exaltent, quorū deindè cōmendationes ad poſteros devolvuntur. Sicut accidit Caſtrutio, Nicolao Picciño, Mutio Antedono, cognomento Sforziæ, atque alijs, quorum memoria inter recenſiores noſtrę ætatis periodos includitur. Sed inficiar ex conſequētibus principalioris rationis ſuperius adductæ quidquid ex parte hac adverſarij probare nituntur. Etenim hæc fortitudinis Virtus ex ſemet non ſufficit ad nobilitandum quem longa, jugiſque honoris poſſeſſio nobilem non effecit. Putaverim tamen hanc Virtutem eſſe majorem, præcipuamque baſim Nobilitatis, quam Mundi Proceres habere poſſent. Ideò antiqua illa Ætas Herculis poſteros, Ajacis, Æneæ, Arſacis, Cęſaris, aliorumque magnoperè exiſtimabant.

Virtus fortitudinis dignior nobilitatis origo.

Opinio Torquati.
Dial. de Nobilitate contra Poſſevinum.

Torquatus Taſſus, Poeſis heroicæ carmine etruſcho ſicut Maro Latinæ Princeps (ſpretâ omnino Poſſevini definitione) autumat, quod Nobilitas dicenda ſit Virtus ſtirpis honorandæ propter antiquam, continuamq; claritatem. Cujus quidem ſententiæ pars altera cum noſtra, ſuperiùs tradita, manifeſtè coincidit. Verum prior ei clarè opponitur: Nobilitas enim non poteſt ſuapte naturâ Virtus dici, licet poſſet appellari Virtutis filia, cum ab ea originem trahat. Quin idem Auctor probat, quod Virtus à Nobili-

bilitate ſecernitur, & è converſo. Et quamvis ipſe conetur omnem difficultatem è medio tollere, dicendo, ipſum in præſentibus non loqui de Virtute illa, quæ cum ſit generatim bona qualitas mentis, Moralis vocatur, ſed de ea tantum, quæ in ſanguinis Sobole conſiſtit, & dicitur naturalis: Non tamen propterea verum foret, Nobilitate cum naturali virtute eandem eſſe. Enimvero altera in aliorum opinione, atque exiſtimatione conſiſtit, altera autem in proprijs affectibus, ſeu naturæ inſtinctis, quæ quidem animalibus, ratione carentibus, etiam convenit, ac *Generoſitas* ab Ariſtotele vocatur.

Virtus Moralis quæ.

Impugnatur Torquatus.

Generoſitas nō eſt verè Nobilitas.

Exemplum deinde quod Taſſus profert ad ſuam confirmandam opinationem, deſumitur à Virgilio, qui ubi loquitur de Nobilitate, & de Virtute, hanc ab illa ſejungit, illamque hujus honorem autumat his verbis.

Multa Viri Virtus animo, multuſque recurſat Gentis honos &c.

Virgil.

Sed hoc Maronis teſtimonium prorſus ſententiæ noſtræ favet, Torquato verò omninò adverſatur, ut ex paulò ſuperius dictis apertiſſimè colligitur,

Quidquid autem adverſus datam deſcriptionem Nobilitatis obijcit quidam Auctor Neotericus, quem citat Alexander Taſſonus Mutinenſis (ſed honeſtatis gratia ejus nomen tacet) parvi ſanè faciendum eſt. Attamen ſentiens ejus calami puncturas idem Taſſonus, nunc ipſum hironicè laudat, nunc jocoſis Italiciſque dicterijs amara reſponſa adverſario præparat, nuncque nomina riſu digna contrarijs argumentis imponit. Compoſuit oppoſitor libros duos, alterum de Honore, alterum verò de Nobilitate; & in hoc ſecundo acriter contra Taſſonum inſurgit. At acrius Taſſonus hoſtilia arma retundit, ut apud ipſum quiſq; videre poteſt, & ſimul ridère. Inſuper ab eodem libro, in duas partes diſtincto, in quarum prima de communi Nobilitate, in ſecunda verò de Heroica agit adverſarius, ejus Nobilitatis definitionem his verbis narrat. Definit oppoſitor cap. 2. communem Nobilitatem, illamque naturæ facilitatem ad opera honorabilia efficiénda vocitat. Deinde capite VI. eam magis declarans, magiſque ejus cauſas dilatans, dicit, quod ſit facilitas ad benè operãdum, à bonitate temperiei, ſeu à ſpirituum puritate exoriens.

Recenſior quidam impugnat Taſſonũ, à quo acriter pungitur, ac deridetur.

Definitio Nobilitatis, ab adverſario data cap. 2. lib. 2.

Si quis diceret, inquit Taſſonus, hanc definitionem majóres errores, ac diſſonantias, quam ſyllabas continere, novum aliquid dicere videretur. Et nihilomin' qui eam attentè ac patienter conſiderare vellet, poſſet ſanè hoc oſtendere. Hæc ille, quibus ſimul 18. addit inconvenientia, & ea præcipuè, quæ ſunt evidentiora, & quorum pars major quatuor tantum capitibus reduci poteſt.

Egregiè, atque acutè Taſſonus ſe defendit, ac hoſtem offendit

Primum inconveniẽs. Oppoſitoris Definitio extra rẽ propoſitã videtur. Titulus enim ſui libri de Nobilitate cõmuni, Heroicaque agere proponit; neutri tamen illa definitio adaptari poteſt. Imò idem liber hoc habet novi, ac

Titulus libri adverſarij, & ipſe liber in nullo cũ ſubjecto correſpondent.

vi,ac ſingularis, quod pro Nobilitate communi de bona indole, ac perſonali diſpoſitione agit: Et pro Nobilitate Heroica de duorum Nobilium Venetorum amicitia tractat. Præterquã quod cũ pro poſuerit adverſarius de cõmuni Nobilitate agere, debebat neceſſariò publicam Nobilitatem, quæ omnibus eſt communis, definire. Ipſe tamen non ſolum haud publicam definit Nobilitatem, verum etiam nec illam definit Familiarum, quæ Nobilitas privata dicitur.

Aliud adverſarij inconveniens.

2. Inconveniens

Secundum. Nulla quidem Natio eſt in Europa, neque forſitan in toto terrarũ Orbe, quæ Nobiles à plebeis ratione familiarum non diſtinguat. Hunc morẽ omnes auctores, omniaque ſcripta amplectuntur;& tamen ſolùm hæc adverſarij definitio ſatis improbabiliter,& ineptè, ut clarè liquet, penitus excludit.

Beſtiæ eſſẽt Nobiles ſicut homines, ſi vera eſſet Nobilitatis definitio ab adverſario data.

Tertium. Nullus unquã nec bonæ diſpoſitioni attribuit Nobilitatem, nec benè operãdi facilitati, ſed bonæ quidẽ nativitati. A qua Beſtiæ, Nobilitatis incapaces, quæ etiã temperamentũ ad facilè operandũ participant, excluduntur. Eo vel maximè quia humores benè temperati, ac purgati ſpiritus ſanitatem optimamque complexionem, & bonitatem ſenſuum, atque intellectus, non autem Nobilitatem conſtituunt.

Alia abſurda nimis deridenda.

Quartum. Tribuere complexioni Nobilitatem, idem ſanè eſt, ac non intelligere, quid vox Nobilitatis ſignificet. Idẽ inquã ac mortuos, qui amplius nec humores habent, nec ſpiritus ad benè operandum, mortuorumq; Soboles Nobilitate, quã Auctor inter vivorũ opera circũſcribit, expoliare. Ac denique idem eſt ac omnem Europæ Nobilitatem deſtruere; Germania enim nullam profeſſionem præter artem militarem Nobilem facit. Hiſpania nullum dicit Nobilem, qui ex Nobili (*Idalgo*) natus non eſt. Sed præcipuè à Nobilium cætu prorſus excludit quem Maurorum, ac Judæorum parentes genuere. Gallia nullam mercaturæ ſpeciem Nobilitati admittit. Romana, ac Neapolitana Nobilitas tota in ortu Equitum eminet. Inſubrica verò omnes artes mechanicas à Nobilitate reicit. Denique Januenſium, Venetorumque uſus quendam determinatum Illuſtrium Familiarum numerum inter Nobiles præfigit, conſideratâ etiam in eis congruâ honoris antiquitate.

Europæ Nobilitates quæ.

Quæ verò ipſe aſſerui obiter tantum de Nobilitate in libro Italico, Antverpiæ impreſſo conſideratione 2. pag. 204. potius quidem philoſophicè, quam Politicè aſſerui,& etiam, ut verum fatear, minus cautè. Licet adverſarijs Taſſoni, cujus ſententiam, quam ipſi reijciunt, quamque ipſe modo ſequor, contraria non ſint.

Excur-

EXCURSUS III.

SECTIO I.

Hippolyti argumento ſatisfit.

QUibus omnibus clarè, ac diſtinctè de Politica Nobilitate adnotatis, convicioſo Hippolyti à Lapide, atque Othocari argumento plenè ſatisfacere operę pretium duximus. Et quidem majori affectus impudentia Hippolytus, quam Rex Othocarus inprudentiâ, exiguam ille, ſed nimis acriter, exilem hic, at minus rabidè Auſtriacam Domum à ſuis initijs autumat. Ideò ſecundus in ſequentibus nō tanta repręhenſione dignus videtur, quanta modò videtur primus. Si Auſtriacorum Sobolem putat exiguam Hippolytus, eo quia Rudolphus Primus Cæſar ejus fundator eximius in paterno Comitatu Habsburgico in Helvetia apud Suiceros exigua, ſeu mediocri, vel modica fortuna (ut loquitur Spondanus) rebuſq; tēporalibus fruebatur, duo enormia inconvenientia profectò aſſerit. Nam primò in Vulgi ignorantiam incidit, qui inter divitias multas, & veram Nobilitatem non ſecus ac inter præcioſum, & vile neſcit diſtinguere. Et plerumque viliſſimos homines, quorum proximiores parentes multos clitellarios, ſive quadrigarios duxere, Nobiliſſimos exiſtimat, quia illos ad aliquod honoris culmen potenter evectos propter divitias cernit. Nobiles verò quamplures nihil exiſtimat, quia mediocriter vivunt, licet in operibus à Proavorum veſtigijs non ſint degeneres.

Reſpondetur Hippol. ſed Regi Othocaro inferius.

Loco cit.

Deinde cum Rudolphus Habsburgicus bona paterna, quæ non ita exigua erant tunc temporis, ut adverſarij vociferantur, niſi tantum comparativè (& nos in tertio Gentilitio demonſtrabimus) hæreditario jure poſſideret: Cur quæſo exiguis orta initijs dicenda eſt Auſtriaca Gens, dum ejus caput eſſentiâ, & fomento Nobilitatis, ſuæ potentiæ congruo planè potiebatur?

Confirmatur ſ. reſponſio.

Inſuper dum Hippolytus hæc ſcribebat, Othocari æmulans ſuperbiam, debebat ſanè non ſe oſtendere in ſuis ſcriptis *inconſtantem*, ac ſimul *duplici animo virum*. Hanc ſuā inconſtantiā argumento ad hominē ſic probamus. Ipſe acri ſtylo, ac malis verbis, quæ peiora ſunt ipſis verberib⁹, S.R.I. Electores multoties aggreditur, nec alia quidē ratione, ut ex ſuo irreverenti loquēdi modo colligitur, niſi quia eos benè Domui Auſtriacæ affectos per tot curricula cum magno doloris pondere intuetur. Præcipuè tamen his dictis in illos invehitur. Sed Electorum noſtrorum ſtupore, ac ſocordiâ, an malitiâ dicam, factum eſt, ut nec nos meminerimus, nec Patres, aut Majores noſtri ab alijs, quam Auſtriacis imperatum eſſe meminerint. Quaſi Domus Auſtriaca ſola imperialis ſe culminis digna hucuſque præſtiterit: aliæ verò Principum Familiæ Imperatoriarum virtutum expertes, Imperijque

Jacobi c. 1.

Hippolytus in ſuis ſcriptis inconſtans.

Parvipendit S. R. I. Electores.

Par. 2. c. 2. pag. 334. ſect. 1.

que minus capaces ſint. Hinc ſubindè, finem illius ſectionis ſubnectens, ſequitur. Prudentius Electores feciſſent, ſi majorum exemplo inſignem ſemper virtute virum, licet mediocriter potentem, aut divitem, ſummæ rerum præfeciſſent, neve neceſſaria ad dignitatem Imperij conſervandam illi deeſſent, ordinario aliquo tributo ordinum conceſſo, quotannis indicto certam Summam ad Imperatoris ſumptus deputâſſent, reliquâ pecuniâ in communitatis uſu aſſervatâ. Hæc ille

Nota aſtutam Hippolyti mentem, ac inconſtantiæ fundamentum, undè argumentum ad hominem colligitur.

Quis inter cordatos, ac prudentes viros non fateretur, quod etiam ſi nullus adeſſet calamus, qui tantam reprimeret in Hippolytum audaciam, tantamque in eū impudentiam redargueret, ſufficiens omninò eſſet ipſius ſcriptoris intumeſcens, inhoneſtaque temeritas non ſolum hujus fucatæ, ac convicioſæ perſuaſionis robur, verum etiam totius operis, & laboris fundamenta diluere, rationeſque radicitus enervare? Sed veniamus ad id, quod probare intendimus, ut ſuimet armis formidoloſum hoſtem proſternamus.

Aphoriſm⁹ Hippolyti modò õni Imperij corpori nocivus.

Nulli dubium eſſe poteſt, hunc aphoriſmum Politicum totius Imperij corpori malè ordinatum videri. Quod facilè demonſtrari poteſt. Sed vellem primum rogare lectorem, eumque perſuaſum reddere, me in omni cenſura contra Hippolyti calumnias, aliorumve adverſariorum, aut ejuſdem, aut ſaltem perſimilis farinæ hominum, Criticorum rigidorum more examen nequaquam confecturum. Sed potius apologeticè tantum rerum veritatem perſpecturum, atque argumentorum pondus; quibus tales reſponſiones pro virib⁹ afferre curabo, quales neceſſariæ ſunt, ad malevolorum calumnias, & impoſturas inter apparentes rationes abſconditas, detegendas.

Electio Rudolphi Comitis de Habsburg valdè profuit Imperio undequaque lacero, ac cõſumpto.

Sed prudentius Electores feciſſent &c, Si dixiſſet Hippolytus, *imprudentius*, ſanè ejus ſermo magis quadraret. Probatur veritate hiſtorica, ac ſimul experientia quotidiana. Anno 1273. prudentiſſimè quidem poſt Imperij per aliquot luſtra vacationem ſe Electores geſſere, Rudolphum Comitem de Habsburg in Regem Romanorum eligēdo. Nam ann. 1245. exauctorato ab Innocentio IV. Friderico II. auctoritate Concilij Lugdunenſis ab Imperio, fuit in ejus locum expeditus Henricus Thuringiæ (alij Haſſiæ) Landgravius, qui eo ipſo electionis anno in expugnatione Urbis Ulmenſis caſu vulneratus interijt, cuique ſubſtituerunt Patres ann. 1247. Gulielmum Hollandiæ comitem. Quem aliqui inter Cæſares numerant, aliqui non: affirmantes poſt depoſitum Fridericum, anno 1245. Lugduni proclamatum, vacâſſe Imperium uſque ad annum 1274. nimirum ann. 29. quam calculationem ſequitur Bellarminus. Hinc in Chronicis Moguntinenſibus proditum eſt, Gulielmum prædictum non tam ab omnibus Imperij Proceribus, quam à ſolo Moguntinenſi & Colonienſi electum eſſe, ideoque inter Auguſtos haudquaquam numerandum.

2. p. Chronol. ad ann. 1273.

Itaque

Itaque ſub toto illo miſerrimo interregno, in quo vix ſciebatur, quis eſſet legitimus Cæſar, non ſolum maximè Imperium vexabatur, verum etiam propter plurimorum Regulorum ambitionem, atque Othocari Regis tyrannidem, variarumque ſciſſurarum commotionem, ac latrocinandi licentiam eum penè collapſum videbatur. Nam, ut benè advertit Genealogia Auguſtana Wolfgangi Kiliani, extincto Gulielmo Imp. Principes Imperij anno eodem 1256. in factiones diviſi, hi (novo in Imperio exemplo) Richardum Joannis Angliæ Regis filium: illi Alphonſum X. Regem Caſtellæ Imperatorem renunciant; & Richardus quidem anno ſequenti more ſolito coronatur. Sed theſauris exhauſtis non multò poſt in Anghlia inglorius redijt: Alphonſus autem in Germaniam non venit. Ita à morte Friderici II. uſque ad electionem Rudolphi Germania annos ferè 22. abſque certo Imperatore fuit. Quo tempore quid non miſeriarum, tyrañidis, & afflictionis expertâ! Quamobrem Electores præcipuo Dei nutu, ac pari voto ad eum reſtaurandum, ut inquiunt Annaliſtæ, memoratum Rudolphum abſentem, belloque Aquileiæ occupatum præfecerunt. Rudolphum, inquam, Virum virtute Religionis Catholicæ, ac fortitudine militari inſigninem, generiſque Nobilitate conſpicuum, licet aliundè mediocriter potentem, ac divitem. In qua quidem electione nec Procerum mens fruſtrata eſt, nec Rudolphi opinio ac nomẽ illorum ſpem fefellit, quin potius adeò confirmavit, ut deindè tam Pij prudentiſque ſtrenuique Cæſaris exitus id etiam probavere, quod fortaſſis à multis haud credebatur.

Duravit interregnum ann. 20. ſecundũ aliquos. Alijverò minus, alij plus durâſſe ſcribunt.

Ubi erat Rudolph⁹ Comes quãdo electus fuit Imperator.

Sed modò, quia verum eſt Italorum dicterium, alia tempora, alia conſilia (*altri tempi altre cure*) præſens cauſarum ordo, rerumque ac temporum circumſtantiæ expoſtulant, ut ſummæ rerum præficiant aliquem Principem Electores, qui poſſit Germaniæ Imperium, ac Romanam Monarchiã robore, potentiâ, pietate, bonorumque copiâ conſervare, aſſiduéque paratis armis defendere contra tot circumcurſantes Hoſtes, utrinque formidoloſos. At cum in dies experiamur, quod niſi Auſtriaca Pietas, & potentia obſtitiſſet, ea profectò ſub Barbarorũ jugo miſerè lachrymaretur, neque hodie aliqua cujuſcunque ſectæ Principum Germanorum eſſet Ditio, quæ Turcharum tyrannidi non ſubijceretur: Ideò aſſerendum, imprudentius omninò ſe genere Electores, ſi alios Principes ad Imperij faſtigium, pro ejus dignitate conſervanda, illumque inſignem virtute Virum quærerent, propter quem gravioribus periculis Germania omnis penè exhauſta procul dubio exponeretur, ac ejus Populi majoribus oneribus gravarentur. Et eſt maximè noſtri Pſeudopolitici advertenda cæcitas illi exorta ob iræ phreneſim contra Auſtriacos Principes. Ipſe namque ab uno inconvenienti turpiter labitur in aliud, dum ait, *neve neceſſaria ad dignitatem Imperij conſervandam illi deeſſent ordinario aliquo tributo &c.* Nam illud idem, propter quod penè in omni ſui operis pagella Auſtriacis Princi-

Ratio ab experimento quotidiano contra Hippol.

Hoc hoſtes ipſi, quorum nonnullos auribus meis audivi, apertè teſtantur.

Aliud Hippolyti inconveniens, undè proprijs armis jaculatur.

bus ſecularis Hierarchiæ titulis, varijs modis multum prodeſſe, verum etiam hodie valde eſſe neceſſariam magis quam in alijs temporibus, in quibus ſimiliter data occaſione Nobiles ignobilibus præferebantur. Quod planè colligimus ex illis verbis *ſi Maiorum exemplo*. Majores namque, Patreſque Romanæ Reipublicæ, quæ in rebus politicis totius Orbis norma extitit, & exemplar, juxta legum communium ordinem, ac bonum regimen Nobilioribus, atque Illuſtrioribus Familijs eminentiores dignitates conferebant. Quem morem etiam obſervatum invenimus apud Athenienſes, Lacedæmonas, Uticanos, & Licaones cum ſtirpibus Ligurgi, Catonis, & Ageſilai. Pro ut in text. §. interim Auth de defen. Civit. L. ad ſubeunda C. de Decur. lib. 10

Ex qua ſententia haud obſcurè inferri poteſt, quod dum Hippolytus in allato convicio exigua Domus Auſtriacæ feciſſet initia, poſtea in hac preſuppoſitione tacitè contrarium aſſeruit. Probo aſſumptum in forma ſyllogiſtica tali modo. Nulla Domus, ſeu familia exigua dicenda eſt, quæ originē trahit ab aliquo viro virtute, ac nobilitate inſigni, licet aliunde mediocriter potente, mediocriterq; divite. At Domus, ſeu Familia Auſtriaca (in quantum Auſtriaca reduplicativè) geneſim ducit à Rudolpho Comite de Habsburgo virtute, ac nobilitate inſigni, potentia verò divitijſq; mediocri: Ergo Domus, ſeu Familia Auſtriaca ab exiguis orta initijs non eſt dicenda. Major propoſitio apud Hippolytum in illis memoratis verbis *Si majorum exemplo* eſt certa, ut jam oſtenſum eſt. Minor remanet ex antedictis ſatis probata. Conſequentia falſa eſſe non poteſt, quia ex verò verum deducere in ſimilibus neceſſe eſt, ut ajunt Dialectici. Ergo velit nolit conatur Hippolytus confiteri, Auſtriæ Sobolem minimè ab exiguis, ſed prorſus à magnis initijs derivari.

Sibimet Hippol. contradicit.

Argumentum ſyllogiſticum.

SECTIO II.

Reſpondetur ad argumentum Othocarianum.

EA modo afferenda ſunt, quæ videntur neceſſaria pro compeſcendo Othocari Regis tumore, quo ipſe in ſuimet perniciem, & excidium pluries incidit. Ac denique propter aſtum ambitioſiſſimæ Agrippinæque ſimillimæ Uxoris ſuæ Kunegundis, Viri ſuperbiam plerumque irritantis, ac impellentis, iterato bello, in Cæſarem Rudolphum moto non abſque læſæ Majeſtatis crimine, multis eum circumvallantibus ærumnijs, tunc ſanè miſerè obijt, quando Germanum Imperium aliundè reviviſcere incepit. Ex Cuſpin. & alijs recenſiorib⁹.

Sed antequam Othocaro ſatisfaciam, ſciat Lector, me nec ſatis Joannis Seifridi citati opinationi, ſuperius adductæ in illis verbis, *porro hic Lectorem, &c.* nec lubenter acquieſcere. Puto enim (ſalvo tamen meliori judicio) quod neque Rex Othocarus, neque Germania ipſa, neque Rudol-

Seifridus tantiſper impugnatur.

Rudolphus Cæſar illa tempeſtate Habsburgicum ſanguinem ab Aniciana,ac Perleonia familia exortum (quam ſententiam Seifridus ipſe amplectitur, noviſque rationibus egregiè defendit) ignorare potuiſſet,licet vix quartum generationis gradum attigiſſet. Ad quod credeadum ducor his argumentis.

Primò quia ſecundum computationem ejuſdem Seifridi ab eo tempore,quando ſcilicet Maximus Petrus Leo filios ſuos in Alemannia viſitavit uſque ad Rudolphi I. electionem in Regem Romanorũ interponuntur tantum anni 121. Nam inquit filiorum tranſmigratio incidit ann. 1145. Patris autem viſitatio 1152. Rudolphus verò natus prima die(vel tertia ex Roo) Maij 1228. anno ætatis ſuæ 32. (inquit P. Gans) Othocari & in bello contra Ungariæ Regem Equitum quorum centum millia feruntur,ſupremus Præfectus fuit. Sed cum eſſet ann. 55. ad culmẽ Imperatoriæ evectus eſt dignitatis ann. ſalutis humanæ 1273. Quamobrem pluſquã probabiliter inferre poſſumus,ſtirpis Perleonũ Romanorũ memoriam cum illa Aniciorũ non adeò tũc temporis antiquã extitiſſe, ut prorſus à Rudolphi I. mente laberetur, qui vix quartũ generationis gradũ attigerat. Preterquamquod tempore ejuſdem Rudolphi nonnulla libris Auctores tradidere de illius Nobilitate,potentia,ac divitijs,ut idem Seifridus fatetur. Nec mihi ſuadere poſſem, quod hiſtorici viciniores haud inveniendi RudolphiSobolẽ ſatagiſſent,illiq; eam tradendi uſq; ad tempus Aniciani generis, quorum poſteros aliquos tunc vixiſſe cũ Francipanibus, veriſimile eſſe poteſt. Cũ hucuſq; ſcriptores ab illis temporibus longiſſimi (inter quos Seifridus multus eſt, & clarior) à Regis Æneæ ſanguine Aniciorum ac Perleonum Habsburgicorum Auſtriacorum Progeniem tradiderint,ſicut ſuo loco poſtea dicemus:

Lib. 1. cap. 10. P. Gans in ſuo arboreto,pag.4.

Lib. 1. cap. 5.

Secundò quia Principes Magni, ac Reges (inter quos ſæculo illo Othocarus poteſtate,copiâ rerum,& ingenio vigebat)ſunt nimium curioſi,ac valdè circumſpecti,ut ea, quæ ad claram aliorum Sobolem tam propriæ,quam alienæ regionis (& maximè quando familiarum communicatio utrinque intervenit) requiruntur, diligentiſſimè ſciſcitarent. Nam multoties data occaſione pro majoribus Aulæ ſervitijs, quibus nonniſi Gentem Nobilem admittunt,nunc his,nunc illis Perſonis indigent. Quarum familias ſi neſcirent, facillimè vileſcerẽt, quia, nullo præhabito examine, viles homines indecorè acceptarent. Quare ipſe affirmare non auderem, Othocarum Curiæ ſuæ præfeciſſe Rudolphum Comitem in Magiſtri munere (in officio di Maggiardomo) ſi Rudolphi genus ignorâſſet. Neque Fridericus II. Imperator,qui, ut tradunt hiſtorici, eundem Comitem è ſacro Baptiſmatis fonte ſuſcepit, ipſum deinde in Aula ſua educari permiſiſſet,ſi de probatiſſima ejus Nobilitate certior factus non eſſet.

Secunda obiectio contra Seifridum.

Cuſp. in ejus vita,& alij. Idem Cuſp.Roo & alij.

Tertio quia potior Germanorum Gens etiam tempore Cornelij Taciti(qui tractatum integrum confecit de ſitu, moribus,& Populis Germaniæ)

Tertia objectio.

niæ) ſtuduit in Regum electionibus Procerum Nobilitatem cognoſcere, quemadmodum in illis Ducum exercitorum virtutem. *Reges*, inquit, *ex Nobilitate, Duces ex Virtute ſumunt.* Hinc factum puto, quare tunc Electores (fruſtra Othocari robore, pecuniâ, ambitione, machinis, armis minis, quibus Imperialem eminentiam ad ſe trahere ſatagebat, obſtantibus) abſentem Rudolphum in Cæſarem, non Othocarum, non quempiam alium unanimiter ac impavido arbitrio elegerunt. Quod ſanè non effeciſſent, ſi Comitem iſtum, qui Virtute bellica eminebat, Nobilem eſſe, haud mediocriter, ſed à claro, ac perantiquo genere exortum, pro comperto non haberent.

Tacit. lib. de ſit mor. & pop. Germaniæ.

Quarto & ultimo, quia ſicut valdè ad Rudolphum pertinebat, gnarum eſſe ſui generis ſaltem poſt ejus electionem, ita illud ignorâſſe, durum profectò eſſet affirmare.

Quarta objectio

Concedamus tamen quidquid ex hac parte Seifridus aſſerit ſuper adductas Rudolphi epiſtolas, tum quia ejus intentio ſolum probare nititur genus ejuſdem Rudolphi ex gente Romana, nervosè primæ opinioni adhærendo; tum etiam quia tangit obiter mediocritatem fortunæ Rudolphi, propter quam ab Othocaro exprobabatur: Et ſimul addamus directã, ac plenariam reſponſionem, Regi conviciantì neceſſariam. Dicendum ergo, Othocarum ex contemptu tantùm exilem Comitem vocâſſe Rudolphum, quia in eo non diſtinguebat inter mediocres divitias, & mediocrem potentiam, & inter antiquiſſimam, & Nobiliſſimam ſui generis claritatem, propter quam exempla Proavorum imitabatur. Erat enim feliciſſimus, ac ornatiſſimus Comes, virtute bellica inſignis, Prudentiâ Chriſtiana celebris, ſed ſuper omnia Pietate, & Religione Catholica conſpicuus.

Reſpondetur Othocaro.

Inſuper cum reminiſceretur Othocarus, ſibi ſuiſque Rudolphum, qui olim fuerat ejus ſervus, Electores pari voto, ac invicto, & incorrupto corde antepoſuiſſe, nova ſanè invidiæ, ac livoris concipibat fomenta; adeò ut magis ac magis excecatus ſolam temporaneam fortunam, & nihil aliud in Comite, virtute, & ſanguine dupliciter Nobiliſſimo conſiderabat: propter quam Imperij pondus ac regimen tergore firmo illum ſuſtinere non poſſe, tumidus exprobator credebat. Hanc jactam exilitatem neque Burggravius in ſua replica, neque Rudolphus Cæſar in ſuis epiſtolis negavit. Ille ſanè magnâ uſus eſt prudentiâ, ac modeſtiâ, Chriſtianæ politicæ, ex divinis literis deſumptæ adhærendo, non ut Othocari arrogantiam magis confunderet, ſed ea potius ratione, ut pro bono communi Imperij, ad quod novus Cæſar vehementer aſpirabat, inſoleſcentis Regis iracundiam temperaret. At Rudolphus id profectò regiâ ac Cæſareâ veritate confitebatur, quod abſcondere non poterat; & quod ſi abſcondiſſet, Majeſtas in eo Chriſtianæ ſapientiæ lumine non amplius micaret, licet inter immenſos Imperialis dignitatis radios abundè clareſceret. Tenellum ergo ſe in

Livor Othocari in Rudolphum Habsburgicum.

Mens Burggravij, & Rudolphi interpretatur.

Rudolphus Cæſar valdè amicus veritatis.

Regno confeſſus eſt,& in Imperio aſſumptum,non annis,ſed fortuna,propter quam alij (non quidem antiquiories,ac ſplendidiores Nobilitate niſi tantū ratione loci,nempeGermaniæ,ut bene advertit Seifridus,ſuam probando ſententiam)puberes,& adulti ab eo exiſtimabantur.

Othocari mores in penultimo gentilitio,ſed in tertio fuſius deſcribuntur.

Præterea, ne omninò à Seifridi ſententia, quam magnifacimus in hoc primo Gentilitio,recedamus, dicimus, quod ſi quis mores Othocari apud hiſtoricos curioſè perveſtigaret, inveniret quidem in eo præcipuum cordis ambitum,quo ima ſummis miſcebat. Legeretque ſimul ejus indignas artes ac varias,quibus ſatagebat totam Germaniam ſuo ſceptro ſubdere,atque Cæſaream purpuram vi,& dolo cum cæteris Imperij membris, quorum digniora injuſtè occupaverat, uſurpare. Imò verò bona facie, promptoq; animo,omni à conſcientia ſcrupulo ablato, concluderet, Regem Othocarum Rudolphi ſtirpem antiquiſſimam,& Nobiliſſimam novitati inter Germanos Principes,mediocrique fortunæ equiparâſſe,ac propterea exilem eam vocâſſe; atque ex his circumſtantijs extrinſecis totam ſui clariſſimi generis menſuram incomptè profectò deſumpſiſſe. Ea eſt enim ſuperborum Pirncipum natura, ut quos in rerum temporalium luxu, ac ſuperfluitate parum vident felices(licet aliundè inſignibus facinoribus conſpicuos, non ſecus ac Progenitores, quos imitantur, conſpexerint) ignobiles crederent; eosque perdivitibus Mercatoribus,genere viliſſimis minores exiſtimarent.

Argumentum non contemnédum

Superborum Principum natura.

Porrò Rex Othocarus ſcire ex hac parte debebat, quod omnes penè res in illo eodem genere,in quo dominantur, aliquod magnum donum,ac ſimul aliquod magnū damnum ſuaptè natura ſibi vendicent. Sic Roſa,florum Regina, dum purpurâ tenereſcit, ſpinarum quoque duritiem neceſſariò fovet. Sic Palma,plantarum Domina ubi ramorum nobilitate eminet, trunci ſimul adeò vileſcit ignobilitate, ut eodem tempore victoriæ ſymbola in capite & ignominiæ ſchemate in pede explicuerit. Sic inter ſquameos Neptunni greges Cætus, ſeu Balena propter ſui corporis molem Dominatrix conſtituitur. Et nihilominus ita in ea oculorum acies brevis eſt, ut tanquam naufraga Navis à vili ſcapha minimi piſciculi ipſa remulceatur. Quid Leone, inter quadrupes Rege, robuſtius? Et quid ſimul debilius eo, qui penè quotidiano languore afficitur, oſtenditque, quod ejus oſſa dum inſtar generoſitatis ignariorum ſe oſtendunt, aſſiduis febribus eſcam pariter ſubminiſtrent? Rex avium Pavus, vario pennarum fulgore conſpicuus, quem Poetæ Junonis tutelæ deſignant, oculatis plumis Mortalium oculis Cœlum ſtellatum mirificè repræſentat, ſed fædis deformibusque plantis horridum infernum profert. Demum Planetarum imperium tunc temporis quando ſerenitate lucis Sol regit, turbulentæ nigræq; maculæ in ejus facie cernuntur. Tanquam ſi Natura ipſa hujus pulcherrimi corporis inſidiatrix, ejus vultui cicatricem penniculo indignabundè efformâſſet. Quæ Naturæ exempla ad mores flectens Seneca, ſatis ſenten-

Magnum Donū cum magno aliquo damno reb⁹ dominātibus ſemper Natura ipſa elargitur.

Probatur exemplis Roſæ, Palmę Balenæ, Leonis, Pavonis ac Solis

tentioſè ajebat. *Nulla res eſt tam ſacra, quæ ſuum non habeat ſacrilegium.* Sen. in Polyant.

Hæc, inquam, ſcire debuerat Rex Othocarus, atque ab eis pari modo argumentari, quod genera clariſſima Heroum inter Mortales ſplendidum etiam, & maculoſum Solem communiter imitentur. Si ipſe, ut Principé prudentem decebat, propriam ſobolem, dum illam Rudolphi exilem exiſtimabat, attentè perluſtrâſſet, equidem in ea nonnullas vernantes Roſas ſed ſpinis circūſeptas purpuraſcere, Palmas aliquot inter victoriæ, & ignominiæ ſtemmata eminere, Cætus plures defectu viſûs laborare, ac ſuorum Progenitorum Leones morali, & politica ſimul fæbri langueſcere inveniſſet. Hinc deinde maturè intellexiſſet. *Quod Limum omnes habent generis auctorem ſui.* Antiquitas enim originis in unoquoque noſtro eadem omninò eſt. Materies, quâ ſumus compacti, tota in nobis ex terra campi Damaſceni initia ſumit: quæ cum tantis ſit mixta formis, cauſa eſt, ut fortaſſis nullus Rex inter homines reperiatur, qui ab aliquo mancipio non deſcenderit: neque contra aliquod mancipium, quod in ſui genere nullum Regem non habeat. *Omnia iſta*, inquit Seneca, *longa varietas, & ſurſum deorſum natura verſatur.* Ita Epiſt. 44. Huic Doctrinæ ab ipſo experimento exortæ perbellè equidem conformatur Joannis Antiocheni aureum os, quod hujus Mundi jactantiam, tam apud Divites multos genere obſcuriſſimos, quam apud illuſtres viros plerumque intumeſcentem, his verbis aggreditur. *Nam alij quoniam Parentes, Avos, Proavos humiles ipſi habuerunt: alij quoniam elatos & nobiles efferuntur; quomodo igitur quiſpiam utriusque poterit tumorem deprimere? Si ad alterum ſcilicet dixerit: Tu qui magna de Nobilitate majorum te jactas, ultra Proavos, atque Atavos tuos ſi progrediaris, invenies multos è genere tuo agaſones forſan, aut Caupones fuiſſe. Ad alterum è contrario: progrediaris tu aliquantulum ultra parentes & invenies multos, te clariores fuiſſe: hoc enim curſu genus ferè humanum etiam à ſcripturis comprobari poteſt. Salomon Rex erat, ac Regis Illuſtriſſimi filius, cujus Pater abjectus, atque ignobilis, maternus etiam Avus adeo vilis, ut nec gregario militi filiam collocare poſſet. Hæc ipſa ſi altius repetes, invenies rurſus horum vilium genus Illuſtre, ac Regium. Hoc de Saul, hoc de multis aliis dici poteſt. Non igitur multum hinc extollamur.* Hactenus Chriſoſtomus, & ſanè egregiè in rem præſentem.

Hac aureâ Doctrina motus (ni fallor) quidam Politicus, nimis ſanè rebus Gallorum affectus (cujus Italica ſcripta jocoſis excurſibus, ridiculiſque argutijs, ac familiaribus nenijs parum honeſtè conferta, parcè quoque

Hac ſimilitudine diſcant Principes jactantiam perhorrere.

Agap. Diacon. ad Juſtin.

Seneca.

S. Chriſoſt. homil. 8 q. in Mat.

Probat exemplis ſcripturarum.

Scripta jocoſa & arguta parūque honeſta reprahendenda.

que Chriſtianam prudentiam, ſicut contra abundè ſapiunt ſatyram) narrat quandam parabolam, ac unâ Scipionem Amniratum Florentinum pungit, quem dum hironicè commendat, his quoque verbis dulciter carpit. Hiſtoricus quidam, inquit, cum ſuper Montis Parnaſſi forum apothecam, ſeu officinam aperuiſſet, ubi Genealogias, Arboreſque Illuſtrium Familiarum non ſine magna ſui nominis gloria fabricaverat: accidit quadam die, quod unus non contemnendus Marchio anxiè ab eo expoſtulavit, ut vellet ſuæ ſtirpis gradus ſedulò conſcribere; ac ſi commodè fieri poſſet, extrema eorum initia perveſtigare. Quamobrẽ ſtatim ut eum efficacius ad hunc ſubeundum laborem alliceret, ducentorum ducatorum aureorum arrhabonem (*Dugento ſcuti doro*) ei tradidit; majoremque pecuniæ quantitatem, expleto opere, ſe porrecturum promiſit. Bonus Chronologus ſpondet Equiti, & id quod petierat, multa cum diligentia, ac ſui animi moleſtia, ſicut in ſimilibus haud rarò contingit, Geneſimque intra paucos Menſes feliciter abſolvit. Quam ſubitò Marchioni expoſtulanti nõ ſyngraphâ aliquâ, ſed integro volumine, ſuo auctoritatis nomine conſignato, lætanter exhibuit: Quamque læto etiam corde faſtoſus Marchio confeſtim accepit, ac cum celeberrimo illo ſcriptore promiſſis ſatisfecit.

Boccal. cent. 1. relat. 50.

Verè Nobiles hãc nimiam curioſitatem parvipendunt.

Quia tamen alijs rebus occupatus non ita citò, ut prefixerat, potuit Marchio confectam ſuæ Sobolis geneſim in integrum legere; ideò poſt aliquot dies illam attẽtè ab initio uſque ad ejus terminum percurrit. Sed cũ in ea ordinem penè Chriſoſtomi ſupra memoratum invenerit, in quo ejus familiæ à viliſſimis Perſonis exordia habuiſſe Admiratus oſtenderat, abſq; ulla mora ad Auctorem reverſus eſt, in quem ira excandeſcens, minacibus verbis prolixam ſcripturam retulit, ac reijcit; ſibique pecuniam reſtitui fecit. Doluit inſuper, ac ſimul conqueſtus eſt, quod pro libro Genealogico, omni honore, ac reverentia digno, libellum infamatorium contra ſuam Perſonam, ac totam familiam Auctor compoſuiſſet. Addiditque, ſe ſolitum eſſe illis premia, ac ſtipendia elargiri, qui ſua ſuorumque Progenitorum maculas potius obliterare, quàm alijs detegere ſtuduerunt. Attamen tandem acquievit indignatus Heros conſilijs Auctoris, intelligens ab eo, prudentis eſſe hominis hæc & ſimilia mediocriori curioſitate poſthac inquirere. Hæc ille, quæ ſatis profectò congruunt impudentiæ, & jactantiæ Regis Othocari, exilem Comitem Rudolphum Cæſarem eo modo, quo diximus, exiſtimantis.

Hæc & ſimilia odia parit Veritas.

Rarò adulatores premijs carent.

SECTIO III.

In qua Henrico Spondano ſatisfaciemus, ac propriæ alienæque Sobolis Nobilitatem valde Principibus Dominijſque prodeſſe, demonſtrabimus.

Fateor

FAteor, verum dixiſſe Spondanum, filios ſcilicet hominum vanitatem diligere, ac mendacium quærere, quotieſcunque inani perveſtigatione, non id quod ipſi ſunt, aut quod debuerint eſſe, ſed tantum quod eſt eorum genus, Progenitorumque Soboles intumeſcendo ſatagunt patefacere. Illuſtris Nativitas, quam flagitia infamant, honorem, Nobilitati ſuapte natura debitum, non meretur. *Nam quanto vita Avorum præclarior, tanto malorum poſteriorum flagitioſior.* Vera Nobilitas animæ ſunt, quam eędem inſerunt corporibus, eamque claris operibus firmant, ut genus proavorum magis ac magis illuſtretur. Longa nobiliſque Parentum ſeries ſæpenumero inſtar fumi hominum cerebra tingit. *Illam* enim *ſuperbiæ fomentum*, ac *faſtum ſanguinis* vocamus. Et ſane *perit omnis illo Nobilitas, cui laus eſt ab orgine ſola.*

Marius apud Sal. de bello jugurt.

S. Fulgent. ep. 2. Iſidor. Peluſiota lib. 1. cap. 86. Lucanus ad Piſ. lib. 1. cap. 86.

Quando verò in ſimilibus tam Nobiles ipſi, quam ſcriptores multi aliundè laborant ac alia de cauſa perveſtigandi Genealogias, nec vanitatem profectò diligunt, nec mendacium procul dubio quærunt; Sed ſimplicem veritatem ab hiſtoricis probatis traditam, atque à monumentis deſumptam. Alioquin vani dicerentur multi ſanctiſſimi, ac prudentiſſimi Viri, ac mendacij conquiſitores ſimul vocarentur. Vana etiam eſſet Lex Divina, ac mendax, quæ pluribus in locis (quorum aliqua inferius citabimus) clarum genus commemorat multorum. Ac denique vana exiſtimaretur antiqua, ac recentior Politica, quæ varijs de cauſis, ac pro varijs officijs ſanguinis ſplendorem ſedulò intuetur.

Non ſemper vanitas erit perveſtigare, ac ſcribere Principum Genealogias.

Arbitratur ſanè Spondanus, Auſtriacam Domum haud tanta potiri antiquitate, quanta auctoritate, quia ſententias varias (ſed pręcipuè capitaliores, ac inter has mediam, illas reſpuentem) parum exiſtimat; imò (ſicut etiam plurimi faciunt) fabuloſam illam, nugatiorem hanc deriſoriè prædicat. Attamen quia apud me opinio principalior, & antiquior alicujus exiſtimationis, ac ponderis ſemper extitit, altera verò probabilis, licet magis intricata, & minoris auctoritatis, media autem certior, ſed non ſatis probata, & conſtans; omninò Spondani præſuppoſitum negandum eſt, uti defacto negatur ab innumeris illis ſcriptoribus, qui aut à clariſſima, & antiquiſſima Romanorũ Gente cum prima opinione, aut à Regia Gallorum progenie cum ſecunda Rudolphi ſanguinem derivant.

Auctor magis inclinat 1. opinioni de genere Auſtriacorum.

Quæ autem ſubinfert deinde Auctor iſte ex invectiva Franciſci Guillimanni in ſcriptores utriuſque ſententiæ; & ex Petro Mantuano, Patrem Joannem Marianam ſecundæ ſententiæ ſectatorem ex eodem Guillimanno repræhendente, ac partim huic circa paternum Rudolphi genus, quod ipſe à ſtirpe comitum de *Tierſtein*, non autem Habsburgiorum cum eo deſcendere autumat (adducta ſerie ejus familiæ ab antiquis MurenſisMonaſterij orginibus) contradicente; non pluris exiſtimanda ſunt. Quinimò

Reſponſio adiv.

mò nihil ea proculdubio Spondanus feciſſet, ſi Joannem Seifridum, qui ſcripſit poſt Guillimannum, legiſſet. Neque inter ſuos Annales, omni commendatione dignos, res tam leves, facillimo negotio, ac labore ab eodem Seifrido reiectas (ut ſuo loco patebit) ita libenter appoſuiſſet. Et ipſe, ut verũ fatear, Genealogiam Comitum de Habsburg Monaſterij Murenſis non adeò certam judico, ut eam ſuſpectam haud dicerem; Variam enim ipſam inter ſcriptores, ac ambagibus ſatis plenam invenio. Sed de hoc infra.

Quando poſtea ſubjungit, Lepidum eſt, quod Frater Felix Ordinis Prædicatorum Conventus Ulmenſis inſignis Sueviæ Civitatis in Hiſtoria Suevica poſt ducentos circiter à Rudolphi Imperio conſcriptâ, & à Goldaſto tanta commendatione editâ, ut aſſerat nullum in Germania extare ſcriptum cujus magis Reipublicæ interſit non interire; poſt narratam aliam anilem fabulam fundationis Caſtri Habsburgi, ait, de progenie Comitum de Habsburg eſſe egregias hiſtorias Latinas, & Teutonicas, ſed ex ijs nullam ad ſuas deveniſſe manus, licet multum ſollicitus fuerit, ut eas habere poſſet.

Reſponſio ad v. Dicerent ſanè Auctores primæ ſententiæ, alibi adducendis, hoc teſtimonium infirmiſſimum nobis objicit argumentum. Primò, quia ejus commendata ſcripta dum illius ingenio tribuunt auctoritatem, aliorum hiſtoricorum auctoritati nihil detrahunt. Secundò, quia aliquorum deceptiones circa CaſtriHabsburgij conſtructionem, jam à Seifrido detectæ, non amplius illuſtri ligamen Aniciani, ac Perleonis generis cum Rudolphi Cæſaris ſtirpe fabuloſum reddunt; quod inferius liquebit. Tertiò, quia ſi multæ hiſtoriæ, Latino, Germanoque idiomatæ tunc erant de progeniæ Comitum de Habsburg, ut Auctor fatetur, undè ipſe hoc ſciebat? Sciebat fortaſſis, (ni fallor) vel quia ab alijs audierat, vel quia typis erant demãdatæ, vel quia apud alios ſcriptores citatas invenerat, quorum exemplaria, ſeu manuſcripta poſt multam diligentiam habere non potuit. Miror, hunc ſcriptorem, nomine, & calamo felicem, tanta infelicitate ſimul affectum eſſe, ut, ne ejus ſedula perquiſitio fruſtraretur, aliquod monumentum ab Archivio Monaſterij Murenſis, undè hucuſque Genealogiæ Comitum de Habsburg conficiuntur, habere non poterit. Arbitror tamen, eum deſideraſſe tantum exemplar aliquod, in quo certior fieret de origine Rudolphi Comitis à gente Aniciana. Sed quare hoc neque ille, neque alij qui ante, & poſt ipſum de genere ejuſdem Rudolphi ſcripſère, reperire non potuerint, ſuo loco patebit in excurſu primæ opinionis.

Redargutio ad hominem.

Denique addit Spondanus, invectivam Guillimanni magis ac magis amplificando, ſanè niſi alij fabri manum huic domui ædificandæ appoſuiſſent, jaceret ad huc illa in terminis Utopiç. Qui ſunt hi fabri, mi Spondane? Illine Architectones, quos Guillimannus redarguit, quia à Romanis, ſeu Gallicis initijs genus Rudolphi Imperatoris deducunt? Nequaquam reſponde-

Hæc Spondani dicta plurimum ſuam famã maculant.

ſponderes, nam Architecti munus ab officio fabri plurimum differt. Sed ſunt hi fabri,inquies,qui Architectonibus præfatis novam argumentorũ materiem indies ſubminiſtrant, eorumque manibus manus apponunt, ne AuſtriacaDom⁹in Germanis Utopiæ terminis jaceret.Utopia vox ficta eſt, ac Helvonum,bibaciumq; Regioné ſignificat (*Italicè Cuccagna*) quæ etiã levem ſpiritum in Spondano argumentatur. Sed eo magis cõtumelia hæc Auctoris nominis multum detrahit, quo magis juſtè Germani ſe jactitant, Gallicam gentem ab ipſis originari. Legi ego apud Franciſcum Petrarcam Galli anonymi in eundem invectivam, nationem Italorum acriter criminantis; & legi etiam ejuſdem Petrarcæ Apologiam contra Gallum. Quam quidem ſi Spondanus legiſſet,erubeſceret proculdubio ſub una voce ita impudenter Germanorum Helvetiorum genus conviciari in multis, quæ apud Gallos, ut ſcribit Petrarca,majora ſunt, & majori increpatione redarguenda. Hæc ergo Spondani reſponſio ita cum riſu à me carpitur,ſicut à Seifrido in multis Guillimannus,cujus argumenta ac convicia contra utramque ſententiam in ſuis locis adducuntur. Poteſt tamen eſſe, ut ex conſequentibus aliquomodo colligitur, quod Spondanus in his fabris intelligat aſſidua Pietatis Divinæ beneficia,quæ Auſtriacam Domum longè amplius favorabiliter inter primæ claſſis Europæ familias protegunt, conſervant. Auctor honeſtè convicium Spõdani ad bonum ſenſum flectit.

Ad illud, quod ultimò Spondanus intulit ex Sacra Scriptura, & ab exemplo Regis Davidis, duo dicimus. Alterum,quod Rudolphũ ex modico Barone, ſeu Comite,non ſanguine & virtute,ſed rerum temporalium copiâ,nutu Dei præcipuo ad Imperij faſtigium Principes Germaniæ extulêre.Alterũ,quod exemplũ Davidis,qui ex gregario in Regẽ Hieruſalẽ elect⁹ fuit,prçterquã quod miſcet ſacra prophanis,valdè quidẽ à propoſito declinat. Alia eſt enim Divina Regum electio medijs Prophetis, alia verò humana,medijs politicis peracta. Illa ſanè quaſi ſemper tam in veteri, quã in nova lege infimis uſa eſt Perſonis ad magnarum Monarchiarum regimen,quibus etiam ſufficientiam,& idoneitatem cõtulit, ajente Apoſtolo, *ſufficientia noſtra ex Deo eſt, qui & idoneos nos fecit Miniſtros novi teſtamenti.* Sed Electio humana circa Reges magnos ac Imperatores,horumque ſelectio circa alios ut plurimum viros Nobiles diligentiſſimè perſcrutatur,ac præcipuè quando è Principum arbitrijs pendet, nec amplius à militibus ordiniſque militaribus,ut olim Romani,Cçſares creando,conſueverunt. Propterea quod Nobilitas Principum inferiorumque Principibus ipſis,Dominijs, & Populis in multis prodeſt,ſicut in titulo hujuſmet ſectionis ex conſequenti enucleare propoſuimus. 2. ad Corinth. cap. 3.

Ad quod probandum Sacrarum Scripturarum Divinam Prudẽtiam, ac humanæ ſapientiæ ordinatam politicam breviter adducam. Et primum ut illinc ſermonem exordiar, ſufficiet inter multa alia locum illud Deuteronomij cap. 1. in quo Legislator Hæbræorum ſolos Nobiles Magiſtrati-

bus

Deut. cap. 1.

bus præficiebat. *Tuli de tribus veſtris*, dixit Iſraeli, *viros ſapientes & Nobiles, & conſtitui eos Principes*. Horum quoque Nobilium ſapientum ſuum Areopagum, ac quemcunque alium Magiſtratum efformâſſe Solonem comperimus. Senecæ dictum *Philoſophia ſtemma non inſpicit*, eſt ſanè, ſecundum ea quæ ſupra de Nobilitate tradita ſunt, generaliter verum, cum hac tamen diſtinctione; quod Nobiles naturali quadam propenſione ad eam acquiredam pro bono Reipublicæ impelluntur, Plebei verò nequaquam. Juxta Platonis Doctrinam, ac Indorum praxim nullus naſcebatur ut eſſet Philoſophus, quem mala origo plebeiaque educatio in Mundo introduxerat Si dignitates digniorib⁹ debentur, tales profectò illos ſe eſſe debere, qui à nobilibus derivantur, magna plerumque ſecuritate promittunt.

Sen. ep. 44.

Raro invenitur, haud imprimi ſuis in effectibus cauſas; ac propterea certum apparet illud Ariſtotelis axioma, *Præſtantiſſimos ex præſtantiſſimis naſci*. Si poſteri non ſunt degeneres, lucrantur ſanè à Majorum merito magnas commendationis literas, quibus eorum ſors id paucis diebus nanciſceretur, quod alij per annos plurimos minimè acquirerent. Verũ eſt inveniri aliquando inter hos, ad Principatũ, ſive ad Regnũ ſelectos, ſocordes nonnullos, ſtupidos, viles, ac ſceleribus obnoxios cum maximo ſtatuũ, populorumque detrimento, ac eorum Nobilitatis infamia, *perit omnis illa Nobilitas cui laus eſt ab origine ſola, ajebat Lucanus*. Ut plurimũ tamen veriſſimum quoque eſt, *quod laudabilis vena ſuam ſervat originem & fideliter poſteris tradit quæ in ſe glorioſa transmiſſione promeruit*. Qui pollent ingenio, ut ſunt communiter Nobiles, naturaliter Domini ſunt eorum, qui ſunt tardiores. *Non poſſunt ſtulti beatus vivere quam ſi ſerviant ſapientibus*. Obſervatum invenio, ſæpenumero regimen vileſcere, ac in tyrannidem devenire, quotieſcunque infimi generis hominibus (licet aliundè perſonaliter tantùm claris, ac venerabilibus) traditum eſt. Hoc paſſim tam antiquiora, quam recenſiora exempla demonſtrant. Tullus Hoſtilius fuit tertius Rex Romanorum poſt Numam. Halicarnaſſeus illum ex Nobili ſtirpe ortum inter Medulliæ Latij Oppida oſtendit. At Valerius Maximus inquit *Incunabula Tulli Hoſtiſtis agreſte tugurium cœpit, ejuſdem adoleſcentia in pecore paſcendo fuit occupata*. Facilius ipſe ſecundæ ſententiæ acquieſco quam primæ, dum Regem hunc ſatis multum à Nobilitatis natura alienum invenio. Succeſſit ipſe Numæ, ſed moribus adeò diſſimilibus, ut ipſum Romulũ ferocitate, ac crudelitate antecelleret, quamquam aliundè Reipublicæ magnam utilitatem contuliſſet. Ejus beſtialis hoſtiliſque nomine, & re in ſubjectos vita, contumelioſo generi plurimum accommoda, explicatur à Tito Livio, & à pluribus alijs.

Lib. 3. Pol. c. 8.

Lucan. ad Piſonem lib. 1. c. 86.

Caſſiod. lib. 3. ep. 1.

Ariſtot. lib. 1. polit. c. 1. & 3.

S. Auguſt. lib. de util. credendi c. 12.

Dion. Halic. l. 3. Val. Max. lib. 2. cap. 4.

Tit. Liv. lib 1. Virgil. lib. 6. & alij.

Terentium Varronem ex Lanione Conſulem quod officium tunc temporis

poris ſummè eminebat poſt exactos Reges, non dignitati (cujus nomen à Conſilio, ſed horridæ ſuæ arti, cujus laus è Brutorum carnificina) valdè in regimine correſpondiſſe fertur. Irruit ipſe pluribus armatis copijs in Cartaginenſes contra Pauli Æmilij ejus collegæ voluntatem. Sed in illo Cannarum Apuliæ Vico miſerrimo conflicto mortui ſunt cum eodem Æmilio 50000 Romanorum. *Terentius Varro* (inquit Portius latro) *ſempiternum dedecus, atque immortale monimentum erunt flagitioſæ turpitudinis deletæ ad Cannas temeritate ſua pulcherrimæ Romanorum Legiones.* Neſcimus modum, quo viliſſimus hic homo ad faſtigium Conſulâtus pervenerit, quia de eo nulla mentio apud Hiſtoricos. Tamen hoc unum certò ſcimus, eum non ſecus Cartaginenſium manibus Romanorũ carnes trucidâſſe in illo bello, ac ſuis in lanienâ ipſe olim jugulavit animalia. Et nihilominus Senatus Populuſq; Romanus, qué nihil à ſemetipſo degenerare expertus fuerat, majori imprudentia excæcatus, cum ipſi per alterius Lanij manus caput obtruncare debuiſſet, ut pari pœna contumelioſus Conſul mulctaretur, magna cũ hilaritate excepit. Nam ubi poſt Cladem Cannenſẽ cũ reliquijs exercitus Canuſiũ ſe recepit, rediens indè Romã, ei gratulatus eſt, quod de Republica non deſperaſſet. Imò Officium Dictaturæ ei contulit; ſicque ab uno malo in alterum quidem majus lapſus eſt, quia plerumq; error, in principio parvus, fit maximus in fine.

Port. contra Catilinam.

Plut. Livius, & alij.

Anatocles ex parente figulo Rex Siculus factus, ſuæ viliſſimæ nativitati enormiſſimam vitam, ſuæque arrogantiæ duriſſimam tyrannidem, copulavit: At ultimò vagus, & profugus cum Uxore Ægyptiaca, & duob⁹ filijs in Ægyptum ſe tranſtulit, ibique interijt. Præteream alios quamplures ejuſdem conditionis Principes, ſobole, & moribus contumelioſos, inter quos pauci inveniuntur, qui, ima nativitatis ſummis fortunæ copulando, facinoribus à veſtigijs parentum degenerent; Ac propter arrogantiæ ambitionisque vertiginem rotatilia quædam ob mentis oculos circumagi haud videantur: Unde funditus Prudentia, quæ eſt veræ Politicæ baſis deſtruitur, gubernijque adminiſtratio nonniſi mala omnia Reipublicæ gignit. Tamburlanus vel Tamerlanes Scytha, infinita multitudine Turcarum terras invaſit, Bajazetem Turcarum Dominum acie victum, & captum in cavea clauſum per totam Aſiam circumduxit ann. ſalutis 1398. Hic verò primum fuit bubulcus: demum adeò faventem reperit fortunã, ut ad Imperium Scytharum conſcenderit. Non poterat ſanè tunc temporis Scythia ſub meliori Patrono barbariem fovêre, quam ſub hoc ignobiliſſimo Duce, qui ſi nobilis fuiſſet, nobili etiam modo Bajazetem Regem tractâſſet. Nec alia de cauſa putârim Imperium Turcicum ita tyrannicè nobiles odio habere, tyrannicéque ſe gerere, niſi quia ſtirps Mahemetana, unde ortum habuit, ac Othomana ab Othomano quodam, primo Turcicæ gentis Imperatore, Nobilitate caruere.

Anatocles Rex Siciliæ quis.

Tamburlanus Scytharũ Princeps.

Cicer. lib. 2. de Diu.

Nihil ſanè, inquit Tullius, *tam contrarium eſt rationi, & conſtantiæ, quam Fortuna.* Quod præcipuè verificatur inter ignobiles, ac fortunatos Principes: quia Nobilitate deficiente, ſubditorum ratio, & conſtantia, ut illis pareant, eoſque exiſtiment, parvo negotio deficit. Qui verò nobili genere nati ſunt, majoris exiſtimationis ſunt, exercitus ad Imperia promptiores habere ſolent, ut inferius plenius demonſtrabitur.

Guicciard. lib. 5.

Major, imò tota ferè Politicorum antiquorum, neotericorumque pars formam regiminis Monarchicam primam, ac optimam faciunt: Ariſtocraticam verò ſecundam; ſed infimam ac *peſſimam* Democraticam. Hancque adeò parvipendunt, ut multis argumētis meritò eam convicientur: nec aliundè quidem, niſi quia ejus regimen populare eſt, ac plebeium. Et ſanè *Quis beatus eſſe poterit vulgi vivens arbitrio, tametſi favētur ei, plaudaturque*? Propterea refert Plutarchus Anacharſidem Scytham miratum, quod in Græcia ſapientes dicerent, ſtulti judicarent: quia nimirum Oratores dicebant, populus judicabat. Lycurgus interrogatus, cur Spartæ non inſtituiſſet Democratiam, reſpondit, ut ipſe primus domui ſuę eam inſtitueret.

Ariſt. lib. 8. Eth. cap. 10.

Plato in Axiocho.

Plut. in Solone.

Idem in Apophth.

His conſentiunt SS. Patres. Deſcribit aureum os Antiochiæ populum quemdam tumultus perturbationiſque plenum, à ſtultitia majori ex parte conſtans atque compoſitum, non ſecus ac nos Partenopeum, quem tempore Thomæ Anielli (Maſanielli) cujus tyrannis ac debaccans, effrenataque libertas, & crudelitas diebus paucis terruit Italiam, ſed ſcriptis demādata totam Europam admiratione affecit, noſtris oculis vidimus, & flevimus. Ac eum temerè inſtar fluctuum maris varia & pugnace ſententia ſepenumerò jactatum deſcribit, ſubditque. *Qui ergo ſub ejuſmodi ſervitio premitur, nonne omnium eſt ſanè miſerrimus?* Multitudo quidem vulgi *non merita virtutis expendit, nec publicæ utilitatis emolumenta rimatur, ſed mobilitatis nutat incerto.* Accedit etiam ratio. Nam non poteſt non peſſimum eſſe regimen ubi ſapientes reguntur à ſtultis, periti ab imperitis, boni à malis; tale autem eſt regimen Democraticum: nam ubi viget Democratia plurium ſuffragijs omnia ſtatuuntur, conſtat autem ſemper plures eſſe ſtultos, quam ſapientes, malos, quam bonos, imperitos, quā peritos. Sicut ergo totum fundamentum principale peſſimi gubernij Democratici eſt Vulgi conditio, ita ſanè malè fundaretur Monarchiæ regimen ſi Princeps electus ignobile genus traxiſſet à parentibus.

Simile habet D. Hieron. in cap. 21. Matth.

Ann. 1646.

S. Chryſoſt. homil. 2. in Joann.

S. Amb. lib. 5. hexam. cap. 21.

Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. c. 6.

Sed objiceret aliquis, Deus non ita magnas animi dotes, atque ad res magnas promptitudinem Nobilitati aſtrinxit, ut Plebeis ipſis largè ea multoties non communicārit. Terræ quidem fuere geniti apud Romanos Tullius Hoſtilis, Cajus Marius, Cicero, Varro, Ventidius Baſſus, & alij

Ex Livio, Plut. & alijs hiſtor.

quam-

quam plurimi,qui non minus quam Scipiones,ac Cæſares communi bono profuerunt. Ita quoque Joſeph,Davidque è grege,uti etiam ab aratro Valentinianus, nec non ab incude Martianus, Juſtinuſque ab arte ligniaria ablati,Vicarijs Dei,dignis ſpiritibus perornatis, minimè viſi ſunt degeneres.Inter Politicorum dogmata hæreſes pernicioſa dicenda eſt,ſi ij tantum honore digni exiſtimarentur,qui ex matris utero illuſtres titulos recepere. In Catalogo hominum conſpicuorũ,ac grandium, quos Mundus hucuſq; veneratur,partem haud modicam inter officinas,ac tuguria natalem diem conſpexiſſe traditur.

Confirmatur. *Patricius Socrates non fuit*, inquit Seneca; *Cleanthes aquam traxit, & rigando hortulo locavit manum. Platonem non accepit nobilem Philoſophia,ſed fecit.* Ideoque Antiocho conſilium dabat Biõ, ut in Miniſtrorum electione, qui ſuorum beneficiorum dona mererentur,attentè perſpiceret,*non unde,ſed quales eſſent.* Nam etiam Ferdinandus Rex dicebat de vino, potius nimirum quærere oportere quomodo illud ſit ſapidum,quàm ubi natum ſit.Quamobrem meritò Claudianus hoc laudis carmine Magnum Politicum Stiliconem alloquitur Sen. ep. 44. Bion in Ant. Claud. de Laud, Stilic. lib. 2.

Lectos ex omnibus oris
Evehis & meritum; nunquam cunabula quæris
Et qualis non undè ſatus. Hinc inſuper acri digni ſunt repræhẽſione qui dũ fremere nõ erubeſcunt,irrationabiliter etiã optant, ut honoratiora officia titulis tantum,non autem meritis conferantur, licet ipſorũ mores ſatis enormiter à Sobolis claritate degenerent: *Optimum quemque Nobiliſsimum puto*,ait Velleius. Ubi ſanè ingenij perſpicacitas, & in rebus agendis gratia,& dexteritas,& ſolertia inveniuntur,non poteſt aliquis non eſſe nobilis. Chinenſes hac de re confeſtim Illuſtriſſimos declarant non ſecus ac poſteros Progenitores illius,in quo hæc, & ſimilia bona reperiuntur.*Nemo enim in noſtram gloriam vixit,nec quod ante nos fuit noſtrum eſt. Animus facit nobiles, cui ex quacunque conditione ſupra fortunam licet ſurgere.* Nulla adeſt in Mundo nobilitas,quæ ſit æterna. Antiquior olim nova fuit. Ideo ad eam ſervandam,eo quia in multis finem habet, convenit, quod in alijs incipiat. Quamobrem tam optimates in electione Principum, quam Principes ipſi in ordine ad alios, ſibi propter regimen neceſſarios,debent & Nobilitatem conſervare,in qua relucent merita ad officia, & etiam eam efficere, ijs honorum culmina tradendo,qui dotibus,& Virtutibus magis populos, quam poſteros nobilitarent. Vell. lib. 2. hiſt. Sen. ep. 44. Plin. in paneg. ab Traian.

Hæc argumenta parum,imò nihil nobis officiunt,ſed potius ſententiæ noſtræ favent. Teſtamur nos etiam,quod urgente neceſſitate poſſint, ac debeant Magnates,& Principes Joſeph unum invenire,cumque etiam à vincu- Objectio diluitur, ac Theſis principalior corroboratur.

vinculis abſolvere, atque extrahere, & ad ſuprema tribunalia collocare. Nunquam ipſi repræhenſione digni exiſtimentur, niſi quando invenientes æqualem aptitudinem, ſeu convenientiam, vel etiam aliquantulum inferiorem in aliquo nobili, ei Plebeium anteponunt. At Lex ordinaria omninò id prohibet ubi viget Nobilitas generis, & animi, licet hçc ſit plerumque mediocris. Viri enim origine illuſtres penè à Deo facti ſunt, ut dominentur; ac propterea naturali quadam veneratione eos Populi intuentur, atque minori reluctatione eorum Imperia recipiunt, quibus magis ab eis honorari, quam gravari confitentur. *Omnes boni ſemper Nobilitati faverunt, quia valere debet apud nos clarorum hominum ſenex memoria, etiam mortuorum.*

Tull. Orat. pro Sextio.

Terræ geniti naſcuntur, ut conculcentur, & ideò quamquam Imperiali, ac regia purpura induantur, ſuperba hominum inclinatio eos ſuper caput ſufferre non poteſt. Quinimò difficillimè ad eorum obedientiam reducitur, etiam tunc quando eos non poteſt non timere. Omnia poterat in aula Claudij Principis Narciſſus Libertus: Et nihilominus cum his exercitui neſcio quem ordinem intimâſſet, tanquam Perſonæ magis vili quam potenti, omni obſervantiâ, atque reverentiâ amiſſâ, illi unanimi vociferatione dixerunt milites *Iò Saturnalia.* Quibus verbis ſignificabant, quod penè in Saturnalibus Mundus ſupinus videbatur, dum mancipia Dominis imperitabant. Tradunt inter maxima miracula Politici, quod Siculi Publio Rutilio, quem cujuſdam Publicani puerum fuiſſe cognoverant, ad unguem ſub regimine Proconſulis obedientiam præſtiterint. Fuerat jam Romæ Ventidius Baſſus plebis Tribunus, fuerat Prætor, & Pontifex: attamen quando Vulgus eum ad culmen Conſolatus aſcendere conſpexit, ægrè ferens illum Conſulem conſpicere, quem Mulos fricare viderat, eum ludibrijs afficiens hac cantilena (Paſquinata) publicè, ac turpiter ſalutavit.

Ex Tacit. & Suet.

Ex Valer. Max.

Concurrite omnes Augures, Aruſpices,
Portentum inuſitatum conflatum eſt recens.
Nam Mulos qui fricabat, Conſul factus eſt.

Plin. & alij.

Parum intereſt, vas illud, in quo ſuos pedes Rex Amaſis lavabat, in Jovis ſtatuam redactum omnes adoraſſe, ut propterea ſemper ſubditi venerari ſuperiores faciliter reducantur in id, quod tantum repræſentant, nulla habita inſpectione ad id, quod illi fuerunt. Hoſtes ſubjectionis ſunt Populi, ac propterea omniũ rerum, quæ ſub aliquo colore eorũ reluctationem excuſabilem efficere poſſent, ſtatim reminiſcuntur. Itaque ſubjecta ignobilia ad ſummos gradus Principatuum evecta, ſive ad honorabiliora Principum officia, evidentia, ac imminentia elevationum pericula augurantur. Relinquere, ut exiſtimatio deperdatur, quid aliud eſt in Principe, quam proxima urgenſque occaſio amittendi auctoritatem? Qui verò coactè ſe exiſtimari à ſubjectis ſatageret, extraordinarijs rigoribus ac nimis

Selectio hominum vilium ad magnos honores periculoſa.

duris ſuam clementiam,quæ propterea faciliter in tirannidem mutaretur, profectò obligaret.

Pars ultima hujus tertiæ ſectionis remanet aliquantum, ſed non ſatis ex his probata, ideò nonnulla illi ſubijcienda curavimus, ut plenè lectori ſatisfaceremus. Nobiles ergo Dominijs, ac Principibus valdè proſunt. Etiam experimento probatur,ſedulò bonum genus in arboribus, & in animalibus perquiri, licet aliquando monſtra inter hæc naſcantur. Habemus enim ex Plinio,quod Equa generoſa timidum genuit leporem, Bos Agnum,& Alcippes Elephantum. Uſus tamen naturæ demonſtrat in Leone fortitudinem, in Vulpe Aſtutiam, & in Corvis voracitatem. *Bona certa ſunt quæ fidem ab exordio trahunt* inquit Caſſiodorus. In ipſis rebus inſenſibilibus qualis eſt fons, tales ſunt rivi. Generatim enim *hanc conditionem habent cuncta manantia, ut ſapor qui conceſſus eſt origini, niſi per accidentia fuerit vitiatus, neſciat rivulis abnegari.* Potuere quidem inſapientiſſimus Roboanus, ac ſceleſtiſſimus Manaſſes parentum infamare nomen, ille nimirum Salomonis facundiam, hic verò Ezechiæ Sanctitatem. Sicut etiam idem cum maxima genitorum ignominia effeciſſe comperimus Majoris Africani, Antonij & Ciceronis filios: Poſthumũ Agrippæ, Claudiũ Druſi, Gajum Germanici, Comodum Marci Antonij, Lamproclẽ Socratis, Arideum Philippi genitos, & multos alios, undè ortũ eſt proverbiũ, *Heroum filij noxæ*. Id, quod Spartanus in vita Septimij Severi his verbis exageravit. *Neminem propè magnorum virorum optimum & utilem filium reliquiſſe ſatis claret.* Comuniter tamẽ *Generoſa in ortus ſemina exurgunt ſuos.* Spiritus, in ſanguine majorum impreſſi, ſanguine eodem ad poſteros demandantur; ac propterea *Nobilis eſt ad virtutem benè à Natura compoſitus: Nobilitas vero Virtus & Divitiæ antiquæ, ſive quædam laus veniens de meritis Parentum.* Concedimus quidem, aliquando Parentes conſpicuos filios nimium genuiſſe degeneres; at Spartani ſententiam generaliter prolatam prorſus negamus. Multoties enim ſtultorum, fatuorumque filij ſtultitiam ac fatuitatem Parentum imitantur; plerumq; verò qui à Patribus generoſis adnaſcuntur, Patrum generoſitatem ſapiunt, ut longè plura de his quam de illis exempla apud Hiſtoricos reperiuntur. Inter quæ ſunt ea Majoris Africani cum ejus Parente, nec non minoris; ac Pauli Æmilij, & Narſicæ ſuique Patris: & duorum Deciorum, atque Fabiorum; Anibalis, & Amilcaris, Philippi, & Alexandri, ac Metelli, omniumque ſuorum filiorum; Druſi, & Germanici, & aliorum infinitorum. Quòd ſi Ciceronis Filius non ita fuit eloquẽs, velut Pater, nec ita ſicut genitor magnus Dux fuit majoris Africani gnatus, poteſt eſſe, quod adverſæ diſpoſitiones, ſeu mala eorũ educatio ad indigna facinora eorũ animos inclinavere, ſicut accidit Neroni, & Comodo Impe-

Tertia pars ſectionis probatur.

Plin. & alij.

Lib. 1. ep. 15.

Idem ibidem.

Spart. in vit. Sept. Severi.

Sen. in Troade.

Seneca.

Ariſt. lib. 4. Pol.
Boet. lib. 3. de conſ. proſ. 6.

ſatoribus (ille enim Hiſtrio fuit excellens,hic autem celebris ſagittarius) quorũ Parẽtes nobiliorib⁹ artib⁹ ac diſciplinis calluere. At fortaſſis ſiquis ad ideos applicuiſſet,ad quod vi naturæ generoſæ ipſi trahebãtur, ſanè homines probi nõ minus quã genitores fuiſſent. Mala enim educatio,Patrũq; electio multoties filios ad turpem vitam, omninò naturali inclinationi contrariam, cogunt. Hinc rem profectò notabilem Antigonus ſcribit, ſcilicet quod in Elide quædam Mulier cum Viro Æthiopo albam filiã, hæc verò cũ homine albo nigrum maſchulũ genuerit, Avoque ſimilem. Undè clariſſimè apparet, conſervari in ſemine non ſolum generantis qualitates, ſed etiam Sobolis proprietates uſque ad quartam generationem.

Antiq. lib. narrat. mirab.

Quintus Fabius Maximus, ac Publius Scipio pluries confeſſi ſunt, ſe vehementiſſimis ſtimulis ad opera Heroica ſemper inſtigatos eſſe, ob diuturnam formidinem, ne dedecore eos afficerent, qui in eorũ familijs tantam gloriam peperere. Vir unus nobiliter natus, ſi aliquantulum ſeipſum cognoſcit, incapax propemodum fit alicujus indignitatis. *Neminem enim excelſi ingenij virum humilia delectant, & ſordida.* His ſi velut judex Tribunal ſcandit in regimine, emendi ab eo juſtitiam nullus eſt qui ſperare poſſit. Si verò in aliqua principaliori arce,in qua tota Principis, ac Reipublicæ baſis conſiſtit, dominatur,aut nunquã,aut raro (& ſanè difficillimè) à vilitate, ſeu infidelitate duceretur, ut eam hoſtibus traderet. Nam *pudet delinquere quia ſimilia nequit in ſuo genere reperire.*

Saluſt. in proœ. belli jugurt.

Sen. ep. 39.

Caſſiod. lib. 3. ep. 1.

Reprobandum prorſus Gallæ facinus, Vitellij ſtoliditatem promoventis, ac nihil aliud in eo conſiderantis,niſi tantum quia Patris quater Conſulis filius erat. Et ſanè illos verè completéque Nobiles exiſtimare debemus, *in quibus merita majorum ſunt.* His certè utendum propter bonum Reipublicæ, Principumve; non autem illis, qui Progenitorum genere ſolum contenti, tempora negligunt ad aliquid generoſè operandum. Qui, inquam,ab uno quoque Principe, præeminentias repoſcentes, aliud reſponſum audire nequaquam merentur, niſi illud, quod Demetrij juvenis Filius,armis ineptiſſimus, ſtipendia parentis ſine erubeſcẽtia expoſcendo, his verbis audivit. *Ego propriæ virtuti, non paternæ, mercedem, & præmium do.*

Tacit. lib. 1. hiſt.

Ariſtot.

Regem Sidoniorum cum reprobaſſet Alexander Macedo,tradidit Regnum Abdolomino rei ruſticæ occupato, licet eſſet ex regio ſanguine, ad quem neceſſariò aſpiciendum erat, quia ſic illius Regni Lex, & uſus præcipiebant. Itaque *cauſa ei paupertas, ſicut pleriſque probitas erat,* ut Princeps eligaretur. Attamen aliam rationem illius aſſignavit electionis Alexander,dicens. *Nequis exiſtimet me non virtuti, ſed generi regnum tribuiſſe, atque ut is, qui illum accepit hoc beneficium grata memoria proſequatur.* Scripſimus jam, Nobilitatem ſuaptè natura genus

Curt. lib. 4.

Pro-

Progenitorum reſpicere,ſed in ordine ad dignitates ſtatuum ac Principum adipiſcendas non propterea meritum virtutis excluſimus. Sunt enim hæc duo ita ad hoc neceſſaria, ſicut illud unum ad ſolam Nobilitatem inſtituendam. Communis, quotidianuſque Potentium uſus longè profectò à vero aberrat, dum ipſi gaudent certas ſuas creaturas ex nihilo educere, ut eodem modo ad ipſorũ nutus ſuccumbant, quo fortunam propriam à ſolà eorum bonitate recognoſcunt.

Ad quos contemptus realem majeſtatem non expoſuere Galliarum Principes Philippus Pulcher, Carolus VI. ac Ludòvicus XI. ſeipſos huic indignæ corruptelæ ſubijciendo? Eorum Regnum, multorum Nobilium perdives erat, & nihilominus ſpretis illis, imò ſemetipſis; ſummæ rerum homines ex vulgi fece (nempè Petrum de Broccia, eorum Barbitonſorem, Jacobum de Cordes propolam, eorum ſutorem ac Chirurgum, alioſq; ineptiſſimos, ac viles) turpiter præfecerunt. *Tunc Rempublicam interituram*, dixit Platò, *cum æs vel ferrum cuſtodiæ auctoritatem obtinuerint*. Confunditur ſanè tota Politica, totaque ſubvertitur Prudentia, ubi ſupereminet is, qui natus eſt, ut ſubijciatur. Etenim Plat. 3. Polit. Claud. lib. 1. in odiumEutropij.

Aſperius nihil eſt humili cum ſurgit in altum,
Cuncta ferit, dum cuncta timet, deſevit in omnes.
Ut ſe poſſe putet; nec bellua teterior ulla eſt
Quam ſervi rabies in libera colla furentis.

Qui nunquam honorum altitudines aſcendit, propèmodum miraculoſa res eſt, ut vix ibi poſitus, ubi magna animi vertigine afficitur, atque ſui ipſius, aliorumque generaliter obliviſcitur, non inſoleſcat. Sunt quidem Nobilibus cibi diuturni magnitudines, quibus eorum animi difficillimè alterantur. At Plebeis ſanè potentiſſimũ ſunt vinũ, quod cũ nunquã biberint, confeſtim prima vice inebriantur. Exprobatum hominum fimus ad primum fortunæ intuitum faſcinatur, ſemper contemni pertimeſcit, ſemper revereri voraciter quærit. Et quod pejus eſt, acriter odio habet, quinimo tanquam hoſtis formidoloſus, ac indefeſſus perſequitur minimam Nobilium claritatem, quam circum ſe videre perhorreſcit, ne ſibi aliquam umbram faciat; neve ullus, qui primæ ſuæ Domus baſis conſcius ſit inveniatur. Horum abortorum, ac licentioſæ fortunæ genium publicè Imperator Maximianus expreſſit. Primo enim facinore abſtulit à Mundo quotquot in Tracia eum fuiſſe upilionem, bubulcumque cognovêre. Neque quenquam Nobilem in ſua aula admiſit. Si autem eam inopinatò aliquis intrabat, illum exprobans, ad ſuorum tantum pedum ſervitia admittebat. Sapientiſſimus Politicorum Magiſter, & Princeps ajebat, *eſt malum quod vidi ſub Sole, quaſi per errorem egrediens à facie Principis, poſitum ſtultum in dignitate ſublimi & Divites ſtare deorſum*. Sed con- Eccleſ. cap. 10.

trarium illi boni Principes jure meritò operantur, qui ſanè non aliunde magis ac magis eorum Nobilitatem argumentari invigilant, niſi à claritate & magnitudine ſibi aſſiſtentium. Quem morem ſecutus Trajanus, meritiſſimè in laudem ejus ajebat Plinius. *Nullam in eo gloriam ponit, quod ſit omnibus major niſi ij maximi fuerint, quibus major eſt. Tu major omnibus quidem es, ſed ſine ullius diminutione major.*

Plin. in Paneg.

Hinc quamplurimi aſſiduè vigilavêre, ne aliquot Nobiles, in pauperiem redacti, omninò vileſcerent. Numquam Nero ob inopiam Nobilium miserè obijſſet, ſi regimen, quod luſtro uno laudabiliter tenuit, omninò perfeciſſet; *Et Senatorum nobiliſſimo cuique, ſed à re familiari deſtituto annua Salaria & quibusdam quingena* ſemper *conſtituiſſet.* Auguſtus ut Familiam Hortenſij remitteret, pauperi Nepoti Hortulano Uxorem Divitem tradidit. Quinimò *Conſulares inopes quingentis annuis ſeſtertijs ſuſtentavit.* Sic Alexander Severus *Pauperes juvit honoratos; agris, ſervis, animalibus, gregibus.* Sic Nerva, Trajanus, Valentinianus, ac Theodoſius non tantum nobiles pauperes, verum etiam bona ipſa, eorumque facultates varijs privilegijs ditâvere. Nam perſuaſos proculdubio ſe habebant, majorem gloriam lucrandam fore, unicam antiquam familiam conſervando, quam tres, vel quatuor noviter inſtituendo, atque illuſtrando. Pro hoc tantum paupertatis demerito non abſque magno ſui culminis dedecore, expulit nonnullos Tiberius à Senatu; niſi tamen illi ſuorum patrimoniorum culpabiles diſſipatores extiterint: quod videtur Tacitus annuere, hæc de Tiberio inquiens. *Ut honeſtam innocentium paupertatem levavit, ita prodigos, & ob flagitia egentes movit Senatu.* Et convenit proculdubio affirmare, id ob hanc rem Tiberium effeciſſe; propterea quod inter dogmata, ac documenta politica hoc maximè obſervavit, ut onera digniora tam belli quã pacis Nobilioribus Miniſtris conferrẽtur. *Ut ſatis conſtaret non alios potiores fuiſſe.* Nam excellens Equitum nativitas, inſtar Solis, oculis omniũ, eminentiori gradu illis Lunæ ac ſtellarũ, aliorum quidem inferiorum illico innoteſcit. *Nobilitas* ſiquidem *eſt noſcibilitas, pollens in hominibus nota, & inſignis maximè*

Suet. cap. 10.
Tacit. 15, annal.
Tacit. 2, ann.
Suet. cap. 17.
Lamprid. in ejus vita.
C. de feudis limitrophis.
Tacit. lib. 2. añ.
Idem loc. cit. l. 4.
Secundum aliquod apud Creſol. in Miſtago.

Et quidẽ nonniſi Princeps Turcha eſſet, aut verus Macchiaveliſta (cujus barbarica dogmata maximè ex hac parte Scythicam Tirannidem hucuſq; Principibus multis nomine tantum Chriſtianis ſuadent, fovent) qui optimam hanc, ordinatamq; politicam reſpueret, atque è ſua domo elongaret, Turcharum ſiquidem Monarchia, quæ ad æternam Schiſmatum Heroum Chriſtianorum infamiam magis ac magis viget, adeò Tarquinij Regis lectionem, quam ille filium ſuum docuit (nimirum humilioribus herbis altiora papavera efficiendi æqualia) apprehendit etiam uſu diuturno con-

Turcicum imp. Nobilium hoſtis ac ideo barbarũ.

conſervat, ut non minus viliſſima mancipia quam ſupremos Baſſa intueatur. Ipſa enim ſolam Principis gratiam pro Nobilitate recognoſcit. Semperque ſedulò invigilat, ut uniuſcujuſque magnitudo poſteritate non germinet, ne Parentum fortuna, atque auctoritas, filijs demandata, ſapere antiquitatem incipiat, & alicujus novitatis ſit cupida. Decreſcentem Lunam habet pro inſigni Rex Othomanus; & tamen ſuo vult in Cælo ſimul Solē eſſe, ne ante ejus faciē ſydus aliquod reperiatur, luminis perpetuitate coruſcans. Impiè ſcit, natos à Principibus difficillimè ſervorum obedientiæ ſuccumbere. Aqua ipſa ad totius ſuæ gravitatis contumeliam tantum quærit aſcendere, quantum deſcendit. Sanguines generoſi omne aliud præter ſubjectionem ſervilem influunt. Conſumptâ ab igne Trojâ, ac in cineres redactâ, exul & profugus unus videatur Aſcanius, qui inter ſervi facinora quietem haud inveniat, donec Italum Regnum, in Aſia deperditum, firmaret. Regis Othomani inſigne.

Quem Pater Æneas, & Avunculus excitat Hector Virgil, Æneid.

Athenienſium Oſtraciſmus quotquot in illorum Republica pluſquam ſatis ſuper alios eminentiâ potiebantur citò & ſine ulla mora è vitæ ligamentis diſſolvebat. Roma cum hoc non adverterit, pluries Marij, Sillæ, Craſſi, Pompeij ac Cæſaris tyrannidem paſſa eſt. In regimine etiam Monarchico pauciſſimi inveniuntur, qui ſcirent inter proſperitates uti moderamine, ac ventis nimium ſecundis antennas demittere. Idcirco docet Ariſtoteles, quod pro conſervando Principatu haud pati deberi, aliquē nimium ditari, nimiaque auctoritate ſupereminere. Lib. Polit. Et ſanè ſtabiles Francorum Comites, Magnique Alcantaræ & Calatravæ in Hiſpania Magiſtri pluries ea perdendi regna occaſiones dedere. Rarò aliquis Populus ſine aliquo Nobili, à quo regatur, rebellionem molitur. Pueri ac Mulierculæ tumultus ordinatim excitant (ſicut accidit in Regno noſtro præteritis annis) machina tamen eorum potentioribus cerebris aſſervatur. Antiquæ Neapolis revolutiones majori ex parte à Principibus Tarentinis, ac Salernitanis, & à Ducibus Roſſanenſibus, & Seſſæ, atque ab alijs illius florentiſſimi Regni Magnatibus directæ fuerunt. Totum id, quod partim politica hæc determinat (nempè, quod nunquam ſubditis quantumvis excellentibus permittenda ſit auctoritas valdè magna, ac ſupremæ nimis propinqua, ne facillimè tentarentur hanc ſuperare, ac deprimere) omninò admittendum eſt, & abſque ulla controverſia concludendum. Cætera verò, undè ſua indigniſſima documenta Macchiavellus ſumpſit, quibus Principes in Tyrannos tranſmutantur, tanquam rationi, prudentiæ, & experientiæ adverſa reſpuenda cum Eccleſia Catholica ac deteſtanda ſunt. Quod enim ſunt Terræ Montes, ſunt etiam Monarchiæ Nobiles, qui etiam à Deo creati ſunt. *Tanquam quædam Telluris compages ad impetus domandos, fluctuſque frangendos, ac minimè quietas partes cohercendas.* Plin. lib. 36. hiſt. nat. cap. 1.

EXCURSUS IV.

Nobilitas antiquiſſima Auſtriacæ Domus radicitus, ſeu ab origine variè contra adverſarios demonſtratur.

RЕſtat modò ut ordinatè, ac ſuccinctè, ablata quamplurium ſcriptorum confuſione, & prolixitate, à priori, ſicut aiunt Dialectici, præclariſſimam, atque antiquiſſimam Sereniſſimæ Auguſtiſſimęque Gentis Auſtriacæ originem oſtendamus: ne amplius ejus æmuli, & adverſarij obmurmurent, ſed potius obmuteſcant: eorumque mendacia, terrarum Orbi ſub falſis atque effictis argumentis expoſita refutentur.

SECTIO I.

Recitantur X. Opiniones de origine Domus Auſtriacæ, tres probabiles, ſeptem verò ſingulares & improbabiliſſimæ.

DEcem OPiniones extant de origine Gentis Auſtriacæ. Duæ principaliores, & contrariæ. Tertia probabilior: VII. verò ſingulariſſimæ. Sed ut dubia, & obſcura à minus dubijs, & minus obſcuris ſecernamus, advertendum, quòd ex his X. Opinionibus circa initia Auſtriacæ Familiæ duæ extremæ principem locum habent, priorque antiquior, poſterior verò recentior exiſtimatur. Alia autem neutri illarum adhæret, quinimò utrique acerrimè adverſatur. Septem deindè conſequentes, quorum duæ à prima, quatuor verò à ſecunda ſententia emerſere, ita ſingulares ab hiſtoricis judicantur, ut nullam fidem efficere poſſe autument, ac propterea penitus reijciendas eſſe arbitrentur.

I. Opinio. Itaque prima, ac principalior Opinio Italum ac regium ſanguinem reſpicit, qui ex Athlante Italiæ Rege per ejus filium Dardanum in Aſiam citeriorem translatus, illinc denuò ididem, undè exivit, reverſus eſt per Æneam Trojanum, è cujus Sobole Romæ fundatores orti ſunt, ac ſtirps Julia propagata: Ex qua deindè ſucceſſivè unam poſt aliam (nunquam ſerie generationum prorſus extinctâ, ſed tantum nomine mutatâ) Julianam, Familiam, Aniciam, Perleoniam, Habsburgicam, atque Auſtriacam traditur derivaſſe.

II. Opinio. Secunda verò Opinio, quæ commemoratam acriter impugnat, ac deridet, in Sceptris Regum Francorũ ſuas radices firmat per Faramundum ad Merovingos, ad Clodoveum, ad Reges Auſtraſiæ, ad Habsburgiorum Comites, ad Principes Auſtriæ.

III. Opinio. Tertia nullo habito reſpectu ad has extre-

mas

mas ſententias intra Alemanniæ terminos in partibus Helvetiæ adeo includitur, ut alibi pedes dirigire maximè formidet.

Septem verò opiniones ſingulares hæ ſunt. Prima veluti ab ipſo Mari, ex quo omnia flumina prodire Sacræ Scripturæ teſtantur, exorſa, nempè à Noacho, à quo poſt Cataclyſmum univerſum humanum genus tanquam à fonte deſcendit; per Cham ſecundògenitum paternis devotum diris ad Scythas gaudenteſque cæde Sicambros ſiniſtrorſum flexa in Francos & Gallos provoluitur. Unde quaſi per varios ſcopulos, Scyllæque ſaxa ſumma opinionum varietate, & inconſtantia turbidè delata, & tandem in Alberto Rudolphi I. Imperatoris Patre cum prima opinione coincidens, pariter deinceps cum ea, & quaſi uno alueo ad modernos uſque Auſtriæ Archiduces prolabitur. Itaque principiũ radicemq; hujus Arboris Genealogicæ ſecundũ hoc placitũ tantũ alijs, ſecundæ ac principalioris ſentẽtiæ ſectatoribus, qui non ita in altum evecti ſunt, plurimum diſplicuit: non autem ramum illum, intra fines Galliæ extenſum, unde ipſi Genealogiam Auſtriacam deindè contexêre.

I. Opinio ſingularis. Seifrid. lib. 1, c. 1. pag. 2.

Arbitratur Vulgus (& quidem falſò) fuiſſe nimirum primum hujus Commenti auctorem Hieronymum Gebuillerum. Nam Cuſpiniano in hoc credendum, ſcilicet illud Joannem Stabium adinveniſſe, Mathematicum Hiſtoricum, & Poetam Maximiliani I. Imperatoris: A quo deinde totum hoc figmentũ mutuatuit Gebuillerus, illudq; Cæſari vendidit Ferdinando tanquam ſuum. Maximilianus idem Stabij inventionem tanquam fæcundi ingenij partum admiratus eſt, ac collaudavit. Tandem autem, re penitus perſpecta, eam vetuit cenſuitque abrogandam. Cujus rei & auritus, & oculatus teſtis extitit Joannes Cuſpinianus, qui proximè ante Catalogum Ducum Auſtriæ ex gente Habsburgia, hæc de ſe ipſo refert. *Audivi ego coràm D. Maximilianum ſæpius loquentem cum meo Stabio. Tu me ex Arca Noe deducis? Et Stemmatis originiſque meæ Auctorem tribuis Cham, tertium ſcilicet* (error eſt, vult dicere ſecundum) *Filium Noe, qui pudenda patris detexit? quaſi ex radice non bona poſſit produci ſtirps bona, & fertilis; cum tamen mala arbor nunquam bonum producat fructum. Et licet Stabius acutè D. Cæſari multis aulicis adſtantibus reſpondiſſet (nam haud vulgariter amabatur à Cæſare, quod omnibus conſtat, & compertum eſt) tamen Cæſar poſtea dixit: Caveas hanc ignominiam mihi & poſteris meis inuere, qui mihi iraſcentur, & alij exerta lingua me ſubſannabunt. Ceſſavit indè Stabius à tali, tantaque adulatione.*

Cuſpin. in deſcript. Auſtriæ.

Seifrid. ib. cap. 2 pag. 5.

Cuſp. loc. cit.

Repræhenſio Maximiliani I. in Joannem Stabium.

Porrò hujuſmodi conſopitum figmentum rurſus in lucem revocavit, ut ſupra dictum eſt, Hieronymus Gebuillerus tempore Ferdinãdi Regis, & Caroli Imperatoris: quem cùm idem Cuſpinianus de alieno, ſurreptitioq;

partu ſugillâſſet,tali inſignivit cauterio. *Quod ſi Carolus* (inquit) *Cæſar & Rex Ferdinandus tantas aſſentationes (quibus ineſcantur Principes ab adulatoribus, qui frontem perfricuerunt Corvis peiores) inaudierint, credo Equidem (ut ſunt candidi Principes) nollent ſeduci, ac tales audire nugas, quas etiam mediocriter docti ſubſannant, & derident.* Stumphius quoque idem Gebuilleri Stabijzantis ſomnium explodit (unde falſò, & ſine ullo fundamento antiquior Opinio, quæ ſola tunc temporis vigebat impugnatur) redarguit hoc modo. *Miror*, inquit, *hominem in hujuſmodi mero figmento contexendo non doctorum & antiquitatis peritorum virorum judicium, & cenſuram reveritum eſſe. Cogitandum enim illi fuiſſet, Caroli V. Imperatoris Progenitores proculdubio etiam eruditos homines & Hiſtoriographos penes ſe habuiſſe, qui eorum Genealogiam ea qua potuerunt induſtria perveſtigarunt. Qui tamen omnes ad Nobiliſſimam Romanæ Vbis ſtirpem generis eorum originem retulere.* Hæc Joannes Stumphius, & plura alia, in quibus candidè fatetur ante Stabium omnium Hiſtoricorum, qui de gente Habsburgia Auſtriaca ad fidem ſcripsêre unam, explicatamque fuiſſe ſententiam, eam nimirum à Romanis oriundam eſſe.

Loc. cit.

Joañes Stumph. de Gebuillero in Chron. Helveticorum.

Vanus labor Stabij oſtenditur ab Auctore.

Adde etiam, vanum riduculumque laborem Stabij ingenium ſuperabundans ex duplici alio capite amplexum eſſe. Nam primò ſi ulterius, ac magis altè originem Auſtriacorum Principum ipſe perquiſiviſſet, facili negotio per X. alios generationis gradus rectâ lineâ à Protoplaſte Adamo, à quo tota humana Natura ſuam Sobolem recognoſcit, Auſtriacam deduxiſſet Familiam. Propterea quod ex Adamo natus eſt Sethus, ex Setho Enos, ex Enos Caina, ex Caina Malaleel, ex Malaleele Jared, ex Jarede Henochus, ex Henocho Mathuſalemus, ex Mathuſalemo Noemus, & ex Noemo Cham ſecundus genitus poſt Sem. Sicque Stabius omnes profectò docuiſſet, quod idem eſſet quærere initia ſtirpium à tribus filijs Noemi, ex quibus *nati ſunt, poſt diluvium* alij poſteri, per quos *diviſæ ſunt Inſulæ gentium in regionibus ſuis, unuſquiſque ſecundum linguam ſuam, & familias ſuas in nationibus ſuis*; quam eas ab Adamo deducere, ſerie non interruptâ, atque pares antiquitate, & nobilitate demonſtrare. Quamobrem ſecundum Stabij placitum facta comparatione inter Plebeios, Auſtriacos, & Gallos Reges poſſent ſinguli homines illud Minutij ſibi uſurpare. *Omnes pari ſorte naſcimur, ſola virtute diſtinguimur.*

Gen. cap. 5.

Gen. c. 10.

Minut. in Octaviano.

Deinde cum à Cham, unde Gens Habsburgica Auſtriaca ex Stabio natus ſit Chus primogenitus, & à Chus Nemrod ſextò genitus, *qui cæpit eſſe potens in terra, & erat robuſtus venator coram Domino, fuit tamen*

Gen. ib. c. 10.

prin-

principium regni ejus Babylon, conſequæretur, quod radix Arboris Auſtriacæ vix ab uno indigno exorta principio, ſtatim malum fructum Nemroti Cham Nepotis oſtendit, ex quo prima Mundi Tyrannis principium habuit. Id quod juſtè Maximilianus in Stabium exprobavit illis verbis *quaſi ex radice non bona &c.*

Secunda Opinio ſingularis eſt Joannis Stumphij citati. Hic auctor etſi inficiari non poſſit Habsburgiorum gentem à Romanis oriundam eſſe, nimis tamen alté petita eorundem tradit primordia, adeò ut non ſolum veteres etiam Habsburgios, ſed & omnes Altenburgicos Comites ab una eademque ſtirpe Romana propagatos affirmet: quorum majores ex præſidiarijs militibus ad Vindoniſſam veterum Romanorum Coloniam conſediſſe, arcemque Altenburgum extruxiſſe opinatur. Ejuſdem omninò Opinionis eſt Franciſcus Guillimannus in ſuo Habsburgiaco, quem miror nullam Stumphij feciſſe mentionem, cum tamen penè omnia, quæ in hanc ſententiam affert, ab eo ſit mutuatus. Verum huic peculiari Stumphij opinioni, præterquam quod omnes ij auctores adverſentur, qui Comites Altenburgicos ab Auſtraſiæ Regibus derivant: tum maximè repugnat Albertus Agentinenſis, qui à duobus fratribus Romanis (ut alibi ſuo loco dicemus) nō Comites Altenburgicos, ſed omnes Habsburgios poſtea proceſſiſſe commemorat: manifeſtéque ſupponit antè eorundem fratrum in Germaniam adventum, jam caſtrum Habsburg exædificatum fuiſſe, ut infra demonſtrabitur. Quare cùm plures Altenburgi Comites in Helvetiæ oris floruerint ante conditum à Rapatone caſtrum Habsburg, ut ipſe fatetur Stumphius, conſequitur fratrum illorum, à quibus Habsburgij Auſtrij ſunt oriundi, in Germaniam migrationem multò recenſiorem eſſe, quam ut ad majores Comitum Altenburgicorum referri poſſit. Sunt præterea, inquint Seifridus, multa alia valdè idonea ad convellendam hanc opinionem, ſed alibi infra aptius ex inſtituto, quàm hic in alieno loco ex occaſione inſerentur.

II. Opinio ſingul. Stumph. in magnis Annal. Helv. lib. 7. c. 12.

Seifr. lib. 1. c. 6.

Franc. Guill. lib. 2. cap. 2.

Excurſ. ſequen.

Loc. cit.

Arbitror ipſe, loquendo de Guillimanno, ideò eum non Sectatorem Stumphij, ſed potius ejus voluntariæ ſententiæ Auctorem ſe oſtendiſſe, ut ſuum ingenium magis commendatum redderet: eo quia rationem adinvenerit explicādi aliquo pacto veriorem, ut putat, primæ Opinionis ſenſum, quam animo non eſt auſus negare propter ejus antiquitatem, & auctoritatem. At quidem tunc quando Guillimannus ſuis appendicibus majorem fidem huic opinioni, ab unico tantum ore prolatæ, dare debebat, quia *in ore duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum*, prorſus eam omni fide expoliavit, ac in ſua ſingularitate reliquit. Nec ego minus voluntarium aſſertum Guillimanni putarim, quam ipſe primæ opinionis ſententiam, ab alijs ſincerius explicatam, ſed ab eo tanquam ſomnium, ac figmentum habitam. Oſtendat ipſe ſi poteſt illorum preſidiaro-

Auctor in Guillimannum.

2. Corinth. 13.

rum Militum,ſive,ut ipſe loquitur,præfectorum,Gubernatorum,Miniſtrorumque Romanorum genitos,horumque filios, ac poſteros, ſicut oſtendit (licet nimis obſcurè heſitanter,& longiſſimè) parentes. Oſtendat & clara monumenta, quibus probet Comites Vindoniſſenſes, Altemburgenſes, Habsburgienſes uſque ad Rudolphi I. Cæſaris Progenitores ab illis traxiſſe originem. Alioqui illud parum veritatis,quod ipſe concedit principaliori ſententiæ,ſecundum ſuum placitum explicatæ,longius ſanè dicerem à ratione,quam totum id, quod eidem alij ſcriptores innumeri tribuunt,Auſtriacam gentem à ſtirpe Perleonum Romanorum deducentes.

Argumentum ad hominem.

Demum nimis inconſideratè labitur Guillimannus,dum extorto judicio trahere ad ſuam ſententiam conatur Ulricum Krieg, Albertum Argentinenſem (pro quo in Arnoldum Vionem Belgam ſuperbè invehitur) & alios nonnullos veteres. *Qui*,inquit,*cum ita ſcriberent, neque Romanæ Hiſtoriæ cognitionem aliam haberent,ea mens,& opinio fuit,ſemper inſita vulgo,cui nihil admirabile aut egregium,niſi ex conditoribus Romanis,aut Auctoribus.* Quæ quidem interpretatio omninò diſcordat à mente horum ſcriptorum,ut ſuo loco videbitur,imò directè ei opponitur: & ideò potius aereum vaticinium, quam aſſertum hiſtoricum ea dicenda eſt,ac propterea omninò reijcienda.

Aliud inconveniens Guillimanni.

Lob. cit.

Tertia Opinio ſingularis minus altè quam illa Stabij progreditur, coinciditque aliquo modo cum prima exprincipalioribus quantum ad originem ex Troianorum ſtirpe per Antenorē: Non autem per illū, qui Patriam prodijſſe exiſtimatur, quiq; captâ Troiâ,adjunctis ſibi Henetis & Paphlagonibus in intimum Maris Adriaticiū ſinū ſe ſe cōtulit,ibique Urbem condidit non procul à Mari,eamque de nomine ſuo Antenoriā appellavit, poſtea Pataviū,& hodie dicta eſt Padua. Sed per eū,qui parens extitit Marcomiri. Licet poſtea ad Sicambros,& Gallos tractū Stabij perſequendo & etiam ad Principes Bavaros provoluatur,nō autē ad Romanos. Hujus ſententiæ Auctor Caſpar Scioppius videtur eſſe. Qui deſcribens genus Paternum, & Maternum Cæſaris Ferdinandi II. in quadam breviſſima tabula Genealogica, ipſam eidem Principi dedicavit. Ac inſuper annuit, ſe ad manus librum habere excudendum (hunc librum ipſe nondum vidi) in quo ſe demonſtraturum fatetur,interMajores Ferdinandi directa,& perpetua alterutrius ſexus ſerie Imperatores plus quadraginta, & Reges C C C. & amplius contineri.

III. Opinio ſingularis Caſparis Scioppij.

Ordo ergo Scioppij incipit ab Antenore ex poſteritate Dardani, & Priami,Regum Troianorum, Rege Cimeriorum ad oſtiā Danubij occiſo ann. CCCCXL. ante Chriſtum natum. Hinc immediatè grados ſexdecim enumerans,per totidem Reges (nempè per Marcomirum, Antenorem alium,Priamum Sicambrorum Regem, Helenum, Dioclem,Baſanum Regem,& Pontificem,Clodomirum,Nicanorem,Marcomirum II.Clodium I.

Genealogia Scioppij.

An-

Antenorem II. Clodomirum II. Merodacum, Caſſandrum, & Antarium) uſque ad Regem Francum, à quo Sicambri dici cœperunt Franci, deſcendit. Sed ulterius iterum Scioppius progrediens à Rege Franco uſque ad Clodionem Crinitum Regem enumerat XIX. Reges, & Duces IV. Nimirum Clodionem Regẽ Francorum, ſeu Sicambrorum, quo regnante natus Chriſtus, Marcomirum III. Clodomirum III. Antenorem IV. Ratherium, Richimirum, Odomarum, Marcomirum IV. Clodomirum IV. Farabertum, Sunnonem, Childericum, Bartherum, Clodium II. Guallherum, Dagobertum, Genebaldum Ducem Francorum Orientalium, fratrem Clodionis II. & Clodimiri V. Regum, Dagobertum Ducem, Clodium Ducem, Marcomirum Magnũ Ducem, Pharamundum primò Ducem, ac deinde Regem, & Clodionem Crinitum Regem.

Ultimò Scioppius perveniens ad Reges Meroveum, & Albericum, ita canit.

Sic genus amborum ſe ſanguine ſcindit ab uno.

Atque dividens Genealogiam per duo latera æqualiter, ex una parte ſequitur genus Auſtriacum à Meroveo uſque ad Otbertum Comitem Vindoniſſæ, Habsburgi veteris, & Altenburgi (undè gradus omnes probat Franciſcus Guillimannus uſque ad Rudolphum I. Imperatorem) ac per gradus 37. qui cum memoratis numerum 76. conficiunt, ab hoc Otberto ad Ferdinandum II. Cæſarem finem ponit. Sed in ſecundo latere genus Ducum Bavariæ per gradus 36. enumerat à præfato Alberico Rege uſque ad modernos Electores. Sicq; terminũ facit ad Mariam Uxorem Caroli Archiducis, Sororem Guillelmi Religioſi Ducis Bavariæ, amitam Maximiliani Magnanimi Ducis Boiorum. At ubi collocat in gradu 13. Bernardum Comitem Legenfeldenſem, hæc habet in margine, *Bernardi poſteros uſque ad hodiernos Bavariæ Duces luculenter aſſerit Chriſtophorus Genuoldus Conſiliarius Bavarus in Genealogia Boiarum, & in Adverſar. Hiſtor. Boiar. niſi quod in Luithaldi Ducis Patre allucinatus eſt.*

Negat tamen Guillimann⁹ Otbertum hunc ex gente Gallicana derivare.

Quæ quidem Opinio quantum ad illam partem, unde videtur eſſe ſurculus ſententiæ Joannis Stabij, qui etiam, ut diximus, ad Sicambros greſſus ſuos direxit, ſingularis, ac nullius fidei dicenda eſt. Eo vel maximè quia ſecunda ſententia principalior, ac communior, relictis Pharamundi Regis Progenitoribus magis propinquis, ne inter mille ambages implicetur, ab hoc Pharamundo genus Auſtriacum incipit. Et licet antiquior, ac celebrior Opinio etiam à Troiano ſanguine per Æneam Regem (unde gens Aniciana, & Perleonia) Sobolem Habsburgicã Auſtriacam traxerit, ut inferius patebit, nihilominus concors multorum Auctorum calamus eam ab omni ſingularitate eximit, ac aliquali fide veſtit: atque minus difficulter probat, Æneæ progeniem per Romanos poſteros, quam Antenoris

Reijcitur aliquãtulum Opinio Scioppij.

ris

ris per Sicambros, & Gallos Comitibus Habsburgenſibus, ac Auſtriacis Principibus communicatam eſſe.

IV. Opinio ſingularis.

Seifrid. lib. 1. cap. 6. pag. 77.

Ennodius ex ſtirpe Anicia.

Quarta Opinio ſingularis ab Alberto de Bonſteten adinventa eſt. Ipſe enim generis originem Proſapiæ Habsburgicæ Auſtriæ ad Scipiones retulit. Sed cum nullas afferat rationes, aut teſtimonia, quibus opinionem ſuam ſtabiliat, non audemus in re tam incerta certi quippiam affirmare. Si tamen conjecturæ aliquis eſt locus, fortè cum prima ſententia ex tribus principalioribus ad Avienos Fauſtos reſpexit: ſiquidem & ipſi Anicianæ ſtirpis fuiſſe videntur germen; quos conſtat auctoritate Ennodij, affinis eorundem, inter majorum ſuorum imagines Scipiones etiam numerâſſe.

V. Opinio ſingularis.

Guill. cap. 3. & 4. lib. 1. Gans. in arb. 1. pag. 2.

Quinta Opinio ſigularis eſt Leudeſij Gebuilleri, qui ab Attico Sueviæ, ac Alſatiæ Duce per Nepotem ſuũ Adelbertum initia familiæ Habsburgenſium Comitum, Archiducumque Auſtriæ deducit. Legantur Guillimannus, & P. Joannes Gans Societatis Jeſu adhuc ſuperſtes, & Confeſſarius Cæſareus. Quam quidem ſententiam cum etiam Lazius ſequatur, qui majori ſuorum Anteceſſorum inconſtantiâ hinc inde caput diviſit, meritò voluntaria dicenda eſt tam ab Auctoribus primæ Opinionis extremæ, quam ab alijs ſecundæ Opinionis, qui ordine conſueto, inferius ſuo loco apponendo, gradus omnes generationis conſtituunt.

VI. Opinio ſing. Loc. cit, cap. 6.

Sexta Opinio ſingularis eſt haud paucorum apud Joſephum Gruenbeck citatum à Seifrido. Hi namque inter ſe diviſi, alij à Julia, alij à Fabia gente Habsburgios Auſtrios derivârunt. Ex Julia quidem ſtirpe qua ratione Habsburgij Auſtrij deſcendiſſe videri poſſint, libro ſecundo Seifridus, primæ ſententiæ principalioris ſectator acerrimus, atque egregius illuſtrator, demonſtrat, & ipſe cum eo ſuo proprio loco etiam demonſtrabo. De Fabia verò Gente nullum extat, quod ſciam, inquit Seifridus, ne levis quidem conjecturæ indicium.

VII. Opinio ſingul. loc. citatis.

Septima Opinio ſingularis nunc ab Hugoberto (quem Gans Ducem, Guillimannus PreſidemTransjuranum vocat) nunc à Griffone Pipini Baſſi filio Habsburgiorum Auſtriacorum Donſum trahit. Pro prima parte hujus opinionis citatur Reginus, pro ſecunda vero citantur alij: quibus nonnullorumvariæ ſententiunculæ ſunt adjunctæ, quæ omnes ſanè improbabiliſſimæ viſæ ſunt.

SECTIO II.

Prima ac Principalior Opinio de Origine Domus Auſtriacæ à Gente Romana Perleonia.

Franc. Guill. in Habsb. lib. 1. c. 1. Roho l. 1. Anal. Seifrid. l. 1. c. 1. & innumeri receſſ. communiter.

ITaque duæ ſunt extremæ inter Hiſtoricos atque adverſæ ſententiæ, ſeu capitales aſſertiones, Genealogiam modernorum hucuſque Principum Auſtiæ texentes. Quæ quidem opiniones cum à diverſis radicib⁹ oriantur, tandemque poſt multos enumeratos gradus in unum coaleſcant,

Pytha-

Pythagoricam literam,ſive Jordanem ſacrum flumen,qui(ut D. Hieronymus tradit) ex duobus diverſis fontibus *Ior & Dan*, in unum confluentibus nomen accepit; adumbrare videntur.

Prima dextrorſum pergens, ab Italia per Romanam Gentem gradum facit,ac tandem in genus Habsburgicum,& inde Auſtriacum progreditur. Secunda verò ſiniſtrorſum abiens, intra fines Galliæ circumit, ac Reges Francos perluſtrans, eorum ſanginis rivulos uſque ad Rudolphum I. Imperatorem Comitem Habsburgenſem,& exinde uſque ad modernos Principes Auſtrios ſecum ducit. Sed quia nonnulli Reçenſiores neutram harum ſententiarum amplectuntur, quinimò acris argumentis vexant, & vel nunquam benè probatas, vel malé ac voluntariè adinventas deriſoriè oſtendunt;tertiã viam,quã ſecuriorẽ fatentur,ingreſſi ſunt,ut in ſuo ꝓprio loco liquebit. Nihilominus in hac re tantã ſententiarũ varietatẽ,tot intricatas diſceptationes,tot hucuſque, & in dies compacta volumina,ac inter ſcriptores ſcopuloſas ambages reperio, quod non mirũ,ſi cum nõ amplius velint calami acquieſcere, Africano more ſemper aliquid novi utrinque libris demandare, ac magis magiſq; incertiſſimã reddere hiſtoricã veritatem deſudant. Et quod peius eſt nunc ſepenumero antiquiora Auctorum ſcripta parvifaciunt, nunc haud paucà argumenta chimericè fabricant, & nunc multa tanquam novi vaticinatores obſcurè indicant. Demum Scholaſticisferè altercationibus inter ſe aggrediuntur,atque irriſionibus,increpationibus,maliſque verbis inhoneſtè viciſſim ſe mordent. Diſſidium maximum inter ſcriptores harum opinionum invenitur.

Mihi quidẽ ſatis erit eodem pondere,numero,& menſura tres has ſententias afferre, quã tradunt Hiſtorici, & per quam unuſquiſque colligere poterit,quæ illarum erit probabilior, queve ſecurior. Curabo etiam in qualibet opinione propriam Genealogiam ordinare uſque ad Rudolphum I. Imperatorem: tandemque Chronologicè ab hoc Rudolpho uſque ad recenſiores Auſtriæ Principes omnes generationes ſerie aliqua novâ, brevi ac diſtinctâ enumerare. Mens Auctoris quæ in hac parte.

NOTANDUM I.

In quo tribus modis traditur regula pro ſolidè conficiendis Genealogijs.

Sed ante quã hujus primæ ſententiæ ſinceriſſimã proferã explicationẽ, duo adnotare propoſui, nimis ſanè congrua ad planè ejus intellectum innoteſcendum. Primus eſt. Experientia omnibus conſtat, quod vita hominum mortalis ita à Deo incertis, ijſque valdè anguſtis limitibus circumſcripta videtur, ut nullus mortalium aut rarus inter Regnantes repeçiatur, cujus ætas ultra quartum generationis gradum excreſcat. Scimus enim antiquiora temporum, eventorumque monumenta perluſtrando, vetuſtiſſimas Monarchias Hinachidum Argis, Herachlidum Micenis, Pritaneorum Corinthiis, Cecropidum Athenis, Arſacidum Partis, Perſidum, & Duo Notanda. Primum. Ex Seifrid. ibid. cap 5. Ex P. Theſauro S. J. Paneg. 1. Antiqui Monarchæ qui.

Achemenidum, Thebanorum, & Phocenſium, Corinthiorum, Moloſcorumque, nunquam rectâ maſculorum lineâ ad quartum hæredem perveniſſe abſque inopinatarum tragediarum interventu; etſi in Uxorum multitudine ſuorum Principum ſoboles arctiſſimè inſederit.

Ad quas familias Imperium Occidentis ab Italia translatũ.

Aquila Imperialis Imp. Orient. quot nidos cõmutavit.

Aliorum Regnorum ad exteras ſtirpes trãslatio.

Volat ſanè *irrepabile tempus*, ac ſuper ſpherarum rotas, jugi motu circumeuntes, fila, ut ajunt, fatalia Principum veluti in alabro pervoluens, annorum ferè ſexcentorum curſu Regna, Regéſq;, Principes, ac Principatus, ſimulque Imperia, & Imperatores everſi ſunt. Ejus profectò invicta tyrannis Occidentis Italiç imperium funditus proſtravit, illudque ad Franconas, ab his verò ad Suevos, ſed à Suevis ad Auſtrios, deindè ad Bavaros, ultimóque iterum ad Auſtrios (pro cujus Pietate hucuſque in eorum genere mirificè conſervatur, multis jam ſanguinis gradibꝰ tranſactis) ſaltuatim tranſtulit. Quot nidos inter Bulgaros ac Saracenos, inter Comnenos Barbarorũ & Iſaachos, inter Latinos, & Paleologos (uſq; dũ eũ, ut frangatur, in Othomanorũ capite Deus pro peccatis noſtris cadere reliquit) Imperij Orientalis ſanguinea ac lacera Aquila non cõmutavit? Nonne ſimul Anghliæ Regnum, ab armis Europeis ſejunctum, inſtar ludi pilæ per ſex alias reſilijt familias? Nonne Luſitanorũ Regiæ, triũ fæcundarũ Mulierũ tot legitimis circumdata Succeſſoribus, qui alienis ſpebus oſtium penitus ocluſerant, exteros Reges tempus velox introduxit: atque iteratis ſuæ falcis ictibus antiquam Aragonenſium Arborem, fructus omnes in gremio Germanæ fortunæ deijciens, terræ ſtravit? Quot Reges utriuſque Siciliæ ferus Equus, phræna rumpens, mordens, calcibus digladians, ac furenti motu ſaltans è Stella miſerrimè projecit? Abhorruit namque ſex Normandos, tres Suevos, quatuor Angioinos. Abhorruit Ungaros, Græcos, Aragonenſes uſq; dum dulcibus Auſtriacorum Principum loris omninò manſueſceret.

Principalium familiarum Italiæ, Principatuumq; defectio.

Nullus eſt in noſtra Italia Principatus, qui annis ſexcentis, aut propter extermas invaſiones, aut propter factiones internas, aut propter Mortis invidiam, inſigue non mutâſſet & nomen. Eradicavere Scaligeri Bonacorſos, ut Mantuæ Gonzagos inſererent: expulere Viſcontes ſcaligeros, ut Caracenſes Veronæ introducerent. Defecere Mediolano Viſcontes in tertio Sobolis gradu: ac per ſex tantum ex Sforziæ ſtirpis Principes aſcendêre. Truncæ viſæ ſunt ambæ lineæ Aledramorum, ac Paleologorum Montisferrati; illa enim in decimo, hæc vero in ſeptimo hærede finem habuit. Vrbini Quercus in quarto ramo radicitus areſcit. Fractum Bentivoliorum Bononiæ Sceptrum Friderico hæreditarium prorſus remanſit. Ac demum potentia Rangonum Mutinâ, Rubeorum Parmâ, Azzonum Marchiâ, Gambacortarum Piſis, Baglionum Peruſiâ, Varanorum Camerino, ac Populoniâ (hodie Plumbino) Appianorũ funditus defecit. E quibus familijs ſi hucuſque remanet aliqua, perſimilis ſacræ Lucani arbori, quæ ſolum propter vetuſta trophea veneranda, non autem propter antiquum

vigo

rigorem viridis *ſtat magni nominis umbra*, omninò conſpicitur. Lucanus apud eundē Theſaur.

Hinc colligitur, neminem atavi, abavi, vel tritavi ſui, ac multò minus aliorum antiquorum Progenitorum habere poſſe memoriam, quæ non aut ex majorum traditione, aut ex aliquo antiquitatis monumento, aut ex certa ſcriptorum Auctoritate, & fide ſit petita. Quare ea demum Genealogiæ ſeries ſolida, & cohærens erit, quæ aliquo horum trium modorum vinculo eſt cōnexa. Quod ſi verò hi modi defuerint tum primùm conjecturis eſt locus: inter quas principem ſedem obtinent maximamq; habent probabilitatem quæ ex proprijs ipſarum familiarum agnominibus depromuntur. Nam quæ à Regnis, Provincijs, Caſtris, alijſque locis impoſita ſunt, familijs agnomina, cum ea pro multiplici Dominij illorum locorum translatione ad plures diverſaſque ſtirpes transferri poſſint, non poteſt ex ijs ſolidum & efficax deſumi argumentum.

Regula pro ſolidè conficiendis Genealogijs ex Seifrid. ibidem.

Itaque ea dumtaxat firmiſſima probatiſſimaque Genealogiæ texendæ ratio erit, quæ certa hiſtoriæ fide ſubnititur: quæ fides, ut diximus, vel in majorum traditione, vel in antiquitatis, & literarum monumentis ſita eſt. Sicut autem fides hiſtorica plurimùm ipſa vetuſtate ſtabilitur, adeo ut ſit maxima, ſi rem ipſam, quam tradit, ætate adequet; magis verò magiſque infirma cenſeatur, quò ab illis rei memoria pluribus temporum intervallis eſt remota: ita etiam omnis de Genealogicis rebus controverſia maximè antiquiſſimorum adſtipulatione teſtium definitur.

Vetuſtas ad fidē Hiſtoricam firmandā ſatis efficax.

NOTANDUM II

Per quod removentur IV. errores, in quos lapſi ſunt ſectarij hujus primæ ſententiæ.

ERrores aliquot, quorū præcipui ad plurimū quatuor ſunt, inter Auctores, & Aſſeclas, ſeu ſectarios hujus primæ ſententiæ exorti, anſam præbuere adverſarijs eam deridendi, ac reſpuendi: Qui tamen priuſquam ejus antiquitatem, atque auctoritatem ſpernerēt, & ad ſtirpem Gallicanam recurſum haberent, debebant omni ſtudio, ac labore perquirere, num ſcilicet aliquo fundamento ea innitebatur; ne in re tanti ponderis leves reperti eſſent, ac propterea ab alijs deindè vigilantioribus hiſtoricis inpoſterum ſubſannarentur.

Aliquot errores amovuntur ab hac prima ſententia.

PRIMUS ERROR.

PRimus Error, ac præcipuus, & principalior eſt circa conſtructionem Caſtri Habsburgij, quando ſcilicet, & à quo ipſum fuerit in Ergovia conditum. Qui tradiderunt contra hiſtoricam demonſtrationē, antiquioribus monumentis fundatam, primos Habsburgij Caſtri, & tituli conditores & Auctores fuiſſe Perleones, non ſolum à veritatis ſcopo aberrare

Primus Error.

Seifrid. lib. cit. cap. 7.

viſi ſunt, verum etiam ipſi maximè adverſarijs occaſionem dedere, ut illam quam ſequebantur ſententiam Chymericam ac fabuloſam exiſtimarent.

Miror tamen, quod Pater Joannes Gans ex ſacro Jeſuitarum cætu Theologus & Confeſſarius Cæſareus Ferdinandi III. aliorum erroribus ſit deceptus; & *cæcus* cæcos ſequens cum illis quoque *in foveam* inadvertentiæ lapſus ſit. Ipſe namque dū inter Poëtarum comēnta probatiſſimā, ac ſyncerißimam Alberti Argentinenſis Auctoris laudatiſſimi hiſtoriā in hac re enumeraret, ex una Franciſci Guillimanni veritate, inferius citanda, unam falſam conſequentiam his verbis etiam deduxit: Unde fabuloſum, inquit, quod Albertus Argentinenſis in Chronico de duobus fratribus Romanis exulibus, quorum ſenior prædia, junior Caſtrum Habsburgum condiderit, quemque Pater aliquanto poſt viſitârit, & animoſam ipſius nobilitatem, atque induſtriam in hoc commendârit. Hæc ille. Fabuloſum planè aſſertum Albertus expreſſiſſet, ſi affirmare auſus eſſet, advenas exuleſque Perleones Caſtrum extruxiſſe Habsburgicum. Quod certè diligens Auctor non fecit, hæc enim ejus ſunt formalia verba. *Requirens autem de Iuniore* (Pater dumtaxat) *quid egiſſet, illum ſe in fortißimam quandam munitionem collocâſſe vidit, & juſſis omnibus Vaſſallis ſuis cum eorum liberis maſculis optimè armatis venire ad Montem, ubi Caſtrum Habsburg eſt collocatum, illuc patrem traducens, illam fortium multitudinem oſtendit, quos & omnes eorum poſteros maſculini ſexus ſuæ poſteritati fideles fore ſperaret, &c.* Si Pater Gans legiſſet Joannem Seifridum, quem modo etiam dum adhuc vivit poteſt legere, tam ſanè apertè in aliorum deceptiones minimè incidiſſet. Inquit enim Seifridus. Hujus autem Opinionis præcipuus, ſed non prim⁹ Auctor fuit Raphael Volaterranus, quem ſecuti ſunt Hieronymus Bardi, Arnoldus Wion, & alij Recenſiores. Qui ſentiunt Habsburgum à Perleonibus Romanis aut de novo extructum, aut certè in eodem loco, ubi fuerat primum illud Rapatonis, reædificatū: & ob memoriam tum primi nominis, tum etiam Aventini Montis Avenburgum appellatum; quod poſtea (uti uſu evenire ſolet) ex corrupto loquendi more in Habsburgum fuerit commutatum.

Cæterum (ſequitur Seifridus) hi Auctores occaſionem in hanc veniendi opinionē ſumpſiſſe videntur ex eodem Alberto Argentinenſi, decepti ipſius modo loquendi. Nam cum ejus orationis ſtylus valdè incultus ſit & humilis, uti illud ſæculum ferebat, plurimiſque refertus idiotiſmis, ipſi ejus dictionem cultiorem reddere volentes, propter ſermonis elegantiam aliquo modo à tramite veritatis receſſerunt. Vbi enim in antiquis exemplaribus legitur: *Requirens autem de Iuniore quid egiſſet, illum ſe in fortißimam quandam munitionem collocaſſe vidit.* Quæ verba ipſi, ut cum prioribus magis cohærerent, ſic verterunt.

Allucinato P. Jo. Gans.

Lucæ cap. 6.

In ſuo arbor. in ann. ad arbor. v.

Apud Guill. Seifr. & alios com.

Hujus primi erroris Auctores vide ſect. 1. excur. 6.

Loc. cit.

Requi-

Requirens autem à Iuniore quid cum ſua ſubſtantia egerit, ille ſe omnem in unam munitionem fortiſsimam collocâſſe reſpondit. Quæ verborum ſententia plus omninò quam prior amplectitur: in illa enim ſignificatur tantum, juniorem in Caſtrum quoddam munitiſſimum ſe recepiſſe, ibique ſedem fixiſſe: in hac verò eum omnem pecuniam à Patre acceptam in extruenda Arce munitiſſima expendiſſe, quod omninò præter mentem eſt M. Alberti. Imò diligentius rem conſideranti facilè apparet, ſupponi ab Alberto Caſtrum illud munitiſſimum jam excitatum fuiſſe contra Volaterranum, ajentem de filijs Petri Leonis exulibus *Caſtrumque in eo loco Auenburgum deindè excitarunt*, ante quam in illud ſe reciperet junior Petrus Leo. Vol. lib. 23. Antropologiæ.

Quod etiam ex eo fit manifeſtum, ſiquidem ante eorundem Perleonum in Germaniam adventum plures Comites ab eodem Caſtro Habsburg, in Ergovia ſito, cognominati reperiuntur; ut non ſolum antiqua eorundem monumenta in Murenſi Cænobio, quæ allegat Gebuillerus, ſed & veteres Helvetiorum Annales teſtantur.

Verùm omnem hac de re dubitanti ſcrupulum exemit Franciſcus Guillimannus, qui producto in lucem teſtamento Verneri Habsburgenſis Comitis & Epiſcopi Argentinenſis, quod factnm eſt anno Domini 1027. multò antequam Perleones in Alemanniam tranſmigraſſent, omninò Caſtrum Habsburg à Rapatone, ſeu Rathboto ſumptibus & expenſis prædicti Verneri, fratris ejuſdem, antequam nimirum Vernerus à Conrado II. Imperatore per ſpeciem honeſtiſſimæ legationis Conſtantinopolim in exilium mitteretur, conditum, & ædificatum fuiſſe. Franc. Guill. in Habsburgiaco, lib. 4. c. 5.

Sed ex hoc non ſequitur (probant alij Recenſiores) quod adverſarij contendunt, poſteriores dumtaxat Habsburgios Auſtrios Principes à veteribus illis paterno genere propagatos eſſe. Oſtendunt enim (ſicut etiam probat quotidianum experimentum) poſſe contingere, ſæpiuſque contigiſſe, ut alijs in nomen ac bona ſuccedant, eademque inſignia ac titulos uſurpent, quamvis prioribus nullo cognationis, aut neceſſitudinis vinculo jungantur. Seifr. lib. 1. c. 7.

II. ERROR.

SEcundus Error capitalior circa tempus, quo maximè veritas Hiſtorica innititur, verſatur: quando ſcilicet Perleones in Alemanniam ad Suicerinas oras ſeceſſerint. Opinio Seifridi magis veritati accedit quam illorum ſententia, quæ demonſtrat, aliquot ex Perleonibus tempore Alexandri III. circa annum 1177. ſub Friderico I. Ænobarbo per ſeditionem Româ coactos exceſſiſſe. Sed ille probabilius oſtendit hoc illis eveniſſe ſub Eugenio III. ann. 1145. imperante Conrado III. Quod fuſius ſect. 2. excur. v. patebit. At quidem neque hic error, neque primus ad obolen- II. Error.

viſi ſunt, verum etiam ipſi maximè adverſarijs occaſionem dedere, ut illam quam ſequebantur ſententiam Chymericam ac fabuloſam exiſtimarent.

Allucinato P. Jo. Gans. Miror tamen, quod Pater Joannes Gans ex ſacro Jeſuitarum cœtu Theologus & Confeſſarius Cæſareus Ferdinandi III. aliorum erroribus ſit deceptus; & *cæcus* cæcos ſequens cum illis quoque *in foveam* inadvertentiæ lapſus ſit. Lucæ cap. 6. Ipſe namque dũ inter Poetarum commenta probatiſſimã, ac ſynceriſſimam Alberti Argentinenſis Auctoris laudatiſſimi hiſtoriã in hac re enumeraret, ex una Franciſci Guillimanni veritate, inferius citanda, unam falſam conſequentiam his verbis etiam deduxit. In ſuo arbor. in ann. ad arbor. v. Unde fabuloſum, inquit, quod Albertus Argentinenſis in Chronico de duobus fratribus Romanis exulibus; quorum ſenior prædia, junior Caſtrum Habsburgum condiderit, quemque Pater aliquanto poſt viſitârit, & animoſam ipſius nobilitatem, atque induſtriam in hoc commendârit. Hæc ille. Fabuloſum planè aſſertum Albertus expreſſiſſet, ſi affirmare auſus eſſet, advenas exuleſque Perleones Caſtrum extruxiſſe Habsburgicum. Quod certè diligens Auctor non fecit, hæc enim ejus ſunt formalia verba. Apud Guill. Seifr. & alios com. *Requirens autem de Juniore* (Pater dumtaxat) *quid egiſſet, illum ſe in fortiſſimam quandam munitionem collocâſſe vidit, & juſſis omnibus Vaſſallis ſuis cum eorum liberis maſculis optimè armatis venire ad Montem, ubi Caſtrum Habsburg eſt collocatum, illuc patrem traducens, illam fortium multitudinem oſtendit, quos & omnes eorum poſteros maſculini ſexus ſuæ poſteritati fideles fore ſperaret, &c.* Si Pater Gans legiſſet Joannem Seifridum, quem modo etiam dum adhuc vivit poteſt legere, tam ſanè apertè in aliorum deceptiones minimè incidiſſet. Inquit enim Seifridus. Hujus autem Opinionis præcipuus, ſed non prim⁹ Auctor fuit Raphael Volaterranus, quem ſecuti ſunt Hieronymus Bardi, Arnoldus Wion, & alij Recenſiores. Hujus primi erroris. Auctores vide ſect. 1. excur. 6. Qui ſentiunt Habsburgum à Perleonibus Romanis aut de novo extructum, aut certè in eodem loco, ubi fuerat primum illud Rapatonis, reædificatũ: & ob memoriam tum primi nominis, tum etiam Aventini Montis Avenburgum appellatum; quod poſtea (uti uſu evenire ſolet) ex corrupto loquendi more in Habsburgum fuerit commutatum.

Loc. cit. Cæterum (ſequitur Seifridus) hi Auctores occaſionem in hanc veniendi opinionẽ ſumpſiſſe videntur ex eodem Alberto Argentinenſi, decepti ipſius modo loquendi. Nam cum ejus orationis ſtylus valdè incultus ſit & humilis, uti illud ſæculum ferebat, plurimiſque refertus idiotiſmis, ipſi ejus dictionem cultiorem reddere volentes, propter ſermonis elegantiam aliquo modo à tramite veritatis receſſerunt. Vbi enim in antiquis exemplaribus legitur: *Requirens autem de Juniore quid egiſſet, illum ſe in fortiſſimam quandam munitionem collocaſſe vidit.* Quæ verba ipſi, ut cum prioribus magis cohærerent, ſic verterunt.

Requi-

Requirens autem à Iuniore quid cum ſua ſubſtantia egerit, ille ſe omnem in unam munitionem fortiſsimam collocâſſe reſpondit. Quæ verborum ſententia plus omninò quam prior amplectitur: in illa enim ſignificatur tantum, juniorem in Caſtrum quoddam munitiſſimum ſe recepiſſe, ibique ſedem fixiſſe: in hac verò eum omnem pecuniam à Patre acceptam in extruenda Arce munitiſſima expendiſſe, quod omninò præter mentem eſt M. Alberti. Imò diligentius rem conſideranti facilè apparet, ſupponi ab Alberto Caſtrum illud munitiſſimum jam excitatum fuiſſe contra Volaterranum, ajentem de filijs Petri Leonis exulibus *Caſtrumque in eo loco Auenburgum deindè excitarunt,* ante quam in illud ſe reciperet junior Petrus Leo.

Vol. lib. 23. Antropologiæ.

Quod etiam ex eo fit manifeſtum, ſiquidem ante eorundem Perleonum in Germaniam adventum plures Comites ab eodem Caſtro Habsburg, in Ergovia ſito, cognominati reperiuntur; ut non ſolùm antiqua eorundem monumenta in Murenſi Cænobio, quæ allegat Gebuillerus, ſed & veteres Helvetiorum Annales teſtantur.

Verùm omnem hac de re dubitanti ſcrupulum exemit Franciſcus Guillimannus, qui producto in lucem teſtamento Verneri Habsburgenſis Comitis & Epiſcopi Argentinenſis, quod factnm eſt anno Domini 1027. multò antequam Perleones in Alemanniam tranſmigraſſent, omninò Caſtrum Habsburg à Rapatone, ſeu Rathboto ſumptibus & expenſis prædicti Verneri, fratris ejuſdem, antequam nimirum Vernerus à Conrado II. Imperatore per ſpeciem honeſtiſſimæ legationis Conſtantinopolim in exilium mitteretur, conditum, & ædificatum fuiſſe.

Franc. Guill. in Habsburgiaco, lib. 4. c. 5.

Sed ex hoc non ſequitur (probant alij Recenſiores) quod adverſarij contendunt, poſteriores dumtaxat Habsburgios Auſtrios Principes à veteribus illis paterno genere propagatos eſſe. Oſtendunt enim (ſicut etiam probat quotidianum experimentum) poſſe contingere, ſæpiuſque contigiſſe, ut alijs in nomen ac bona ſuccedant, eademque inſignia ac titulos uſurpent, quamvis prioribus nullo cognationis, aut neceſſitudinis vinculo jungantur.

Seifr. lib. 1. c. 7.

II. ERROR.

II. Error.

SEcundus Error capitalior circa tempus, quo maximè veritas Hiſtorica innititur, verſatur: quando ſcilicet Perleones in Alemanniam ad Sueerinas oras ſeceſſerint. Opinio Seifridi magis veritati accedit quam illorum ſententia, quæ demonſtrat, aliquot ex Perleonibus tempore Alexandri III. circa annum 1177. ſub Friderico I. Ænobarbo per ſeditionem Româ coactos exceſſiſſe. Sed ille probabilius oſtendit hoc illis eveniſſe ſub Eugenio III. ann. 1145. imperante Conrado III. Quod fuſius ſect. 2. excur. v. patebit. At quidem neque hic error, neque primus ad obolen-

dum hujus primæ ſententiæ nomen, & ad ejus abradendam veritatem adverſarijs alicujus notæ ſufficiens eſſe poterat. Diſcordant ſanè Auctores circa tempus, quo D. Petrus Apoſtolus Romam venit, & tamen quod Romam venerit ſententia communis eſt, quæ ab ea ſcriptorum diſcrepantia in favorem Hæreticorum infirmari non poteſt. Nam ſæpiſſimè accidit (ſicut Bellarminus advertit) ut conſtet de re, & non conſtet de modo, vel alia circumſtantia. Conſtat apud Chriſtianos Chriſtum eſſe mortuum in Cruce pro nobis: tamen maxima diſcordia eſt de tempore quo mortuus eſt. Tertullianus, Clemens, Alexandrinus, & Lactantius docet Chriſtum mortuum ann. 15. Tiberij, ætatis autem ſuæ ann. 30. Ignatius ad Trallianos, Euſebius in Chronico, & alij dicunt eum anno ætatis 33. & Tiberij 18. crucifixum. Onuphrius, Mercator, & aliquot recenſiores anno ætatis ſuæ 34. Chriſtum paſſum eſſe volunt. Irenæus contendit, Chriſtum ferè ad annum quinquageſimum perveniſſe, proinde non ſub Tiberio ſed ſub Claudio paſſum eſſe. De die quoque ac menſe, quo Chriſtus mortuus eſt, tanta eſt veterum, & recenſiorum diſcordia, ut adhuc ſub judice lis ſit, legatur Clemens, qui multas opiniones refert. At numquid propterea negabimus Chriſtum eſſe paſſum?

Bellar. de Rom. Pont. lib. 2. c. 5.

Lib. contra Jud. Lib. 1. Strom. Lib. 4. Div. Inſt. cap. 10.

Lib. 2. cap. 39.

Lib. 1. Stromat.

Pari ratione cum conſtet impletas eſſe in Chriſti Paſſione hebdomadas Danielis; tamen plurimæ ſunt opiniones de tempore, quo incipiant, & quo deſinant. Item de annis Regum Perſarum, de annis Samuelis, Saulis, aliorumquè nonnullorum Principum Judæorum, de annis Imperatorum, & Pontificum Romanorum. Denique de annis Mundi, qui hactenus fluxerunt, tot ſunt ferè ſententiæ, quot Chronologi. Num igitur propterea dicemus Reges Perſarum non fuiſſe, Samuelem non præfuiſſe, Imperatores, & Pontifices nunquam extitiſſe: & mundum ipſum non incepiſſe, vel non duraſſe uſque ad hanc diem?

Diſcordia ergo ſcriptorum, concludit Bellarminus, argumentum eſt falſitatis quantum ad id, in quo diſcordant. quia neceſſario aliqui ex diſcordantibus falluntur. Sed ſicut diſcordia in præſentibus (utrum ſcilicet aliqui ex ſtirpe Perleonia Romana ſe, exulando, in Helvetiam tranſtulerint tempore Alexandri III. vel potius Eugenij III. & utrum ipſimet Caſtrum Habsburgum conſtruxerint, vel nec ne) ſignum eſt falſitatis alterutrinque; ita concordia ſumma ſcriptorum multorum, quod nimirum hi Perleones in Helvetia fuerint, ac ultimorum Comitum Habsburgenſium ſtirpem fundaverint, ſignum eſt veritatis. Eo vel maximè quia hodie nondum hujus error temporis viget.

Loc. cit.

III. ERROR.

Tertius Error eſt circa illos Equites Perleones, qui exilij cauſa in Ergoviam ſe contulêre. Fuiſſe eos duos fratres, nulla eſt inter ſectatores hujus ſententiæ diſcrepantia. Solum circa unius Preſulatus, ac alterius nomen

III. Error.

men controvertitur. A meliori ſententia hi duo Germani fratres vocati ſunt Rudolphus, & Albertus Dives. Primus oſtenditur creatus Præſul Argentorati ann. 1161. quo in honore cum annos decem & octo exegiſſet, tandem juſſu Alexandri III. eo quod cognitum fuiſſet ipſum Epiſcopum vitio factum, Epiſcopatu ſe abdicavit, reliquumque vitæ apud fratrem tranſegit. De ejus Epiſcopatu meminerunt Raphael Volaterranus, Antonius Vacca I.C. Romanus, Hieronymus Bardi, Arnoldus Wion, & alij.

Seifrid. lib. 1. c. 11.

Rudolphus, & Albertus Dives Fratres Perleones in Ergovia.

Dices: cum nulla de hoc Rudolphi Argentoratenſi Epiſcopatu fiat mentio apud antiquiores hujus ſententiæ Auctores, nempè apud Albertũ Argentinenſem, & Henricũ Gundelfingenſem, evidenter conſequitur, dubium ſanè, ac ſuſpectum videri poſſe, tam id, quod ad officium Præſulatus attinet, quam illud, quod ejus transmigrationem reſpicit. Cui objectioni egregiè occurrit Seifridus, ſimulque errores varios nonnullorum prodit his verbis. Immò, inquit, ſatis perſpicuè apparet totum hoc, quod de alterius fratris Epiſcopatu aſſeritur, ſicut illud de extructo ab iiſdem Caſtro Habsburg, omninò ex Hiſtoria Vernarij, primi Habsburgici Caſtri conditoris, depromptum eſſe. Quem conſtat multis annis ante Perleonum in Germaniam adventum, Argentoratenſi Eccleſiæ præfuiſſe. Illud ſanè, ait, compertum habeo, Ulricum à Clingenberg, & Albertum à Bonſtetten prædictam Vernarij hiſtoriam cum Alberti Argentinenſis narratione prorſus confudiſſe. Unde factum eſt, ut etiam planè ac in re diverſa ab Alberto Argentinenſi ſcriptis ſuis prodierint, varioſque lapſi ſint in errores.

Objicitur.

Reſpondet Seifrid. loc. cit.

Porrò alterum fratrem natu minorem Lazius & Arnoldus Wion Petrum nominatum tradunt. Sed præterquam quod, inquit Seifridus, nullius Petri memoria reperiatur, qui fuerit Comes Habsburgenſis, ex publico inſtrumento manifeſtè conſtat, Petrum hunc Rudolphi fratrem ac Leonis Maximi Petri de Leone filium Romæ extitiſſe, publiciſque monumentis ſubſcripſiſſe, cum jam ante ſeptennium duo fratres ejus Vrbe exacti in Alemanniam conceſſiſſent. Quare tota hujus rei perveſtigatio ad ipſam temporis rationem tanquam ad Lydium quendam lapidem curatius exploranda erit: quippè quæ omnium rerum controverſarum, quæ fide hiſtorica ſubnituntur, certiſſima quædam regula eſt, & norma.

Laz. Comment. in Famil. Auſtriacam lib. 1. cap. 1. Wion parag. 13.

Vrbe ergo expulſis, vel etiam ſpontè cedentibus duobus filijs ſupradictis Leonis Maximi anno commemorato 1145. in Alſatiam, acceptâ à Patre ingenti pecuniâ, commigrarunt. *Patre autem*, inquit M. Albertus citatus, *poſt aliquot annos filios viſitante, cum vidiſſet ſenioris prædia ab eo empta, ejus prudentiã commendavit. Requirens autẽ de juniore &c.* Explicans Seifridus hujus viſitationis tempus, eam incidiſſe in ann. Chriſti 1152. qui fuit annus ſeptimus poſt duorum ejuſdem filiorum ab Vrbe diſceſſum, optimâ conjecturâ oſtendit. Nam, inquit, intra hoc temporis ſpatium

In Chronico ſuo circa principiũ.

Loc. cit. cap. 10.

Quando Leo maximus duos filios ſuos in Helvet. viſitavit.

tium facilè ea omnia fieri potuerunt, quæ poſt eorum migrationem facta eſſe deſcribit Albertus Argentinenſis. Quod probat egregiè, duobus adductis inſtrumentis ex Arnoldo Wione, è quorum ſecundo etiam colligit, Juniorem fratrem ex illis duobus, qui in Germaniam commigrârunt, non fuiſſe Petrum Leonis filium contra Lazium, & Arnoldum præfatum.

In primo, ac publico Inſtrumento, quod ipſo Leone ſuperſtite erectum fuiſſe conſtat, & quod ex Archivo Monaſterij S. Gregorij in Vrbe exceptum, edidit Arnoldus Wion, intendit probare Seifridus, ſolitum fuiſſe præfatum Leonem primo loco inter Perleones, & ſtatim poſt Frangipanes ſubſcribi. Inquit enim: *In nomine DOMINI, Anno Dom. Incarn. M.C.XXXIX. Anno verò Pontificatus Innocentij II. Nono indict. ij Menſis Aprilis die quarta. Ego Petrus Monaſterij S. Andreæ Apoſtoli & ſanctiſſimi Gregorij Confeſſoris in Cliva Scauri, humilis Abbas, prædeceſſorum meorum Venerabilium Abbatum, prudentiam ſequens; in Concilio Lateranenſi in Eccleſia S. Salvatoris ſolenniter habito, præſidente Domino noſtro Papa Innocentio & conſedentibus Cardinalibus, & conlateralibus Epiſcopis, tribus quoque Patriarchis Antiocheno, Aquileienſi, atque Gradenſi, Archiepiſcopis, Epiſcopis & Abbatibus in magno numero congregatis, Canonicam & Legalem feci querelam ſuper Oddone de Polo, qui violenter & ſacrilegè invaſerat caſtra Monaſterij & detinebat ipſum, videlicet Polo, Juſtinianum, & Guadaviolum; quia Dominus Papa multis & gravibus extraneorum qui convenerant, impeditus erat negotijs, cauſa ita poſt Concilium eſt dilata. Unde ego non modicum ſollicitus, cum prædictus Oddo etiam Urbe ſtudiosè ſe ſubtraheret, poſteà per Joannem Scrinarium illo præſente, ante eundem Pontificem, præſentibus Cardinalibus & Epiſcopis, præſente quoq; Theobaldo Præfecto & nobilibus, viris Urbis Centio & Oddone Frajepane, Leone Petri Leonis, cum fratribus ſuis Centio Guidone &c.*

Inſtrum. Publ. ex Archivo Monaſt. S.Gregorij in Urbe Seifrid. ibi. pag. 59.

In ſecundo verò inſtrumento, quod extractum eſt ex quodam antiquo Vaticano volumine, & editum à Centio S. R. E. Camerario, qui poſtea Pontifex creatus, Honorius III. dictus eſt, & adhuc, ut Wion ſcribit in Bibliotheca Palatina ſervatur, oſtendit apertè, quod in eo duo Leonis filij ſubſcripti reperiantur, ipſius verò nulla fiat mentio. Sic enim ſe habet. *In Nomine DOMINI, Amen. Anno Dom. Incarn. M.C.LII anno octavo Domini Eugenij Papæ III. Indictione 15. Menſis Julij, die 27. Ego quidem Rainerius, licet indignus, Abbas Venerabilis Monaſterij*

Inſtrum. Publ. ex Biblioth. Vaticana.

Beati

Beati Salvatoris de Monte Annato, &c. Et infra circa finem. *Quam ſcribendam rogavi Andream Scrinarium S. R. E. in menſe, & Indictione ſupra ſcripta 15. ſignum manus ſupradicti Domini Eugenii ſummi, & Venerabilis Pontificis & in ſacratiſsima ſede B. Petri Apoſtoli PP. III. conductoris hujus PP. rog.*

Centius Frajapanis egregius Romanorum Conſul.
Oddo Frajapanis, Sereniſsimus Romanorum Conſul.
Joannes Frajapanis, filius D. Centij Rom. Conſul.
Stephanus de Theobaldo: Jacintus D. Papæ Dapifer.
Joannes Petri Leonis egregius Rom. Conſul.
Gratianus Filius Obicionis Petri de Leone Rom. Conſul.
Petrus Leonis Petri de Leone Rom. Conſul.
Stephanus infans filius Stephani de Theobaldo.

Hic Ordo videtur nō caſu, ſed gradatim poſit⁹.

Et alij quamplurimi teſtes ſubſcripti ſunt, quos longū eſſet hic enumerare.

Ex primo adducto Inſtrumento patet, Leonem maximum ſolitum fuiſſe inter Perleones ſubſcribi, ut dictum eſt, & ſtatim poſt Frangipanes: In hoc verò ſecundo idem Leo ſubſcriptus non reperitur. Quare non erit abſurdum conjectare cum Seifrido, illum eo tempore, quo prædictum publicum Inſtrumentum erigebatur, minimè Romæ præſentem fuiſſe. Ac proinde, cum alias nihil obſtare videatur, ipſum profectum eſſe in Germaniam ad duos ſupra memoratos filios ſuos viſitandos. Erat namque tunc temporis jam tranquillitas Eccleſiæ & Urbi reddita, pacem inter Eugeniū Pontificem & Romanos conſtituta: & vix dum Fridericus Conrado in Imperium ſucceſſerat, qui tunc temporis æquo adhuc in Eccleſiam Romanam erat animo. Liberè itaque ac tutò hoc tempore (anno ſcilicet 1152. quo prædictum Vaticanum inſtrumentum erectum eſt) Leoni licuit per Italiam in Germaniam iter facere, quod ei minimè licuiſſet per Fridericum ſub Adriano & Alexandro Pontificibus Romanis, qui uti eorundem Pontificum ita etiam Perleonum, & Frangipanum, qui ijſdem fideliſſimè adhæſere, extitit capitalis hoſtis.

Loc. cit.

Hæc conjectura melior ſanè videtur quam prima.

Neque enim Leo ante commodè ac tutò ab Urbe abfuiſſe potuit, flagrante eâ civili ac inteſtino bello, neque in tam brevi annorum ſpatio filij ejus in Germania tot bona ac prædia, totque clientes comparare potuêre, quot eos poſſidere Pater invenit. Poſt hunc verò annum iter in Germaniā facere minimè tutò potuiſſe videtur, magno jam cum exercitu Italiam intrante Friderico, rurſuſque tumultuantibus Romanis Arnaldiſtis, de quibus infra. Immò ſub Hadriano omnes vias ac aditus ex Germania in Italiam per Fridericum obſeſſos ac interclusos fuiſſe, ne aliquis inde ad ſedem Apoſtolicam accederet, aut Limina Apoſtolorum viſitaret, literæ Hadriani ad Epiſcopos Germaniæ contra Fridericum datæ, ſunt teſtes.

Apud Radevicū in Friderico lib. 1. cap. 15.

Affectus etiam,& ſollicitudo paterna idipſum perſuadent: quæ proculdubio animum Leonis pervicêre, ut primam eamque oportunam captaret occaſionem, filios, longè ab ipſo & extra patriam conſtitutos, inviſendi.

Quia verò in eodem ſecundo Inſtrumento Petrus Leonis filius cum alio fratre Obicione ſubſcriptus non reperitur, conſequitur juniorem fratrem ex illis duobus,qui in Germaniam ſe tranſtulêre,non fuiſſe hunc Petrum,ſed alium, nempè Albertum Divitem,ut modò dicemus. Advertat tamen Lector,errores quoſdam in hoc ſecundo Inſtrumento irrepſiſſe forte vitio librariorum,quos non animadvertit Arnoldus Wion, nam pro anno Pontificatus Egenij octavo,ſignatus eſt quartus, qui fuit annus Chriſti ſupra milleſimum & centeſimum quadrageſimus octavus, quo anno Eugenius Papa in Gallis poſitus Rhemis Concilium celebravit, & non ante Menſem Octobrem ad vicina Romanæ Eccleſiæ pervenit, ut egregiè animadvertit Card Baronius. Similiter etiam ipſam Indictionis notam eâdem incuriâ & vitio in eodem Inſtrumento depravatam eſſe conſtat, ſiquidem indictio prima, quæ ibidem notata habetur, primum à Menſe Septembri anni illius currentis numerari cœpta eſt,& adhuc Menſe Julio duravit Indictio decima quinta, uti omnibus eſt compertum,qui veram numerandæ Indictionis rationem callent. Sed communem veterum monumentorum naufragium eſt,ut in ratione,& nota temporis, facilè damnum patiantur cum incuria aut inſcitia librariorum, tum maximè ipſa vetuſtate hujuſmodi omnia tineis adminiculantibus corrodente & conſumente. Fatendum tamen eſt in antiquis monumentis notam Indictionis ſæpius anticipatam reperiri,ita ut non à Septembri, ſed à Januario ejuſdem anni cæpta ſit numerari,quod & in Epitafio Leonis Maximi, inferius adducendo, eſt videre.

Errores II. inſtrumenti allati deteguntur.

Baron.ex S.Bernardo in Malachia.

Quod autem attinet ad fratrem alterum, Leonis Maximi filium, ac natu minorem, hunc Caſtrum Habsburg habitâſſe auctoritas Alberti Argentinenſis,& Henrici Gundelfingenſis cogit affirmare. Quomodo autem ipſe vocabatur ex eo fit planum,quod eo tempore ann. ſcilicet 1152. duo reperiuntur, qui à Caſtro Habsburg cognominati floruerunt: nimirum Vernerus Comes Habsburgius, & Adelbertus Dives: quorum ille obijſſe traditur anno 1159. vel ut Guillimannus putat, anno 63. hic verò Vernero ſuperſtes Comitatum Habsburgium tenuit uſque an annum 99.

Seifrid. lib. cit. cap. 11.

Guill. in Habsburg. loc. cit.

De Vernero certum eſt ipſum non ex Perleonia,ſed ex Comitum Vindoniſſenſium ſtirpe profectum. Albertum autem cognominatum Divitem ex Perleonum ortum diſertis verbis Gundelfingenſis tradit: quod quidem omnes etiam ij auctores conſequenter affirmare cenſendi ſunt, qui Rudolphi I. Imperatoris genus ad Perleones retulêre, ſiquidem certo certius ex ipſius Rudolphi teſtificatione conſtat,Albertum hunc Divitem ejus proavum fuiſſe. Fidem facit publicum Inſtrumentum,quod ex Ar-

chivo Monaſterij Maris Stellæ acceptũ Joannes Stumphius Chronico ſuo intexuit, ac Seifridus reſcripſit in Arbore Aniciana, *datum ann. Dom. 1259. 16. Kal. Novemb. Indict. 3. Alexandro Papa IV. Romanam Eccleſiam gubernante.* Propè finem illius Inſtrumenti hæc inquit Rudolphus Landgravius Alſatiæ nec dum in Regem Romanorum electus, ſimul cum Rudolpho Canonico Eccleſiæ Baſilienſis, Gotfrido, & Eberhardo fratres ejuſdem Landgravij Patrueles. *Quidquid juris habemus in prædictis univerſis & ſingulis bonis & hominibus tam nos, quam bonæ recordationis progenitores noſtri Comites, videlicet Albertus, mihi Landgravio Pater, nobis tribus fratribus patruus, Rudolphus Avus, Albertus Proavus, &c.* Chron. magñ lib. 7. cap. 12. Loc. cit. c. 11.

Itaque Rudolphus in hoc Inſtrumento, ejuſque Patrueles non ſolum prædictum Albertum Divitem Proavum ſuum nominant; ſed etiam dum progenitores ſuos enumerant, à quibus poſſeſſiones, & latifundia in Helvetiæ oris ſita hereditate acceperant, in hoc Alberto tanquam in ſupremo familiæ ſuæ capite ſubſiſtunt. Inſuper dum Rudolphus, ac patrueles ejus tam curatè genus ſuum repetunt, & non altius quam à Proavo, manifeſtè inſinuâſſe videntur, ſe plures ac vetuſtiores progenitores, qui Comites Habsburgij fuiſſent, & à quibus illa bona ab ijſdẽ jure partim proprietatis, partim infeudationis ab Imperio acquiſita ſucceſſione & hæreditate accepiſſent, in illis partibus minimè habuiſſe: neque fuiſſe è ſtirpe veterum Habsburgiorum oriundum, ſed tantum ab illa Perleonum Romanorum. Id quod etiam inſinuaſſe videntur literæ tam Othocari Boemiæ Regis (apud M.S. quod extat in Bibliotheca Monaſterij S. Crucis, à quo Cuſpinianus pleraque, quæ de Auſtrijs Principibus ſcripſit mutuatus videtur) miſſæ Henrico Burggravio, quam reſponſio hujus ad Othocarum; & etiam Rudolphi I. Imp. epiſtolæ, ſuperius in 1. excurſu adductæ. Optima ſanè conjectura. Superius hæ literæ per extenſum reſcriptæ ſunt.

Igitur Annalibus Helvetiorum, & Hiſtoria Alberti Argentinenſis collatis in unum, & ad eam, quam ſupra ſtatuimus temporis rationem comparatis, præſentis controverſiæ nodus ſic conſtitui poſſe videtur. Nam in primis quod is, qui circa hæc tempora Comitatum obtinuit Habsburgium, nuncupatus fuerit Adelbertus, ſeu Albertus (quod contractiori, ac pulchriori nomine idem eſt) produnt Annales Helvetiorum, & tacet Argentinenſis: quod autem idem gente Romana fuerit oriundus, eáque Perleonia, tacent Annales, & produnt, primum quidem Argentinenſis, alterũ verò Gundelfingenſis. Advertentia cõſideranda.

Deindè Annales quidem referunt dictum Comitem Albertum, Divitem cognominatum, Argentinenſis verò cauſam tradit. Nam & principio dum ex Urbe eliminarentur, cuilibet dictorum fratrum immenſam pecuniam à Patre datam affirmat: ac deinde Juniori magnum ab eodem theſaurum tranſmiſſum aſſerit. Itaque cum Albertus præter bona ac præ- Congrua interpretatio.

dia, ad Comitatum Habsburgienſem pertinentia, tanto theſauro eſſet locupletatus, non immerito Dives dictus eſt & fuit.

Loc. cit. Alb. Hiſtor. Auſtriac. cap. 16.

Verum quoniam eo loco res eſt conſtituta, ut inter apocryphorum acervos arbitri confidentes, quæ fabuloſa inſtar leviſſimarum palearum exufflare, quæ verò probatæ Fidei tanquam ſolida grana ſecernere neceſſe habeamus, obvijs, inquit Seifridus, accipimus manibus, quod ab Alberto Barone de Bonſtetten, hac in re memoriæ traditũ eſt, acceptum, ut ipſe ait ex veteri traditione, nimirũ minorẽ natu ex fratrib' illis duobus Romanis, qui generis Habsburgici auctores extitere, Albertum nuncupatum fuiſſe: in cujus Alberti conjugio, cum idem Auctor tradat, Comitis Brigantini unicam filiam vixiſſe, & ab his poſteriores Habsburgi Comites propagatos, ſatis patenter indicavit, id de Alberto Divite interpretandum eſſe.

Ibid. cap. 18.

IV. ERROR.

IV. Error Volat. & Arnol. Wionis qui primo viam aperuit ad II. Opinionem, ac modicũ præbuit relinquendi communiorem, & antiquiorem.

Quartus Error maximè allucinatos oſtendit Volaterranum, alioſque, arbitrantes ex filio Leonis Maximi Juniore, nempe ex Alberto Divite, Albertum alterum, cognomẽto ſapientem, & ex hoc Rudolphũ I. Imperatorem natum fuiſſe. Hæc traditio præterquam quod cum ea temporis ratione, quæ ſuperius tacta eſt à nobis, & inferius ſatis ſufficienter ſtabilienda eſt, minimè congruit; clariſſimè refellitur ex Inſtrumento paulò antè deſcripto, in quo ipſe Rudolphus poſtmodum Imperator, Albertum Patrem, Rudolphum Avum, Albertum Proavum ſuum fuiſſe apertè teſtatur. Quare hunc errorem in Volaterrano cùm Stumphius, Lazius ac alij depræhendiſſent, occaſionẽ accepère aliã ingrediendi viã, novamque, exploſa veteri, Habsburgiorum Auſtriacorum cominiſcendi Genealogiam.

Virg. Æneid.

Sed quod navigantibus in ſiculo freto evenire ſolet, ut dum immenſos haurientem gurgites Charybdim anxiè devitant; nimium flexo navis curſu devolvantur in infeſtam nautis ſcyllam, juxta decantatum à Marone dicterium *Incidit in ſcyllam cupiens evitare Charybdim*: idipſum etiam auctoribus prædictis contigit, ut dum caſu, de prolapſione Volaterrani nimirum cauti ac circumſpecti redditi, longius ab ejuſdem Opinione deflexère, ad aniles propè ineptias, & commentitias fabulas (ut ajunt haud pauci) ſint prolapſi.

Lucæ cap. 1.

Loc. cit. in fine.

Si quis autem ſive ſapiens, ſivè parcè doctus objecerit, Adelberti, vel Alberti nomen minus Romano nomine hærere, & per conſequens *neminem eſſe in cognatione hac qui vocetur hoc nomine:* Cogimur ex Seifrido, imò ex D. Apoſtolo tanquam ſapientibus & inſipientibus debitores ita breviter illi reſpondere. Alberti nomen, quod Adelberti vocabulo Theutonici pronunciant (duobus additis literis, nimirum D. & E.) magis Romanum eſt, quam Germanum. Complures enim Romani eo tempore

ſuere hoc nomine inſigniti, ipſeque Pater Lucij, qui ante Eugenium III. Romanam Eccleſiam rexit, Albertus nuncupatus reperitur. Videtur autem Albertus Dives à patruo magno hoc nomen accepiſſe, qui in literis Romanorum ad Lotharium Imperatorem pro Petro Leonis, alias Anacleto dicto, inter cæteros Vrbis Proceres, Albertus Joannis de Stephano adſcriptus reperitur; quippè qui fuerit Stephani illius nepos, cujus etiam fuit Petrus Leo. Inſcriptio literarum ſic ſe habet. Ex Codic. Caſſ. Bar. tom. 12.

DOMINO LOTHARIO GLORIOSO ET TRIUMPHATORI ROMANORUM REGI, HUGO PRÆFECTUS VRBIS ET FRATER EJVS LEO FRAJAPANE, ET CENTIVS FRATER EJVS, STEPHANVS DE THEOBALDO, ALBERTVS JOANNIS DE STEPHANO, STEPHANVS DE BENIZO FRATER EJVS, HENRICVS FILIVS HENRICI DE SANCTO EVSTACHIO, OCTAVIANVS FRATER EJVS ET RELIQVI ROMANÆ VRBIS POTENTES, SACRIQVE PALATIJ JVDICES, ET NOSTRI CONSVLES, ET PLEBS OMNIS ROMANA SALVTEM ET GLORIAM, ET DE HOSTIBVS VNIVERSIS VICTORIAM.

V. ERROR.

Quintus error circa nomen Caſtri Habsburgi ejuſq; interpretationē verſatur. Propriè id ſuo præcipuo nomine exprimimus, teſte Nonio, quod ſuo proprio vocabulo appellamus, per quod aliquid ejus peculiare nobis innoteſcit. Tamē vel ob corruptelā linguæ, vel ob ſimilitudinē, quam habent interſe nonnulli characteres, quibus nomina componuntur, vel ob aliquam aliam convenientiam ſyllabarum in pronuntiatione, & vocali ſono (ac ſingillatim in illis regionibus, ubi plerumque pluribus concurrentibus conſonantibus, in his voces deſinunt (ſicut frequenter hic in Germania contingit) occaſio errandi etiam ex hac parte ſumitur. Hinc fit ut ſæpenumerò non ſolum ab alienigenis, linguam theutonicam ignorantibus, verum etiam ab ipſis conterraneis una eademque res variè nominetur; quæ quidem res aliquando omninò diverſa à ſe ipſa apparet, licet in eſſentia cum ea conveniat, quam exprimere denominans intendit. V. Error. Unde vocabulorum accidentalis, ac eſſentialis mutatio.

Itaque alia eſt rerum transmutatio ſecundum vocabulorum denominationem, ſeu pronuntiationem, alia verò earundem differentia ſecundum ſignificationem, licet partim in aliquibus earum nomina conveniant. In illa enim ſolum accidentaliter id, quod nominamus mutatur, etſi nunc detrahantur ab eo, nunc aliquot ei characteres addantur; nunc demum tranſmutentur. At in differentia eſſentia rerum omninò diverſa eſt, licet aliquam convenientiam inter voces reperiamus. Mutatio nominum bifariè ſumi poteſt.

Primo ex accidenti.

Loc. cit. lib. 4. cap. 2. & 3.

Sed ut res magis inoteſcat, exemplis Germanicis utendū; verſamur enim in re Germanâ, quæ Germanicè ſcribenda eſt, & pronuncianda. Et quidem ſecundū accidentariâ corruptelâ duò exempla adducere poſſumus. Primū erit ex Franciſco Guillimanno, qui ſeriem Comitum Altenburgi, atque Habsburgi à Guntranno (alij Guntramo) uſque ad Rudolphum Imperatorem contexens, Landolum I. ac Rapatonem ejus Primogenitum variè denominari oſtendit, nulla tamen facta mutatione in eſſentia Perſonarum, ſed characterum tantum, ſeu vocum, ut plerumque accidit. Siquidem Landolus dictus fuit germanicè ac vernacula, ſive vulgari lingua, *Lanzel*; neque idcirco mirum eſſe debet, ſolent enim Germani D. in Z. propter ſimilitudinem in pronunciatione viciſſim commutare. Alibi verò in Actibus Murenſibus *Lanzelinus* vocatur: ſed apud nonnullos germanos mutata L. in K. *Kanzelinus* ſcribitur. Alij verò, magis ac magis nomen ejus corrumpentes, nunc *Betzonem* nunc *Betzelinum*, nunc verò *Vecelinum* Landolum vocant. Quemadmodum, inquit, Guillimannus, evenit Berchtoldis, Arnulphis, & Beringeris, quos alij Bertholdos, Arnoldos, Verneros, ac Vernarios dicunt. Quæ quidem variatio potius videtur facta ab Italis ſcriptoribus, quam à Germanis, quorum pronunciatio difficillima, aſperrima, & ſæpius barbara neque linguis, neque calamis eorum (& maximè ipſam penitus ignorantibus) accommodari poteſt. Ideoque ubi ipſis in ſimilibus nomina theutonica, ſeu quæcunque alia exterorum nationum, quorum vocabula duriorem ſonum continent, ſcribere occurrit, literis, ac ſyllabis, faciliori ac ſuaviori pronunciationi accommodatis, illorum aſperitatem temperant, nulla factâ eſſentiæ mutatione. Idem quoque faciunt gentes exteræ circa nomina ſivè Italica, ſivè Latina, quæ naturali earum pronuntiationi accommodant. Vti exempli cauſa Germani nomen Italicum *Albertus Adelbertus*, quod aliquanto dureſcit, ſcribunt, & exprimunt. De Rapatone etiam varia nomina affert Guillimannus ſecundum accidentariam mutationem. Vbi enim à Lazio *Rapato* vocatur, à Menlio dicitur *Radepeto*; quod nomen ex vetuſtis monumentis deſumpſiſſe fatetur. Sed Pontus Heutterus ipſum *Rappatanim* nominat, alij *Radebonē*; Guillimannus *Rathbot*, & alij recenſiores *Radebotum*.

Dominicus Abbas Monaſterij Muren. de orig. Com. de Habsb. generat. 1.

Ibid. cap. 3.

Abb. Dom. ubi ſupra gen. 2.

Quantum verò ad differentiam rerum multa nomina inter Germanos reperiuntur, quæ in parte conveniunt, ut ſunt nomina aliquorum locorū, qui in *Sburg*, vel in *Spruck*, & etiam *Sbruch* deſinunt. Verbi gratia *Brandenburg*, veteris Marchiæ in Sileſia Regiaque Marchionalis, atque Electoralis Camerarij Cæſaris. Magdeburg inter ſeptem Germaniæ Archiepiſcopatus quartus, Saltzburg, ſive Salisburg Vrbs ſatis ele-

gans

gans, ac ſedes Archiepiſcopalis inter ſeptem præfatos quinta, huicque Provinciæ Tirolenſi contermina; Regensburg à Flumine Regino Noricorum, Meckelburg Ducatus, Aſcheburg ſedes Archiepiſcopi Moguntini (Mogūtia enim Caput eſt Archiepiſcopatus) Strasburg Epiſcopatus in Alſatia, videlicet Argentoratum, Augsburg in Suevia, eſtq; Auguſta Vindelicorū, Würtzburg caput Provinciæ in Franconia, ſive in Francia orientali, Neuburg Principum Palatinorum ſedes, Krainburg locus ameniſſimus in Carniola, Ruckelſpurg, & Marpurg in Stiria, Nympurck, & Limburg in Boemia, Lucelburg, unde Provinciæ nomen, in Belgio inferioris Germaniæ, Flensburg, & Rensburg in Holſatia, Luneburg Vrbs lautiſſima, à quo tot Ducatus denominatur, Coburg Ducum ſedes in Thuringia, Bernburg Baronatus in Saxonia, Meckelburg Ducatus, Marpurg in Haſſia, eſtque Academia literarū ſtudijs maximè clara, Aldenburg Ducatus, ac ſedes in Miſnia, Meyburg S. I. Burchgraviatus item in Saxonia, Croneburg in Regno Daniæ, Friburg in Briſigavia Rhætorum, eſtque Academia, Habsburg in Ergovia Helvetiorum, de quo Caſtro nunc loquimur, & Inſpruck Civitas Tyrolis prima ac noſtrorum Sereniſſimorum Regia ab Oeno Flumine, ejuſque Ponte ita dicta (latinè Oenipontum) *Ins* enim germanicè idem eſt ac latinè Oenus, *Pruck* verò pontem ſignificat.

Hæc & nonnulla alia nomina locorum tam ſuperioris, quam inferioris Germaniæ, inter quæ aliqualis ſimilitudo in modo proferendi invenitur, anſam errandi præbuere Paulo Jovio Epiſcopo Nucerino, & Hieronymo Rubeo Ravennati Viro doctiſſimo, hujus primæ opinionis ſectatoribus. Ille enim pro Habsburgo Auſpurgum, quod nomen cum illo Auguſtæ (vulgò Ausburg) penè confunditur, imò idem eſt etiam ex mente Jovij, ubi enim Auſpurgum nominat, ſtatim addit *inter Rhetos, Noricos, & Vindelicos non longè ab Helvetijs.* Hic verò Iſpruchum poſuit, quæ eſt hæc Civitas Oenipontana de qua loquitur Auctor, explicans latinè *Oenipontum.* Sed non mirū, quod hi Auctores Itali propter linguæ Theutonicæ ignorantiam allucinati ſint. Id, quod ipſe miror eſt deceptio intolerabilis multorum ſcriptorum Germanorum, inferius ſuo loco citandorum, quos ſequitur Lazius: quæ deceptio circa interpretationem Ethimologicam nominis Habsburg verſatur. Ipſe enim aſſerit Caſtrum Habsburg ab Avendo Caſtro in Voſagis Montibus ſito nomen accepiſſe, atque Auenburg dictum eſſe, poſtea verò corrupto vocabulo Habsburg; quod omninò falſum eſt. Siquidem hujus Caſtri Comites Dagsburgenſes, non Habsburgenſes nuncupatos inferius convincimus.

Deceptiones Pauli Jovij in elog. Vir. Bell. Virt. Ill. lib. 5. & 6. Hieron. Rub. lib. 5. Hiſt. Ravenn. ad ann. 824.

Aliæ deceptiones circa ethimo nominis Habsburg.

In ſolut. argument. adverſar.

Falſa eſt etiam interpretatio nonnullorum apud Volaterranum, quos ſequitur aliquanto Arnoldus Wion; nimirum Habsburg ab Aventino, cujus olim Comites vocabantur Perleones denominari; quandoquidem oſtendimus Caſtrum Habsburg ædificatum ante Perleonum in Ergoviam adven-

Loc. cit. in Antrop.
Ubi ſupra.

Loc. cit. cap. 7.

adventum. At veriſimiles hæ duæ interpretationes putantur à Seifrido, licet ſecundam veriſimiliorem faciat. Prima eſt, Habsburg ab accipitre nomen ſortitum eſſe, qui Germanica lingua Habich appellatur, quam opinionem etiam Volaterranus inſinuavit, dum ait: *Nonnulli Auesburgum, ſic nuncupatum dicunt, quod lingua Germanica Abech accipitrem ſignificet, qui olim ab eis* (nempè à Perleonibus illis duobus fratribus, quos falsò opinatus eſt primos Habsburgi conditores fuiſſe) *dimiſſus cum prædâ capta in eo monte conſtitit: ubi ex auſpicio ipſi poſtea oppidũ condidere.* Secunda verò interpretatio, ac veriſimilior eſt à Germanico *habendi* vocabulo; eò quod Vernerus Epiſcopus Argentoratenſis in illud Caſtrum Habsburg *habentiam* ſuam conferre deſtinârit. Prior interpetratio cui aliquanto Seifridus arridet, ſemper mihi viſa eſt ſuſpecta, cum unico fundamento, nempè conſtructione Caſtri Habsburgi, intolerabiliter Perleonibus aſcriptâ, innitatur. Itaque ſicut hæc conſtructio cum veritate pugnare apertè retulimus, ita explicationem illam voluntariam prorſus fatemur. Altera vero cõformis eſt voci Germanciæ *Habsb*, quę latinè *habere* ſignificat, & longè intereſt à nomine Habich, quo Accipitrem vocamus. Caſtrum etiam Habsburg variè inſcriptum reperimus, nulla tamen facta eſſentiæ ejus mutatione. Vt exempli gratia Habspurg cum litera P. quam cum B. confundit ipſa naturalis pronunciatio; & Habisburch, ut in commemorato Stumphij inſtrumento, quod incipit, *Comites de Habisburch*, planè liquet, quæ vox etiam apud Volaterranum hoc modo, Abesburg, reperitur. Sed hodie Inſpruch communiter ſcribitur.

Loc. cit.

Guill. lib. 3. c. 7. in quodam Epiſta. & P. Gans pag. 2. 3. & 4.

EXCVRSVS V.

Tribus radicalibus Rationibus oſtenditur, Domum Auſtriacam Habsburgicam Germen eſſe antiquiſſimæ ac nobiliſſimæ Perleonum Romanorum Stirpis.

PRimam Rationem radicalem à cauſa impellẽte, ſecundam verò à debita temporum computatione, tertiam autem à juſta hæreditate deducimus. In illa motivum duorum filiorum Leonis Maximi Petri de Leone, per quod ſe in partes Helvetiæ tranſtulere, demonſtrabimus: In hac autem tempus explicabimus, quo duo fratres Perleones Roma profecti in Alemanniam commigrarunt. Ac ultimò modum trademus propter quem Perleoniæ ſtirpis germina Albertus & Rudolphus fratres veteribus Comitibus Habsburgienſibus in Comitiva Habsburgi dignitate, ac cæteris eorundem bonis ſucceſſerunt. His enim fundamentis benè explicatis, & conſtitutis, hujus primæ ſententiæ Machina tutò adhæret, inquiunt ejus

opi-

opinatores: ac Theſis principalis ſatis probata profectò remanet. Sed quia tres ſunt totius frabricæ baſes, ideò hunc V. Excurſum trifariè ſecare, ac ſimul lectores ab omni moleſtia eximere ſtuduimus.

SECTIO I.

Fuiſſe Perleones in Ergovia Helvetiorum, primò demonſtratur ex commendabiliſſima ac honeſtiſſima cauſa, propter quam Româ exulare, ac alibi commorare coacti fuere.

LAzius Volaterranum ac alios carpens, quod avitam Sereniſſimæ Auſtriæ Domus originem ab homine exule derivent, à plurimorum ſcriptorum calamis jure meritò redarguitur illis Apoſtoli verbis ab Evangelio Matthei deſumptis. *In quo judicas alterũ te ipſum*, Lazi, *condemnas, eadem enim agis quæ judicas.* Ad quod reſpiciens illud Sathyricum, Lib. 1. comm. Auſtria. famil. cap. 1. Ad Rom. cap. 2. Matth. cap. 7.

Quem tua pervideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum? Horat. lib. 1. ſerm. Satyr. 3.

Ejus fatuitatem planè obtrudit.

Audiat quæſo Lazius, audiant & Lazianiſtæ, nec amplius propter hujus exilij rationẽ in ſectarios primæ ſententiæ indignentur. Propterea quod ex hujuſmodi exilio nulla ignominiæ labes in Habsburgiam Auſtriam familiam redundat: Quinimò maximum ſplendorem, ac ſempiternam gloriam. Omnis enim, qui haud lippis oculis hujus exilij originem, quam paulò infra enarrabimus, intuebitur, cõfeſtim cõcluderet, illas ſublimes Auſtriacorum prerogativas, quibus omnes noſtri temporis Heroas antecellunt, illamque eorundem ſtupendam Imperij amplitudinem ſingulare præmium ac munus eſſe à Deo collatum, quo pios à progenitoribus ipſorum pro CHRISTI Eccleſia, ejuſque in terris Vicarijs ſuſceptos immenſos labores (minis Cæſareis reſiſtendo, inſolenti Populo ſe opponendo, in exteris regionibus exulando) ac obita in ſummo rerum diſcrimine pericula, in eorundem poſteris cumulatiſſimè remuneratur. Hinc ſi canit Eccleſia de Adami peccato, quod infecit omnia, *ò felix culpa, quæ talem ac tantum meruit habere Redemptorem*: poſſet etiam Chriſtianus Orbis jurè ſimilia de hoc omni laude digno exilio proferre, quod nimirum ſuaptè natura ratione honeſtæ cauſę felix dici poſſit; quia tale ac tantum genus, Fidei Orthodoxæ valdè proficuum, generare meruit. Et ſanè quæ (malùm) iſta ſive animi im̃emoris hebetudo, ſive perfrictæ frontis impudentia, aliquid alteri vicio vertere, & in eodem vitio culpabilior depræhendi? Lazius, & Lazianiſtæ repræhenduntur.

Cenſent Lazianæ ſectæ homines grande peccatum, & morte piandum committere omnes illos, qui tam ſplendidum Auſtriadum genus ab homine exulatore deducere nequaquam erubeſcunt. Cum tamen Lazius Lazius in quo alios accuſat, ſeipſum aſperius condemnat.

corum Dux illud ipſum non tantum ab homine exule, ſed etiam ſpurio deducat; ac propterea magnam gratiam ſe inijſiſſe à Principibus Auſtriacis arbitratur. Sigibertum ſuum,per quem tanquam per fiſtulam quandam Regium Francorum ſanguinem ad Habsburgios derivare conatur, nonne ſemper & ubique exulem vocat? Imò nonne Patrem illius Theodobertum(licet contrarium Belforeſtius,& alij hoc eſſe demonſtrent)legitimo natalium honore ſpoliat ?

Belforeſt, & alij apud Seifr. loc. cit.

Videant igitur ij,qui Lazij commentis legendis delectantur, quomodo hanc tam deformem maculam,clariſſimæ integerrimæque Domui per illum affictam,aliquo honeſtatis fuco oblineant.Sed hujus primæ opinionis Defenſores ſatis perſpicuè ex ipſa duntaxat rei geſtæ veritate oſtendunt, Habsburgios Auſtrios Perleonum poſteros ex progenitorum exilio omni triumpho, ornamento omni honoris, monumento gloriæ, laudis inſignibus,majorem excellentioremque ſplendorem ac decus conſecutos eſſe.

Auſtrij Principes ex Progenitorum exilio valde laudandi.

Igitur,ut hinc ordiamur,Arnaldus de Brixia,qui ſub Innocentio II. in Concilio Lateranenſi II. anno 1139. celebrato ſub Lothario II. Imperatore,hæreſeos damnatus,hactenus in Helvetię partibus tanquam ignis in ſilice, & tanquam Anguis in herba latuerat. Sed defuncto Lucio Papa,jamque in locum ejus ſubrogato Eugenio III. Viterbi reſidente, ipſe peſtiferum caput altius exerens, Urbem ingreſſus, in qua implacabile Romanorum in Tiburtinos odium verſum in Pontificem Maximum magis ac magis vigebat, ad inflammandam penitus jam motæ ſeditionis materiam,excuſſa face acceſſit,& nefarijs ſuis declamationibus ſeditioſi populi furijs ardentiora miniſtravit fomenta. Qua de re Otho Friſingenſis,graviſſimus ejus temporis ſcriptor ſanctique Leopoldi Marchionis Auſtriæ filius hæc habet.

Digna ſanè hiſtoria ad probãdum intentum.

Arnaldus de Brixia qui.

De rebus Frider, lib 2.c.20.

Circa principia Pontificatus Eugenij peſtifer Arnaldus Urbem ingreſſus, cum eam contra Pontificem ſuum in ſeditionem excitatam inveniſſet, viri ſapientis haud ſectatus conſilium, de hujusmodi dicentis: Ne in ejus ignem ligna ſtruas: amplius eam in ſeditionem excitavit, proponens antiquorum Romanorum exempla; qui ex Senatus maturitatis conſulto, & ex juvenum animorum fortitudinis ordine, & integritate, totum orbem terræ ſuum fecerint. Quare reædificandum Capitolium, renovandam dignitatem Senatoriam, reformandum Equeſtrem ordinem docuit. Nihil in diſpoſitione Urbis ad Romanum ſpectare Pontificem: ſufficere ſibi Eccleſiaſticum judicium habere. In tantum verò hujus venenoſæ doctrinæ capit invaleſcere malum, ut non ſolum nobilium Romanorum, ipſis videlicet adverſantium, ſed & Cardinalium

Execrabiles Arnaldi ſuaſiones.

lium diruerentur Domus & ſplendida palatia; verum etiam de Cardinalibus reverendæ perſonæ inhoneſtè ſauciatis quibusdam, à furenti plebe tractarentur.

Eadem propemodum cecinit Guntherus Ligur Poeta, ejuſdem temporis ſcriptor, ſic aiens.

Aſt ubi de medio ſublato Præſule ſummo
Eugenius ſacræ ſuſcepit jura Cathredæ:
Ille Petri ſolidam cupiens convellere petram,
Ut caput infirmum per cætera membra dolorem
Diffundit, Romana petit temerarius auſu
Mœnia ſacrilego, totamque nefarius Urbem
Inficit, impuri corrupta ſemine verbi:
Et populi tantas in Clerum ſuſcitat iras,
Ut penitus nullum ſummo deferret honorem
Pontifici, Clerumque odio vexaret iniquo.

Lig. Poet in Frid. lib. 3.

Similia quoque ſunt quæ inferius hic bonus Vates ſcripſit cum ſequentibus ab Othone adnotatis. Propterea quod pariter ipſe oſtendit Romanos Arnaldi dementia depravatos non ſolum in S. R. E. Card. ſed etiam in complures ex nobilioribus Romanorum Familijs, qui pro Eccleſia ac Pontifice rem agebant, eâdem inſaniâ ac furore debachatos eſſe.

Multi nobiliores Romani Arnaldiſtis ſe opponunt.

Hos autem nobiliores Romanos fuiſſe Frangipanes ac Perleones, planè videtur ex ipſorum delirantium hæreticorum literis: Qui ut ſe excuſarent, & ad ſe Chriſtianorum Principum (potiſſimùm verò Regis Romanorum Conradi III.) favorem allicerent, hæc ſe ipſius nomine facere, hæc pro ipſo laborare, epiſtolâ ad eum miſsâ ſignificaverunt, quam recitat Otho Friſingenſis memoratus hoc modo. *His diebus* (nempè ut alibi declarat, circa principia Pontificatûs Eugenij) *Arnaldus quidam religionis habitum habens, ſed eum minimè (ut ex doctrina ejus patuit) ſervans, ex Eccleſiaſtici honoris invidia Urbem Romam ingreditur, ac Senatoriam dignitatem, Equeſtremque Ordinem renovare ad inſtar antiquorum volens, totam penè Urbem, ac præcipuè populum adverſus Pontificem ſuum concitavit. Undè ad eorundem temeritatis, vel potiùs fatuitatis corroborationem ab eis ad Principem deſtinatum tale reſcriptum invenitur.*

Ubi ſupra de geſtis Frider. lib. 1. cap 27. & 28.

Excellentiſſimo atque præclaro Urbis & Orbis totius Domino Conrado Dei gratiâ Romanorum Regi ſemper Auguſto, Senatus Po-

Romanorũ Arnaldiſtarũ epiſtola ad Conradum Regẽ Rom.

puluſque Romanus ſalutem, & Romani Imperij felicem & inclytam gubernationem.

Regali Excellentiæ per plurima jam ſcripta noſtra facta & negotia diligenter expoſuimus, & quomodò in veſtra fidelitate permaneamus, ac pro veſtra Imperiali corona exaltanda & omnimodò augenda quotidiè decertamus. Ad quæ, quia regalis induſtria (ut poſtulavimus) reſcribere dignata non fuit, ſatis miramur. Nos enim quidquid agimus, pro veſtra fidelitate & honore facimus. Et quidem Regnum & Imperium Romanorum, veſtro à DEO regimini conceſſum, exaltare atque amplificare cupientes in eum ſtatum, quo fuit tempore Conſtantini & Iuſtiniani, qui totum Orbem vigore Senatus & populi Romani ſuis tenuere manibus, reducere, Senatu pro his omnibus Dei gratiâ reſtituto, & eis qui veſtro Imperio ſemper rebelles erant, quique tantum honorem Romano Imperio ſurripuerant, magna ex parte conculcatis, quatenus ea quæ Cæſari & Imperio debentur, per omnia & in omnibus obtineatis, vehementer atque unanimiter ſatagimus atque ſtudemus. Et ob hujus rei effectum bonum principium ac fundamentum fecimus. Nam pacem & juſtitiam omnibus eam volentibus obſervamus, fortitudines, id eſt, turres & domos potentum Urbis, qui veſtro Imperio una cum Siculo & Papa reſiſtere parabant, cepimus, & quaſdam in veſtra fidelitate tenemus, quasdam verò ſubvertentes, ſolo coæquavimus. Sed pro his omnibus, quæ veſtræ dilectionis fidelitate facimus, Papa, Frangipanes, & filij Petri Leonis, homines & amici Siculi, excepto Jordane noſtro fidelitate in veſtra vexillifero & adjutore, Ptolomæus quoque & alij plures undique nos impugnant, ne liberè (ut decet) Imperialem regio capiti valeamus imponere coronam. At nos, quoniam amanti nullus labor gravis eſt, licet inde plurima damna ſuſtineamus, pro veſtro amore & honore gratanter patimur. Scimus namqne nos à vobis proindè præmium ſicut à patre, accepturos, voſque in eos, ſicut in Imperij hoſtes vindictam daturos.

Et quis hæc non diceret horribiliſſima ſpectacula, ſi per ipſa tot deliramenta, tot formidoloſa machinamenta in capite totius orbis terrarum repræſentabantur? Nonnè illinc (proh nefas) armatam, palliatamq; Impèrij reſtituendi prætextu populi furentis avaritiam ac inhiantem ſacris vectigalibus ac fortunis Civium optimorum ſciſſâ ac permota Roma intuebatur? Et nonne iſtinc ſimul gentem immitem (ut verbis D. Ber-

Lib. 4. de conſid. cap. 2.

Bernardi utar) intractabilem, paci inſuetam, tumultui aſſuetam, atque excuſſo Romani Pontificis jugo, Conſtantini ſæculum contra Conſtantini leges & inſtitutum æmulantem cernebat? Ejus filij imò ejus hoſtes extiterunt qui tunc ſpreta Pontificia auctoritate, novum pro libitu Senatum legerant, novam Patriciatus dignitatem conſtituerant, turres & domos potentum, qui ſe pro Pontifice, atque Eccleſiaſtica libertate murum oppoſuerant, partim captas, partim direptas ſolo æquaverant. Sed in hac gravi, magnaque ſeditione hiſce nefarijs populi furentis conatibus ſeſe præcipuè Frangipanes & Perleones (ut omnes Arnaldiſtæ proprio ore confeſſi ſunt) objecere: excepto, ut inquiunt, Jordane, qui fuit unus de filijs Petri Leonis Maximi, quem Pontificis ac pacis, & libertatis Eccleſiæ Romanæ Hoſtes ad novam Patricij Magiſtratus dignitatem extulerunt, & nos in ſequenti ſectione ex literis Lucij Papæ referemus.

Omnes Perleones excepto unico Jordane ſtant pro Eccleſia Romana.

Verum in eadem epiſtola nulla de ipſo Petro Leonis, Rudolphi, & Alberti exulatorum Avo, mentio, ſed duntaxat de filijs ejuſdem, quem tamen conſtat haud pridem publicis monumentis ſubſcripſiſſe. Ratio hujus conjecturalis eſſe poteſt, cum nimirum ante hos dies ex hac vita migrâſſe. Ita Seifridus, & ejus ſequaces. An verò item frater ejuſdem Rogerius hoc tempore ſuperſtes fuerit, qui ante decem, & quinq; annos privilegio ſubſcripſit, quod Anacletus Pſeudopapa contra Innocentium II. Rogerio Duci Apuliæ de regio titulo Beneventi impertijt, ſanè incompertum videtur. Reperitur in eodem diplomate ſubſcriptus alius Petrus Leonis, dictus de Fundis, qui an ex Perleonia ſtirpe fuerit, & cujus Leonis filius, nondum reperire potuimus.

An circa hæc tempora Leonis vixerit.

Loc.cit.l.1.c.11.

Rogerius frater Petri Leonis.

Petrus Leonis de Fundis.

Cæterum inter Petri Leonis filios, quos adverſarios Arnaldiſtæ Romani ſunt experti, maximus natu fuit Leo III. de Maximis denominatus, qui etiam dicebatur Maximus Petrus Leo, & filius erat Petri Leonis ſupradicti, Comitis Montis Aventini Romæ, cujus potentiam & Zelum erga ſedem Apoſtolicam egregiè produnt Platina, Carolus Sigonius de Regno Italiæ lib. 10. Dodechinus Abbas in appendice ad Marianum Scotum, Card. Cæſar Baronius in Ann. Eccleſiaſtic. Tom. 12. & alij recenſiores. Sed circa hoc inferius paulo poſt.

Filij Petri Leonis

In vit. Paſchal. 11. & Gelas. 11.

Leo Maximus Pater Rudolphi, & Alberti, qui in Ergoviam commigrarunt, ſex alios fratres habuit, fueruntque Jordanes ſupradictus, Arnaldiſtarum Anteſignanus, Centius, & Guido, qui unà cum ipſo Leone in inſtrumento S. Gregorij ſupra relato ſubſcripti reperiuntur; Gratianus, & Hugo, ut legit Petrus Diaconus, ſeu Vizo, ut Dodechinus, ſeu Obicio, ut Inſtrumentum Cameræ Apoſtolicæ. Horum duorum fratrum meminit quoque Petrus Leonis Pater in juramento, Henrico Romanorum Regi præſtito pro parte Paſchalis Papæ illis verbis: *Obſides dabo, aut per me, aut per nuncios meos, Gratianum filium meum, & filium Hugonis filij mei,*

Leonis Maximi fratres V.

Petrus Diacon. Chron. Caſſ. lib. 41. c. 39.

& filium ſororis meæ, ſi illum habere potero. Sextus frater Joannes dicebatur, ut habetur in alio publico inſtrumento Cameræ Apoſtolicæ ſupra commemorato.

Leo Maximus ſex filios habuit.

Habuit etiam Leo Maximus Petri de Leone præter Albertum, & Rudolphum quatuor alios filios, qui deſcripti etiam in adductis inſtrumentis reperiuntur: nimirum Petrum, Obicionem, Stephanum & Leonem. Obicionis verò gnati fuere Petrus, & Gratianus, ſed Petro huic Hugo filius extitit. Hi omnes Perleones fuere, ſolo excepto Jordane, qui, ut dictum eſt, partes Eccleſiæ cum maxima ædium rerumque ſuarum jactura, ſummoque vitæ diſcrimine pariter defenderunt. Quod ferventiſſimum erga *Sacroſanctam ſedem Apoſtolicam* Perleoniæ familiæ ſtudium gradatim Progenitores tanquam inſitam ſanguini hæreditatem poſteris admirandum in modum communicavere.

Leo ſiquidem Pater Petri Leonis ſemper partes fovit Pontificias contra Schiſmaticum Imperatorem Henricum; ut ſatis ſignificat Alphanus Archiepiſcopus Salernitanus in ejus Epitaphio.

Citat eum Bar. tom. 12. ann. Chriſti 1099.

Hoc jacet in tumulo Leo vir per cuncta fidelis
Sedis Apoſtolicæ, tempore quo viguit.

Ex codice Vaticano.

Schiſmate 23. anno 1100.

In Chron. Caſſin. l. 4. cap. 38. & 39.

Loc. cit.

Petrus Leonis ejus filius Urbanum II. Pontificem hoſpitio ſemper excepit, defenditq; cum ſummis premeretur anguſtijs. Qui in Inſula Tiberina inter duos pontes in cujuſdē etiā Petri ædibus, apud S. Nicolaū in carcere Tulliano poſitis, idem Pontifex ultimum ſpiritum Deo reddidit. Jam vero quantū idē Petrus Leonis laboraverit pro Paſchale II. Papa contra Henricum IV. Imperatorem, cui etiam propterea generoſum præſtitit jusjurandum, ut oſtenſum eſt, egregiè prodit Petrus Diaconus. Qui etiam non ſolum ipſa verba Petri Leonis in componenda pace inter Pontificem & Regem refert, verum etiam ejuſdem Petri Leonis filios cauſam Pontificis egiſſe ex ipſo Henrici juramento, quod extat per extenſum apud eundem Petrum Diaconum, manifeſtum facit.

Apud Baron. tom. 12.

Exactè quoque Pandulphus Subdiaconus, harum rerum inſpectator deſcribit, quomodo ijdem Perleones ſe pro Gelaſio II. contra Frangipanes conſanguineos ſuos oppoſuerint.

Schiſma 26. an. 1130.

Epiſt. 320.

In Schiſmate etiam illo, inter Innocentium II. & Anacletum Orto, Petrum Leonis Petro PſeudoPontifici, qui Anacletus dictus erat, non diù adhæſiſſe, illud fidem facit, quod is una cum Theobaldo Præfecto Urbis, Innocentio Papæ cum Lothario Imperatore Romam venienti obviam proceſſiſſe legatur. Filios quoque ipſius poſt mortem Anacleti ſtatim Innocentio reconciliatos fuiſſe, S. Bernardus ſignificat. Quamobrem in gratiam deducti cum Innocentio, ei ſtrenuam operam navarunt, cùm contra Tiburtinos, qui ſolemne ipſi obſequium præſtare deteſtabant, tum contra Arnaldiſtas Romanos. Contra quos etiam quanto ſtudio & animi ardore

dore, quanta rerum ſuarum jactura & vitæ incommodis pro Lucio II. & Eugenio II. ſteterint, ex eadem epiſtola Arnaldiſtarum ad Conradum III. Imp. ab Othone tradita liquidò patet. Demum eoſdem quoque una cum Frangipanibus Alexandro III. contra Fridericum Imperatorem auxilio fuiſſe, acta ipſius Alexandri in Vaticana Bibliotheca teſtantur.

Loco citato.

Semper ergo Perleones in defendenda Eccleſia Romana ſunt verſati. Quod profectò non eſt adverſari Imperio, ut Arnaldiſtæ in eadem epiſtola, cujus verba modo inferius annectemus, calumniantur, ſed potius illud ſtabilire. Non enim audiendi ſunt, teſte Bernardo, qui dicunt, vel Imperio pacem, & libertatem Eccleſiarum, vel Eccleſijs proſperitatem & exaltationem Imperij nocituram. Quod ſanè magiſtrali ipſe edocuit epiſtola, ſcribens ad Conradum Imp. contra eoſdem Arnaldiſtas Romanos.

S. Bern ep. 248.

Ex eadem citata Arnaldiſtarum epiſtola habetur, quod tenuerint Caſtellum S. Angeli in Urbe Perleones jam ſub Paſchale Papa. Quod ab Urbano II. videntur in bonis accepiſſe, cum illud à Guibertinis recuperavit, cui Petrus Leonis contra eoſdem Guibertinos ſtrenuam ſemper navarat operam. Vnde Petrus Leonis, ut viſum eſt, coactus fuit dare obſides, ut Henricus Imperator ſecurè tranſiret Caſtellum & Pontem. Ad eoſdem in idem Caſtellum altero ab hoc anno Eugenius à Lateranenſi palatio confugit, ad evitandum Populi inſanientis furorem. Nec alios magis timebant Arnaldiſtæ libertatis Eccleſiæ, & auctoritatis Pontificiæ vexatores, dum contra utramque arma ciebant, acieſque parabant, quam Perleonum conſtantiam, S. Angeli arcem poſſidentium ac partem Chriſti Vicarij defendentium, ſicut patet ex illis verbis ad Conradum III. *Nos ut exercitus veſter per Milvium Pontem extra Urbem parum longe tranſire queat, ne Petri Leones per Caſtellum S. Angeli nobis nocere poſſint, ut ſtatuerunt cum Papa, & ſiculo* (ideſt Rogerio Siciliæ Rege) *magno conamine reſtauramus, &c.*

Olim Perleones Caſtellum Romanum S. Angeli tenuerunt.

Arnald. ſolos Perleones magis timebant, quam cæteros.

Loc. cit. apud omnes alios.

Magiſter Albertus Argentinenſis ſcriptis prodidit Perleones in illa Arnaldiſtarum ſeditione adeo ipſis tanquam fortiſſimum murum ſe oppoſuiſſe, ac pro Pontifice arma cæpiſſe, ut maxima fortitudine & firmitate nefarios illorum impetus, ac vim repreſſerint, ac denique in laudatiſſimo conatu Civem præpotentem, ſed adverſariæ factionis, & Hoſtem Eccleſiæ interemerint. Mutua enim cæde tunc in alterutram partem ſævitum eſſe, ſatis indicat epiſtola D. Bernardi, quam contra Romanos Arnaldi alumnos ſtylo ferreo valdè acuto exaravit: in qua inter cætera hæc ait. *Væ nunc tibi, populo miſerande, non ab exteris nationibus, non à feritate Barbarorum, non à millibus armatorum. Væ tantum à facie tuorum tibi, væ à domeſticis, & amicis, à clade inteſtina, à cruciatu præcordiorum, à tortionibus viſcerum.*

In Chron. ſuo.

S. Ber. ep. 242.
Seditio quam nova.

En

En motivum, cauſa, & origo Perleonum ex Urbe in Germaniam migrationis, ſicut etiã planè colligitur ipſamet ex Arnaldiſtarum epiſtola ad Conradum Cæſarem. In ea ſiquidem habetur, quod ubi inter alia argumenta, quibus Arnaldiſtæ conabantur ad ſe Cæſarem trahere, hæc præcipua illi ſcripſere. *Reminiſcaturque veſtra ſolertia quot & quanta mala Papalis curia, & dicti quondam Cives noſtri Imperatoribus, qui fuerunt ante vos, fecerint: & nunc deteriora vobis cum ſiculo* (nempè cum Rogerio Rege) *facere tentaverunt. Sed nos Chriſti gratia in veſtra fidelitate viriliter eis reſiſtimus, ac plures ex illis ab Urbe, ſicut peſſimos Hoſtes Imperij, ut ſunt, pepulimus.* Non enim alios, ut patet ex alia parte Epiſtolæ, ſuperius adductæ, per dictos Cives, quos Imperatoribus multa mala ſe intuliſſe Arnaldiſtę calumniantur, intelligũt, quã Perleones. Hi enim inter haud paucos Patricios, Civeſque Romanos tunc temporis Hoſtibus Arnaldiſticis reſtiterunt, ſicut hi quoque ſemper pro Eccleſia, & pro veris Chriſti Vicarijs contra Tyrannos ſteterunt. Hi demum ſoli lamentari Arnaldiſtas coëgebant, propterea quod ſuper omnes alios vi juſta injuſtam ſacrilegamque hoſtium vi repellebant, reprimebant.

Apud eund. Othon, ubi ſupra.

Tres concluſiones ex uno principio.

Itaque tria neceſſe eſt ordinatè inferre ex unico illo, ac imperterrito Perleonum Oſtaculo, Arnaldiſtis facto. Nimirum cædem memoratam præpotentiſſimi Civis, licet cujus illa fuerit nihil certum & expreſſum ad poſteros transmiſſum ſit. Deinde eorundem Perleonum expulſionem ab Urbe: ac demum translationem Alberti, & Rudolphi in partes Helvetiorum.

Prima Concl.

Cædes illa non aliunde profectò exorta eſt, niſi, ut ex dictis liquet, ex flagrantiſſimo Juſtitiæ ardore pro defendenda Eccleſiæ immunitate, & tuenda Chriſti in terris Vicarij auctoritate. Quamobrem ſummus ille, ac juſtiſſimus rerum omnium arbiter Deus, uti nihil mali inultum, & impunitum dimittit, ita etiam rectè factis merita præmia perſoluit. Quemadmodum Zelum & factum Phinees, quo impuriſſimum hominis Iſraelitæ flagitium vindicavit, adeò gratum habuit, ut non ſolum omnem conceptam in Populi prævaricationem iram ex animo depoſuerit: ſed etiam, ut Regius ait Pſaltes, *illi hoc reputatum ſit ad juſtitiam in generatione & generatione.* Itaque idem Deus horum Perleonum fratrum ferventiſſimo erga ſuam Eccleſiam, & ejus ſummum Sacerdotem ſtudio delectatus poſt paucos annos illam omnem urbanam rebellionem extinxit, Pontificemque ſedi ſuæ ac Urbi maximo omnium applauſu reſtituit.

Num. c. 25.

Pſal. 105.

II. Concluſio.

Expulſio autem Perleonum ab eadem cauſa, unde cædes prædicta nata eſt, originem duxit. At cum ex ſtirpe Perleonia nullum aliud germen transplantatum poſſit reperiri, præter Habsburgium: neceſſe eſt ut fateamur, ejuſdem Habsburgici germinis auctores ob defenſionem Eccleſiæ

Ro-

Romanæ, ejuſdemque Pontificis Maximi Eugenij III. Urbe coactos fuiſſe excedere, ut ipſi Arnaldiſtæ ſuis literis profitentur.

Et quia tam illa cædes, quam hæc expulſio ab eodem principio, hoc eſt Zelo Religionis evenere, ideo Perleonum transplantatio juſtum premium etiam à Deo ſortita eſt in terris, ac in ijsdem Suicerorum Ergoviæ plagis. Nam ſi Albertus & Rudolphus fratres Perleones in cauſa Eccleſiæ patria extorres facti fuerant, pluſquam ſanè congruum videbatur, ut Deus, *qui dat omnibus affluenter*, & maximè benemeritis, ingentibus opibus poſſeſſionibuſque locupletaret: & eſſe ejus præclariſſimæ familiæ Auctores faceret, quæ poſtmodum ſumma Imperij dignitate, quâ prioribus temporibus condecorata fuerat, iterum exornata, murum ſe pro Eccleſia protegenda contra ejus quoſcunque Hoſtes, viriliter opponeret.

III. Concluſio. Grande Perleonum meritum. Job. cap. 1.

Hinc manifeſtiſſimè, pulcherrimèque apparet, Gentem Auſtriacam Zelum hunc atque ſtudium erga Sacroſanctam ſedem Apoſtolicam à majoribus ſuis quaſi hæreditarium accepiſſe; & cum ipſo veluti nutricis lacte, mente tota penitus combibiſſe. Hinc demum meritò omnes Auſtriæ Principes hucuſque nefandiſſimam hominum peſtem, quæ maximè aulas Principum obſidere ſolet, modernos Politicos dico, homines peſtilentiſſimi Arnaldi de Brixia ſectatores, odio avito & innato proſequuntur. Siquidem par eſt, ut quam illuſtrium majorum ſuorum veſtigijs ſignatam atque impreſſam intuentur viam, toto pectore, omnique animi contentione conſectentur.

Gens Auſtriaca hæreditario Pia, ac Religioſa.

SECTIO II.

Accidiſſe hanc duorum fratrum Perleonum exulationem in Hergoviam ann. 1145. tempore Eugenij III. Imperatore Conrado III. regnante demonſtratur.

Nullo adducto argumento, ſuperius tetigimus errorem Volaterrani, & Arnoldi Wionis circa tempus commigrationis Perleonum fratrum in Ergoviam. Ideo ne erubeſcentia aliqua afficiamur eò quia abſque fundamento ac ratione locutos fuiſſe aliquis nos redarguere poſſet, hanc ſecundam ſectionem probare ſtatuimus: Et in ea aliam hujus primæ ſententiæ baſim erigere, & confirmare.

Notan. 2. ſect. 2. excur. 4.

Itaque Opinio Volaterrani atque Arnoldi fatetur, tempore Alexandri III. Pontificis Romani circa ann Domini 1177. regnante Friderico I. Ænobarbo hanc exulationem eveniſſe, & propter eandem cauſam, ſuperius à nobis adductam, ſed non ſub eodem tempore ab ipſis enarratam. Inquiunt enim, Fridericum eundem tunc temporis Alexandro Papæ non adeò morem geſſiſſe, quia ſibi jura Pontificia contra jus & fas arrogaverat. Quamobrem nonnulli Civium Romanorum ejuſdem idolis Anti-

Opinio Volater. & Arnol. Wion.

Schiſm. 27. in quo IV. Pont. electi ſunt.

papis adhærebant; alij verò ijque nobiliores, inter quos erant Frangipanes, & Perleones partes veri Pontificis & Eccleſiæ tuebantur. Cæſar verò precipuo exilio, ac ſeveriori dictos duos fratres Perleones in Germaniam relegavit, eo quia eorum potentiam præ cæteris verebatur.

Quæ opinio duo vera profert, & unũ falſum, quod maximum præjudicium illis duobus veris ſubinfert. Exulaſſe hos Perleones in Germaniam, & exulaſſe quia Eccleſiam, & ſummum Pontificem, nulli parcendo labori, pro viribus defenderunt, ſunt duæ propoſitiones adeo certæ inter ſectatores omnes hujus primæ ſententiæ, ut nullus eorum inveniatur, qui de eis dubitaverit. Attamen cauſæ hujus exilij tempus, quod Volaterranus, & Arnoldus tradunt, longe diſtat ab hiſtorica demonſtratione, clariſſimis monumentis fundata. Propterea quod multo ante hæc expulſio, hujuſque expulſionis motivum contigerunt.

Refutatur hæc opinio.

Primum argum.

Probatur primo hoc modo. Leonem de Maximis prædictorum duorum fratrum Patrem è vivis exceſſiſſe reperitur ann. Domini 1162. ſub Alexandro III. & Friderico I. citatis die 23. Aprilis: ut videre eſt ex ejus Epitaphio præ forib⁹ Eccleſiæ S. Alexij in Monte Aventino, quod referunt Volaterranus, Bardi, Antonius Vacca I. C. Romanus, & Arnoldus Wion. Et ſub quo in finē ejus monumenti, carminibus exornati, hæc inſcriptio legitur. *Obijt Dominus Leo de Maximis M. Aprilis D. XXIII. Indictione XI. Anno Domini noſtri M. C. LXII.* In hoc tempore Alexander III. qui Romanus Pontifex ann. 1159. Nonis Septembris creatus eſt, ſedit tantum años duos, ſeptem menſes, & ſeptemdecim dies, eo quia major annorum pars ſui Pontificatus, qui ann. 21. Menſeſque XI. duravit, tranſierat. At in illo duorum annorum, ſeptemque Menſium ſpacio minimè ea contingere potuerunt, quæ poſt Perleonum in Alſatiam adventum eveniſſe ſcribit Magiſter Albertus Argentinenſis. Popterea quod etiamſi ponamus fratres illos Perleones in ipſo Alexandri Pontificatus exordio, aut etiam ſub Hadriano IV. Urbe exceſſiſſe, equidem non ita exiguum annorum intervallum deſideraſſent, ut (poſtquam uterque eorum ſtatum ſuum in Ergovia firmaſſet, natuque major plurima coemiſſet prædia, & munitiones, minor verò multitudinem maximam clientum comparaſſet: quos poſt aliquot elapſos annos in illis partibus Pater viſitavit, domus reverſus ingentem vim pecuniæ Juniori tranſmiſit) hæc omnia debito tempore, ac ritè tranſigerentur.

Epit. Leonis de Maximis.

Ratio ab experimento.

II. Argum. ab an. ſupputatione deſumptum.

Deinde cum Fridericus Imperator primum Romam obſederit anno Chriſti 1167. nempè quinto anno poſt mortem Leonis de Maximis, quæ, ut oſtenſum eſt, contigit ann. 1162. quomodo potuit filios ejuſdem Leonis Româ in Germaniam ablegaſſe, qui jam vivo Patre indè exceſſerant, ſicut M. Albertus Argentinenſis & Gundelfingenſis apertè atteſtantur.

III. Arg. Politic.

Sed fortius ipſa ratio Politica contrarium omninò ſuadet, nimirum

rum rem penè incredibilem judicari, Fridericum paſſum fuiſſe, ut hi duo fratres, quorum potentiam ita ipſe Cæſar timebat, ut propterea eos tanquam hoſtes ſuos Româ expulerit (ſicut adverſarij fatentur) in vicinis Sueviæ partibus, natalis ſui ſoli tot prædia & munitiones coemerent, novamq; & munitiſſimam Arcem, ut prædicti Auctores ſentiunt, Habsburgienſem extruerent.

Quarto. Ipſe Wion fatetur, alterum illorum fratrum jam anno 1161 Epiſcopum Argentinenſem creatum fuiſſe: ergo etiam fateri neceſſe eſt, hos fratres multo ante in Germaniam veniſſe. Probatur conſecutio, nam ut colligitur ex eodem Alberto Argentinenſi hæc Epiſcopalis electio non contigit antequam eos Parens in Germania inviſiſſet. Et tamen inter hanc Patris viſitationem, & filiorum migrationem non pauci, ut dictum eſt, intercesserant anni. Igitur tantum abeſt, ut duo illi fratres Perleones, primùm ſub Pontificatu maximo Alexandri III. Urbe ſint pulſi, & ab ejus initio, ut etiam jam in Germania ampliſſima bona poſſederint, & ad publicos dignitatem Magiſtratus adminiſtrandos adhibiti fuerint. *IV. Argumen. ad Hominem.*

Quinto & ultimo: jam demonſtratum eſt publico inſtrumento, Rudolphum Habsburgicum Imp. teſtatum eſſe, Albertum Hasburgicum cognomento Divitem proavum ſuum fuiſſe. Hinc conſequenter fit ut cogantur neceſſariò affirmare Adverſarij etiam eundem Albertum ex eadem ſtirpe Perleonia, è qua fuit Rudolphus pronepos oriundum fuiſſe. Quocirca cum eo ipſo año, quo Alexander III. Pontificatum inijt, jam pro Comite Habsburgenſi ſe geſſerit idem Albertus, ut aſſerunt Helvetiorum Annales, fatendum omninò eſt, jam ante Alexandri Pontificatum Perleones illos Fratres in Germaniam veniſſe. *V. Arg. per locũ à monumentis.*

Sententia ergo probabilior, ac magis veritati hiſtoricæ illorum temporum conſentanea videtur illa Joannis Seifridi, quam ſuperius tetigimus: Nimirum duos illos Perleones filios Leonis de Maximis per ſeditionem coactos Româ exceſſiſſe anno poſt Chriſtum natum 1145. quo anno Eugenius III. in Pontificem Romanum electus eſt. Argumentum fundamentale hujus opinionis ex origine ſeditionis illius in antecedenti ſectione refertæ, neceſſariò ſumendum eſt hoc modo. *Probabilior ſententia. Seifrid l. 2. c. 8.*

Exorto jam Schiſmate Anacleti contra Innocentium II. Tiburtini ex Sabinenſibus oris obedientiæ Pontificiæ inſueti, ſolenne Innocentio obſequium etiam Schiſmate extincto denegebant. Permanentes hi neglecta Religione hacten⁹ in cōtumacia, armis inſuper materialibus (jam primùm ſpirituali conatu eos ſacrorum Interdicto percuſſerat, nihilque effecerat) Pontifex aggreſſus eſt. Quamobrem utrinque parantur caſtra, ſed Tiburtini ex improviſo contemptores Romanos adorti, ſubita irruptione eos retrocedere coegerunt, fugæ armare pedes, caſtraque deſerere opulentiſſima. Vertente jam anno Innocentius majoribus, quam ante viribus idem bellum inſtauravit, & diu noctuque ita arctè obſeſſos conſtrinxit ho- *Argum. fundament. hujus ſententiæ, ex bello Tiburtino deſumptum.*

ſtes, ut tandem ad deditionem compulerit. Attamen Romani memores transactæ cladis, contra Pontificis mandatum in Tiburtinos plus ſatis ſævire cupientes, furore in eos concepto, mox vero in Pontificem eius Tragediæ initium fecere, cujus cataſtrophen non niſi Clemens III. demum abſoluit. Legatur Otho Friſigenſis alibi pluries datus.

Lib. 7. cap. 18.

Mortuo Innocentio, Cæleſtinus ſucceſſor vix ſex menſes ſedit, quod totam furentis populi vim ſubrogatus Lucius Papa excepit: nam *Populus Romanus nullas inſaniæ ſuæ metas ponere volens, Senatoribus, quos ante inſtituerant, Patricium adijciunt, atque ad hanc dignitatem Jordanem Petri Leonis filium eligentes, omnes ei tanquam Principi ſubijciuntur. Deinde Pontificem ſuum adeunt, ac omnia regalia ejus tam in Urbe, quam extra poſita ad jus Patricij ſui repoſcunt; eumque more antiquorū Sacerdotum de decimis tantum & oblationibus ſuſtentari oportere dicentes, de die in diē animam juſti affligere non timuerūt.* Hæc Otho de his, quæ à Romanis paſſus eſt Lucius Papa, quem quotidianis cruciatibus de ejuſmodi Romanorum rebellione, ac tædio vitæ affectum infra anni ſpacium Pontificatus ſui diem obijſſe idem tradit.

Ex lit. ejuſdem Lucij ad Conradum Regem apud eundem Othonem lib. 7. cap. 31.

Poſt Lucij mortem, ac ſepulturam maximo animorum conſenſu Eugenium III. Bernardum antea vocatum S. Bernardi diſcipulum Cardinales ſublegerunt. Virum ut inquit Baronius pietate inſignem, & prudentia in negocijs obeundis locupletem. Qui cum à Romanis ad remittenda Urbis vectigalia urgeretur, eos ita aſpernatus eſt, ut dignos quidem, queis cum habitaret, putarit. Itaque Urbe ſtatim egreſſus ad Monaſterium Farfenſe ſe contulit, eoque Cardinalibus vocatis novo inſtituto ibi conſecrationem accepit, atque inde aſpectum pervicacis Populi devitans, Viterbium ſe recepit. Quamobrem majori furore affecti Romani, populari tumultu concito, turres potentum, qui pro Pontifice, & Eccleſia ſtabant, & Domos qui cum Pontifice aberant, Cardinalium deturbarunt, Baſilicam Vaticanam ceperunt, ac peregrinos, religionis cauſâ Romam profectos, expoliarunt: Quique mulctam petitam pendere recuſavêre, eos in porticu miſerè trucidarunt.

Eugen. III. quis. Tom. 12. an. Ec.

Huic tamen furioſo Populo ſoli ex Nobilioribus civibus Romanis Frangipanes, & Perleones reſiſtebant, uno Jordane excepto inter perduelles profitente: qui omnes unâ cum Rogerio Rege Siciliæ partes Eccleſiæ & Pontificias tuebantur, ut ſuperius dictum eſt. Et quia etiam ibidem probavimus ex literis ipſis adverſariorum Arnaldiſtarum plures ex ipſis Urbe propulſos, etiam non tantum de Frangipanibus, verum de Perleonibus intelligendum eſſe oſtendimus. Cunque ex Perleonia gente nulli alij reperiantur patria extorres facti, præter illos duos Perleones, qui novæ Habsburgiæ familiæ auctores extitêre, nullo modo dubitat Seifridus af-

firmare

firmare, eoſdem hoc tempore à factioſis Urbe pulſos eſſe,& in Germaniam commigraſſe,præſertim cum ratio temporis, ac cæteræ circumſtantiæ ipſi maximè,ut inquit, ſuffragentur.

Diceret aliquis cum Lazio, hoc referri poſſe ad Frangipanes, qui in Dalmatiæ & Croatiæ partibus clariſſimæ gentis in utriſqueProvincijs authores fuêre. Sed hanc inſtantiam Seifrigus ſtatim confringit, dicens tres illos Frangipanios, à quibus Frangipanij Hungari & Signiæ Comites,ſicut & Michaelij Veniti,nec non Comites Aquinates & Domini Aſturæ,& de Tolfa ſunt oriundi, jam circa annum Domini 833. Urbe egreſſos eſſe ex vetuſtis Reipublicæ Venetæ monumentis apertè concluditur.

Obiectio ex Lazio lib.6.de gentium migrationibus.

Solutio.

Stirps Aquinaſ. Thomæ ex Frangipania.

Hinc planè juſtèque Volaterrani allucinatio carpitur, eo quia non ſolum hanc Perleonum ex Urbe profectionem ad ann. 1177. retulerit,verum etiam quia ad hunc confirmandum errorem Othonem Friſigenſem adduxerit, & noviter peiori lapſu erraverit. Otho enim è vivis ſublatus legitur ann. 1160. ideoque non niſi ad hanc, de qua agimus Perleonum ex Urbe relegationem nimirum anni præfati 1145. reſpexiſſe potuit. Eo enim anno invaluiſſe Romanorum adverſus Pontificem rebellionem, nempè poſt redditum in Urbe Arnaldi de Brixia Hæreſiarchæ jam fusè ſectione antecedenti demonſtratum eſt.

Alius error Volaterrani.

Othonis Epiſcopi Friſig. obitus quo anno.

SECTIO III.

Adducuntur nomen & ratio, quibus Perleoniæ Sobolis Albertus cognomento Dives Habsburgenſium Comitum dignitatem ac cætera bona adeptus eſt.

SIcut ex dictis ſuperiùs perſpicuum eſt, Albertum, Divitem cognominatum,ex Stirpe Perleonia,non autem ex veterumHabsburgiorum & Vindoniſſenſium Proſapia oriundū fuiſſe: ita reliquum eſt,ut cum Seifrido oſtendamus quo nomine, & qua ratione idem Albertus priſcis illis Comitibus Habsburgienſibus in Comitiva Habsburgi dignitate ac reliquis eorundem bonis ſucceſſerint. Sed hac in re proteſtatur Auctor,niti tantum nonniſi veriſimilibus rationibus: Propterea quod in vetuſtis monumentis nihil ſatis expreſſum de hujuſmodi ſucceſſione reperiri contingit. Unde quidquid in præſentibus conjecturaliter aſſequi poteſt, nunc in medium profertur.

Loc.cit. cap.12.

Et quidem difficultas non pauca oboritur ad inveſtigandam hujus hiſtoriæ veritatem, quam veluti certam omnes ſectarij, ac indubitatam præſupponunt, abſque eo quod diligenter eam perquirendi ante Seifridum aliquis eorum curaverit. Radix totius in hac re laboris ex eo oriri videtur, nam cum Vernerus III. Habsburgius multis annis ſuperſtes fuerit poſt Leonis Maximi in Germaniam profectionem, quæ veriſimiliter evenisse

Hujus rei perveſtigatio.

In IV. excurſu ſect. 1.

veniſſe oſtenſum eſt ann. 1152. hoc otiam tempore Albertus Dives ejus filius Caſtrum Habsburgium inhabitavit. Siquidem eò patrem traduxit ad inſpiciendos magno numero clientes, quos ea pecunia, quam à patre migraturus ex Urbe acceperat, hucuſque compararat. Quamobrem non abſque difficultate profectò diſquirendum venit, qua ratione Albertus, vivo ac ſuperſtite Vernero Habsburgio, Caſtrum Habsburg obtinuiſſe potuerit.

Duo modi veriſimiles.

Duos veriſimiliores modos fingit Seifridus: alterum ad credendum difficilem: alterum verò ad perſuadendum magis idoneum. Primus modus erit per venditionis, atque emptionis contractum: ut exempli cauſa ſi diceretur, Albertum vel Caſtrum Habsburg, ac bona, ad illud pertinentia, à Vernero pecunia comparâſſe, vel à filiabus ejus, quorum utrumque difficile creditu eſt. Nam quo modo aut pater gentilitium familiæ ſuæ & præcipuum Caſtrum alienis vendidiſſe potuit? Aut quo pacto filiæ propriam, & paternam hæreditatem non ſtuduerunt conſervare? Certè niſi Vernerum aut ſumma rerum egeſtate laborâſſe, aut maximo æris alieni pondere preſſum ſentiamus (quod penè incredibile videtur) non audemus affirmare, ab ipſo Caſtrum Habsburg, præſertim homini advenæ, divenditum fuiſſe.

I. Modus ex cõtractu venditionis, & emptionis.

II. Modus ex cõtractu connub.

Secundus modus vocari poteſt connubialis, ex contractu nimirum legis, juriſque matrimonialis obortus. Qui quidem modus veritati magis conſentaneus videtur. Nam per eum oſtenditur, Alberto diviti, qui, ut dictum eſt, non Verneri filius, ſed alterius Stemmatis fuit, ductâ hujus Verneri filiâ in Uxorem jure matrimonij, & dotis nomine Caſtrum Habsburg, omniaque ejus bona obtigiſſe. Eo quod ſocer Vernerus maſculo hærede caruerit, totaque ipſius hæreditate al filias fuerit devoluta.

Probatur hic 2. modus cõjecturis.

Ad quod probandum primò plurimùm quidem ſuadet concors hujus primæ ſententiæ Auctorum opinio. Omnes enim minorem natu filium Leonis Maximi Uxorem è nobili ſtirpe in illis Helvetiæ partibus duxiſſe, indubitanter aſſerunt. Secundò haud dubie idem colligitur ex Alberto à Bonſtetten, qui tradit, Albertum hunc, de quo nobis ſermo eſt, ante ITAM Rudolphi Pfulienduri, & Brigantij Comitis filiã, duas alias Uxores habuiſſe; quarum prima non diu in ejus conjugio vixerit: altera autem in puerperio partus difficultate ſit extincta. Additque ipſummet Albertum ex utriuſque Vxoris connubio magnis opibus, multiſque bonis atque maxima auctum fuiſſe affinitate.

Alb. de Bonſte. cap. 18.

Loc. cit.

II. Conjectura.

Ex qua aſſertione explicitius conjecturam Seifridus profert ac ſecundum argumentum confirmat. Propterea quod docet, aut primam, aut alteram Alberti Divitis conjugem Verneri filiam fuiſſe. Aſſeritque hunc Albertum Vernero, maſcula prole carenti, ſucceſſiſſe in Caſtrum & Comitatum Habsburgium, ratione nimirum Uxoris jure connubiali. Conſignatis alijs bonis duabus reliquis Verneri filiabus, vel ex æqua & con-

concordi totius hæreditatis diviſione,vel ex legitima paterni inſtitutione teſtamenti : vel quod veriſimilius videtur, partium illarum, quas ſibi cæteræ uxoris ſuæ ſorores in Caſtro Habsburg vendicare potuerunt , certa pecuniæ redemptione.

Tertio conjectari poteſt ex eo;nam ſi Albertus vivo adhuc,& ſuperſtite Vernero tenuit Caſtrum Habsburgium , ut oſtenſum eſt : dicendum Albertum ab eodem Vernero tradita in conjugem filia, in filium ac hæredem adoptatum fuiſſe, ſimulque ſocerum cum genero in eodem Caſtro habitâſſe. Unde poſtea factum eſt, ut Auctor Libelli fundatorum Murenſis Cænobij, ac alij non improbabiliter opinari potuerint , Albertum Vernero progeneratum; quem conſtat ex dictis, non naturalem , ac legitimum, ſed adoptivum duntaxat Verneri filium fuiſſe. II. Conjectura. Quare liber fũdationis Murenſis Cænobij filiũ Verneri Albertum Romanum dixit.

Ad quam conjecturam, ſeu opinionem corroborandam arbitratur Seifridus ſibi Albertum Argentinenſem adſtipulari. Hic enim Auctor ab illis duobus Romanis Fratribus familiam Habsburgiam ad poſteritatem, propagatam tradit, inquiens, *Ex his itaque duobus fratribus omnes de Habsburg poſtea proceſſerũt.* Quibus verbis non obſcurè oſtenditur veterem illam ex Vindoniſſenſibus Comitibus proſapiam ſaltem maſculæ prolis defectu elanguiſſe. Imò ſignanter ſatis innuitur, Comites, qui ante fuerunt, de Habsburg, alterius ſtirpis fuiſſe,eorumque Stemma jam effætum in Perleoniam gentem translatum,à qua cæteri,qui poſtea floruere,Comites ſint oriundi. Hactenus Seifridus. Ubi ſupra.

Itaque Albertus tertium inijt connubium , functis jam vita primis Uxoribus unâ cum ITA ſupradicta,filia Rudolphi Pfullenduri &Brigantij poſtremi ſuæ StirpisComitis.Hinc mortuo ITÆ Patre *Comes Albertus* , (inquit Gundelfingenſis) *Montis Aventini Uxoris ſuæ cauſa, quæ Comitis de Pragantia filia extiterat, adire hæreditatem hujusmodi habebat. Pro hoc tamen jure Imperator Fridericus Alberto Thuricenſem conceſſit Comitatum & Seckingenſis Eccleſiæ advocatiam cum prædijs de Bydertam.* Epit. 2.

Verum cum ex hâc ITA Pfullendurenſi natum Rudolphi Cæſaris avum, Albertum Sapientem duntaxat,plerique aſſerant: conſequitur,poſteriores Habsburgienſes Comites à prioribus illis Vindoniſſâ oriundis, nedum materno genere deſcendere contra omnes recenſiores tam ſecundæ,quam tertiæ ſententiæ,quas ſuis locis adducemus , ſectatores. Vero igitur valde congruum videtur, AlbertumDivitem Leonis Maximi filium ratione connubiali, propter unam ſcilicet ex filiabus Verneri III. ultimi Comitis Habsburgienſis,ſibi in Uxorem locatam,ſoceri hæreditatem pro ſe ſuiſque poſteris acquiſiviſſe. Poſteriores,ac ultimi Comites deHabsburg neq; materno genere à Comit. Vindoniſſ. derivant.

Hic ſanè modus hæreditandi per connubium in illis Helvetiæ parti-

bus

tibus uſitatiſſimus tunc temporis fuit, ut ex Hiſtorijs paſſim liquet. Sed huic familiæ Habsburgiæ adeò proprius ac peculiaris viſus eſt, ut ad hanc ſtupendam hujus tempeſtatis Imperij magnitudinem nulla alia penè ratione perveniſſe, experientia conſtat. Sic nos ſcimus Heudigem ſororem Hartmanni Senioris Comitis Kyburgenſis, Alberti ſapientis uxorem, ac Rudolphi I. Imperatoris Matrem, ampliſſimas poſſeſſiones Comitum Kyburgenſium ad hanc familiã intuliſſe. Si de *Clypeo, cordeque* S.R.I. loquimur, *Auſtriâ* duntaxat, fatendum eſt, eam cum Ducatu Styriæ atque Carniolæ Albertum Triumphatorem Rudolphi I. Imperatoris filium, Stemmatiſque propagatorem Uxoris Eliſabethæ Menardi Comitis hujus Tyrolenſis Provinciæ filiæ intuitu conſecutum eſſe, ſuæque ſoboli ac familiæ adjeciſſe. Si de Burgundia, ac illo Provinciarum ocello, & delicijs Belgijs erit nobis ſermo, nullus ſanè dubitabit, Mariam Caroli Ducis Burgundiæ filiam & unicam hæredem, à Maximiliano I. ductam, Habsburgijs Auſtrijs addidiſſe. Si demum ad tot Hiſpanica regna, ad utriuſque Siciliæ Coronas, ad ſublimia Luſitaniæ Sceptra, hincque ad Indos uſque quis intuitum protenderit, hiſtorias rimando, Philippum Auſtriacum Maximiliani I. filium, Caroli V. ac Ferdinandi I. Imperatorum Patrem regali thalamo *Joannæ* Ferdinandi Regis Catholici filiæ ac Hæredi junctum inveniet. Ac propterea tot ampla Dominia Habsburgiæ Auſtriæque ſoboli devoluta per ipſum concludet. Sed de hac materia fuſius in ſequenti Gentilitio.

Auſtriaca fortuna ex matrimonijs.

Memorantur principalia Dominia Auſtriacorũ, quæ ratiõe connubiali eis acciderunt.

Hinc meritò aſſerendum eſt (inquiunt hujus primæ opinionis defenſores) Divinam ſapientiam, quæ omnia ſuaviter diſponit, providiſſe, ut ad hoc admirandum humanæ majeſtatis ac potentiæ exemplar, ad quod à Deo potiſſimùm in terris eſt conſtituta; non ingenio, non induſtria, non divitijs & opibus, non armis, non viribus humanis, ſed ſolius ſuperni Numinis benignitate, & voluntate (*qui lignum viride ſiccavit, & frondere fecit lignum aridum*) Sereniſſima Pijſſimaque Auſtriacorum gens evecta, & exaltata eſſe videatur. Quare ſicut divinum ac cæleſte Numen hoc per connubium modo, in amplificanda ac illuſtranda Habsburgica Auſtriaca Domo uſum eſſe totus terrarum Orbis intuetur; ità conſentaneum etiam eſt, ut idem in eâdem familiâ primùm in Germania plantanda eundem modum tenuiſſe ſentiat.

Divinę ſapientię præcipua Providẽtia verſus Auſtriacam gentẽ medijs matrimonijs.

Ezech. cap. 17.

Quæ tandem concludit Seifridus in illo cap. 12. his verbis explicat. Hæc ſunt amice Lector, quæ de translatione ſtirpis Perleoniæ in Germaniam, ejuſque ſucceſſione in familiam veterum Comitum Habsburgenſium explicanda eſſe duximus: qua quidem in re, ut veritatem aſſequeremur, magno ſanè labore & induſtria opus fuit. Nam eam quaſi antiquitatis rubigine obductam, atque veterum hiſtoricorum ſilentio, & illius ineruditæ ætatis tenebris obvolutam, recenſiorumque fabulis ac menda-

Diligentia maxima Joannis Seifridi in defẽdenda hac prima opinione.

cijs

cijs aſperſam, non niſi per quaſdam quaſi rimulas nobis intueri licuit: quas quaſi indices ſecuti, limâ rectæ rationis adhibitâ, in hunc, quem hoc primo libro deſcripſimus, nitorem ac lucem propitio ac ſecundo Numine, perduximus.

Scio tamen hucuſque haud paucos verbis & ſcriptis hanc primam ſententiam impugnâſſe, Seifridum ſpreviſſe, ac denique (licet cum Spigelio parum de exilio Perleonum curarint, eorumque connubijs, quæ fabuloſa predicant) impudentiſſimè quidem, ac valdè cum eo procaciter non ſolum ipſorum nationem, ſed univerſam Italiam tanquam omni nobilitate ſpoliatam traduxiſſe: ac ſi ipſi omnis generis claritudo à priſcis Germanorum fontibus emendicanda foret. Nihilominus ſicut Seifridus auſum Spigelij Spigeliſtarumq; pluſquam temerarium, quo hujus ſententiæ Auctores ſtultitiæ damnant irredargutum ſinere non eſt paſſus: ſic etiam manifeſtiſſimis exemplis cum Arnoldo Wione eorũ impudentiam ſcriptis ſuis in dies refellit. Nam mortuus quoque vivos irriſores Italiæ (cujus Nobilitatis ac Politiæ ſeminarium per totum terrarum orbem ubiq; ſemper diffuſum eſt) ita ſenſibiliter percutit.

Spigelij auſus impudens affertur, ac ejus ſequacium.

Italia ſeminariũ nobilitatis, ac politiæ.

Quis illuſtriſſimam quandam Guelphorum Familiam, ex qua Duces Bavariæ, & Saxoniæ Electores, nec non moderni Luneburgi, & Brunſuigiæ Duces prodierunt, in Germaniam intulit? nonne Azo ejus nominis IV. Eſtenſis, & Ferrariæ Marchio, anno DOMINI circiter MLX. ex nobiliſſima Aziorum familia Romana progenitus? Quis Aſcaniam Ballenſtendeam ſecundam, unde Marchiones Brandenburgij Electores hodierni, & Duces item Saxoniæ Electores, nec non moderni Anhaltini originem ducunt, in Germania plantavit? nonne Aribertus ex Urſinorum Romana familia procreatus? Marchionum Hochbergiorum unde recentiores Badenſes, patrem nonne & ipſi Germani agnoſcunt Hermannum Veronenſem, qui anno circiter M.C.LVI. cum Imperatore Friderico Barbaroſſa Germaniam intravit? Brandenburgij autem quiâ Zollerijs Comitibus originem ducunt, nonne & ipſi à Petro Columna Domicello Romano anno circiter M.LXXX. ſe progenitos gloriantur? Denique multæ aliæ familiæ in Germania illuſtres referuntur, quæ ab Italiæ nobilibus familijs lineam conſanguinitatis ducunt: quod non ita evenit Germanis in Italia, ex quibus nullæ aliæ, quæ illuſtres ſint, prædicantur, præter Allobrogicam & Mantuanam, licet de ea quoque à nonnullis controvertatur, ſicut & de Montferratenſi, quam quidem Germani Saxonibus tribuunt, ſed ab Italis deſcendere egregiè prodit Thomas Porcacchius in hiſtoria familiæ Maleſpinæ.

Arnol. W. in opuſc. parag. 4. Guelph. familia. Eſtenſium.

Urſinorum.

Hermanni Veronenſis.

Petrus Columna & alij, qui Progenitores Principum Germanorum extiterunt.

EXCURSUS VI.

Perleoniam familiam eandem fuiſſe cum Habsburgica quamplurimi ſcriptores aſſerunt. Eandemque cum Sobole Aniciana, antiquitate & nobilitate illuſtri, monumenta oſtendunt.

HAnc primam, ac principaliorem opinionem iñumeri ſanè ſcriptores defendunt ac pluribus ordinibus diſtincti, cum ſint non unius ſed diverſarum nationum oriundi. Quia verò familia Pijſſimi, nobiliſſimi, ac potentiſſimi Equitis Leonis de Maximis, quæ Perleonia vocabatur, nomine tantum à ſtirpe Aniciorum, non autem re differebat; & Anicianum Genus ex una eademque radice cum Gente Romana exordia recognoſcit (adeò ut ſemper viſum ſit Pium ac Regium, in Majoribus ſplendidum, in appellatione invictum, in ſanguine nũquam plebeium, in ſobolis antiquitate clariſſimum, in gloria conſervanda, atque augenda aſſiduum, in prærogativis conſpicuum, ac denique in amplitudine fecundiſſimum) idcirco tripliciter hunc VI. excurſum ſecare congrua ratione ducimur. In prima ſectione afferre curavimus numerum ſcriptorum, qui Habsburgiam Auſtriam proſapiam à ſtirpe Perleonia derivare contendunt. In ſecunda de identitate, ſeu unitate ſanguinis inter familiã Perleoniam & Anicianam, quas ad eandem radicem ſimul referri poſſe, quamplurimi aſſerunt. At in tertia de memoratis Aniciæ ſtirpis Prærogativis, quibus eadem gens Perleonia jure meritò gaudet, VII. diviſionibus tractabimus.

Quæ omnia ſectione III. breviter enucleantur.

SECTIO I.

Quantitas, & qualitas ſectatorum hujus I. opinionis in medium adducuntur, undè novis argumentis hæc prima ſententia ſtabilitur.

Primus Ordo ſcriptorũ Germanorum.

DUos Ordines Hiſtoricorum & unum approbatorum pro hac prima opinione apud ſcriptores reperio. Illorum nonnulli Germani ſunt (pauciſſimis exceptis) reliqui vero Itali, quorum alij Latino, alij autem paterno idiomate de Auſtriaca Domo ſcripſere. Approbatores verò Germani, & Hiſpani videntur eſſe. Majorem tamen omnium partem eâdem afferam fidelitate, qua Joannes Seifridus obtulit.

Lib. 7. cap. 12.

Stumphius in major. Helvet. annal.

Ulricus Krigius nobilis Tigurinus (Tigurum Urbs eſt ad Limagum fluvium inter Helvetios: & Tigurinus pagus hodie inter Helvetios principem locum tenet) floruit, ut refert Joannes Stumphius, circa ann. Dom. 1268. ac tempore Rudolphi Comitis de Habsburg, ante quam eſſet Imperator

peratør. Hic Auctor ejuſdem ætatis hiſtoriam ſcripſit, ac diſertis verbis, teſte eodem Stumphio, aſſeveravit, Rudolphum Comitem, nondum Regem Romanorum, in Caſtro Habsburg propè oppidum Bruck habitaſſe, ejuſque Progenitores nobili, ac veteri Romanorum gente oriundos fuiſſe.

Ulricus Krigius ſcripſit tempore Rudolphi.

Quamobrem ex duplici capite argumentum ſanè ſumere poſſumus ad hanc primam ſententiam firmandam. Nam cum Auctor hic ortum duxerit ab Helvetijs, inter quos Comitatus de Habsburg ſitus eſt, cumq; vivente adhuc Rudolpho Comite, qui ad Imperij faſtigium nec dum aſcéderat, hiſtoriam ſuam compoſuerit, certè ejuſdem Progenitores nullo modo ignorare poterat: eos inquam, qui vix quatuor generationis gradibus ab ipſo diſtabant.

Argumentum I. Auctoris.

Hinc meritò deinde argumentatur Seifridus per locum à paritate ætatis ſeu temporis Ulrici cū Rudolpho tali modo. Cum ergo hic ſcriptor tēpore Rudolphi Cæſaris vixerit, nullo modo dubitari poteſt, quin hæc de Origine Comitum de Habsburg opinio ea tempeſtate tanquam certa vulgataque in omnium ore verſata ſit, atque ſine ulla controverſia recepta ab univerſis. Cum enim nullus ſcriptorum ea ætate ſit reperiri, qui diverſum ab hac opinione tradiderit, præter Rhitmographum quendam, (cujus auctoritas aut nihil in præſentibus valere, aut cum hac ſententia non pugnare inferius liquebit) omneſque qui poſtea vixére hiſtorici eandem ſint amplexati, nulla alterius diverſæ opinionis facta mentione: æquo congruum eſt exiſtimemus, Ulrici præfati opinionem de Gentis Habsburgiæ origine tunc temporis non ſolum communem, & vulgatam, ſed etiam ſolam, & abſque æmula fuiſſe.

Argumentum II. ex Seifrido loc. cit, cap. 5.

In reſponſionibus ad objecta adverſariorum.

Magiſter Albertus Argentinenſis vivebat tempore Benedicti XII, Romani Pontificis, apud quem, ut ipſemet teſtatur, publica functus eſt legatione pro Epiſcopo Argentinæ ejus Patriæ. Hic Auctor temporibus Rudolphi proximus fuit. Cuſpinianus eum vocat diligentiſſimum Annalium ſcriptorem, ac rerum Auſtriacarum exhibitorem fideliſſimum, Chronicon, quod ipſe confecit, ita orditur. *Rudolphus Comes ab Habsburg ex antiquis Progenitoribus ab Urbe Roma traxit originem, &c.* Quæ ſententia, poſtea ſuo loco integrè iterum ponenda, uti antea fecimus, licet alio modo interpretetur à Guillimanno, ſicut etiam illa Ulrici commemorati, eo quia apud utrumque nulla reperiatur Perleonum mentio: tamen quemadmodum ſuperius dictum eſt, ita hanc interpretationem nullius roboris, nullius fundamenti eſſe, alibi penitus apparebit.

II. Auctor M. Albert. Argentoratenſis.

Cuſpinia. in deſcript. Auſtriæ.

Ulricus de Clingenberg vixit, teſte Stumphio, circa ann. 1388. ac eandem de Habsburgiorum origine tradidit ſententiam.

III. Auctor. Ubi ſupra.

Albertus Baro à Bonſtetten floruit circa annos Domini 1486. Hi duo Auctores, ut Seifridus advertit, duas ac diverſas hiſtorias cōfudiſſe viden-

IV. Auctor. Loc. cit, cap. 7

Deceptio Ulrici & Alberti.

dentur ex malè intellectis Alberti Argentinenſis verbis. Nam juniorem natu fratrem exulum Perleonum, non à Patre, ſed à Rudoldo fratre jam Epiſcopo Argentinæ electo, viſitatum ſcribunt.

Alij Auctores.

Porro ſimilia de Gentis Habsburgiæ primordijs tradiderunt omnes penè Auctores, qui poſterioribus temporibus vixerunt: quorum alios ad Fabiam, alios ad Juliam ſtirpem Generis Habsburgici originem retulêre. Ita Doctor Joſephus Gruenpech Mathematicus Friderici IV. Imperatoris in oratione vernacula linguâ habitâ in funere ejuſdem Cæſaris.

Extat M. S. in CæſareaBibliot. Viennæ.

Quorum quidem omnium cum tanta & tam clara ſit auctoritas, ut eiſdem in frontem, ut dicitur, refragari poſſit nemo, callidè adverſarij eos diſſimularunt, totamque controverſiam in unum Volaterranum verterunt, ac ſi ipſe Romanæ gloriæ plus nimio avidus, auctor ac princeps hujus opinionis extitiſſet, & non Germani. Verba præcipua Volaterrani in finem illius cap. 23. ſunt hæc. De ipſius verò Genealogia (id eſt Maximiliani I.) quæ plurimis ignoratur pauca ſubjiciã ex comentarijs Matthæi, & eã uſque ad numerum quintum, quem modò ſcribemus.

Falsò hæc opinio primò Volaterrano aſcribitur.

Verùm tum Lazius imprudens, tum Volaterranus ipſe affirmat, quod præter Auctores prædictos plures alij ante Volaterranum ex ſcriptoribus Germanis eandem de Auſtriacæ Domus primordijs ſententiam poſteris memoriæ demandavere. Ille namque refert Wicardum Baronem de Polhaim Decanum Salisburgenſem, Joannem Enneckel Equitem Auſtriacum, & Othocarum ab Orneck Styriæ regulum. Hic verò Matthæum quendam de Origine primorum Ducum Auſtriæ, Othonem Friſingenſem in commentarijs, Jordanum Osnaburgium de irruptione Gothica in Urbem, Hermannum de Solgauu in Chronographia; & Henricum Conſtantienſem idem ſenſiſſe ſcripſiſſeque affirmat.

Lib. 1. comm. in Auſt. famil. c. 1.

Qui ante Volaterranum de origine Domus Auſtriacæ ſcripſere.

Ex quo liquidò apparet, Volaterranum non hujus ſententiæ primum fuiſſe Auctorem, neque eam ab Italis confictam, ſed à Germanis multò ante literis conſignatam, corúmque teſtimonijs roboratam, uſque ad tempora Maximiliani I. ann. 221. perduraſſe: donec Stabius, Trithemius, alijque emerſerunt, qui ob rationes, inferius enumerandas, novam Habsburgenſium Auſtriacorum commenti ſunt Genealogiam ex genere Gallicano. Illam, inquam, Genealogiam, quam deinde Ioannes Seifridus egregiè impugnavit, inanem, atque incompoſſibilem reddidit tempore Matthiæ Imperatoris; ac perantiquam illuſtriorem, à multis erroribus expurgatam, reddidit. Itaque ſicut ſecunda opinio Hæreſum naturam, ſic & prima Catholicæ Fidei conditionem imitatur. Propterea quod experimento didicimus, Hæreſiſmum propter ſui inconſtantiam ſuper mendacia fundatam, nunquam acquieviſſe, ſed per novas ſectas, ac varia dogmata diverſis temporibus ſciſſum eſſe. Contra verò Catholica Fides ſemper eadem perſiſtens à principio, ſemper quoque purgatior, ac ſplendidior viſa eſt; nec unquam aliquis error repertus, qui eam deſtruere valeret, imò

Prima opinio duravit. an. 221.

Auctoris comparatio inter primam hanc & ſecundam opinionem.

imò nec unquam novum aliquod dogma exivit, quod demum ipſi non cederet. Veritas enim etſi aliquamdiu premi poteſt, opprimi tamen omninò non poteſt: latet quidem denſis ſæpè obvoluta tenebris, ſed tandem radiolos quoſdam emittit, quibus mens benè inſtituta veluti indicibus, diſcuſſa omni pravæ affectionis ac pertinaciæ nebula, ad ipſam penetrare poſſit. Eodem modo dicendum in præſentibus: viguit prima opinio ann. 221. à Rudolpho I. Habsburgico uſque ad Maximilianum I. Auſtriacum. Deſijt verò tempore hujus Imperatoris, qui magis antiquæ, quam neotericæ favit ſententiæ, ut modò patebit, uſque ad Matthiam ann. 118. quibus ſecunda opinio duravit. At denuò prima robuſtior tandem reſurrexit ac pulchrior ubi parum incepit clareſcere per Arnoldum Wionem, qui eam aliquanto è tenebris exemit, ſed non ita quin remanſerit adhuc denſiſſimis umbris ſepulta. Secundam verò inter implicatiſſimas, ac novas hæreſes hiſtoricas incluſam experitur; licet deinde quamplurimi recentiores hucuſque in vanum laboraverint eam à turpibus maculis expurgare, ac firmis rationibus vetuſtiorem ſententiam è poſterorum memoria penitus abolere.

Secunda opinio duravit an. 118. ubi iterum prima viſa eſt emēdatior.

Qua de cauſa non poteſt haud ſtomachari Seifridus (utor verbis ejus) in Gerardum de Roho, qui hanc primam ſententiam vulgi opinionem appellat. Sacræ literæ, inquit, communem populi vocem inſtar Divini oraculi eſſe pronunciant: imò ſi ſemper in animis hominum hæſit hæc opinio, & vulgi in ore verſata eſt, ex hoc illa maximè confirmari, ac ſtabiliri debet. Non enim res Genealogicæ adeò captu difficiles, & arduæ ſunt, ut ex intimis ſapientiæ penetralibus evocari debeant, ad quæ nonniſi magnis & perſpicacibus ingenijs patet acceſſus. Sed totæ ex majorum traditione ac fide hiſtorica pendent, ad quam ſtabiliendam neſcio an quippiam efficacius afferri poſſit vetuſtiſſima vulgi opinione. Hactenus Seifridus.

Gerar. de Roho lib. 1. Hiſt. pag. 2. à Seifrido repræhenſus.

Argum. IV. ad hominem contra Roho.

Sed præter eos Auctores, quos ex Volaterrano, & Lazio recenſuimus, alij inveniuntur. Nimirum Henricus Gundelfingenſis, artium Magiſter, & Eccleſiæ Friburgenſis Sacellanus, qui floruit circa ann. 1476. Hic Auctor non fuit primus (ceſſet in eum inſignis Guillimanni calumnia) qui repertâ, nominatâque gente Romanâ Habsburgios à Perleonibus oriundos affirmaret. Etenim longè ante ipſum eam opinionem à vetuſtis Germanis ſupra ennarratis (uti ex ejus præfatione liquet) propagatā accepit unâ cū errore memorato de Caſtri Habsburgici conſtructione. Unde cum Henricus in deſcribenda Habsburgiorum Auſtriacorum origine Duces, & Auctores habuerit, ſatis conſtare Guillimanno debuerat, non incertos ac vanos vulgi rumuſculos, ſed comperta, atque prioribus in annalibus conſignata Volaterranum quoque prodidiſſe.

Alij Auctores. Extat M. S. ad Sigis. Auſtr. in Cæſarea Bibliot. In Habsburg. l. 1 c. 1. & 2.

Error de conſtructione Habs. unde exortus.

Lib. 23. Antrop. circa finem.

Alij hiſtorici, Auctoreſque Germanici apud Hieronymum Bardi

Florentinum, è cujus comentariolo eoſdem ſumpſit Arnoldus Wion, reperiuntur, & ſunt hi, ſcilicet Anonymus quidam Auctor Hiſtoriæ Bavaricæ, & Sueviæ; Seleſtandienſis lib. 2. Jacobus Winpelengus in Epitome, Riccardus Rantchinus lib. 2. in Auſtria ſua M. S. Wolfgangus Sileſius tom. 2. Corographiæ gener. 43. Quibus ſcriptoribus, à Bardi adductis, addi poſſunt Nauclerus Tubingenſis Suevus (qui etſi ambiguus, multum tamen huic primæ opinioni favere videtur) Thomas Bozius lib. 8. de ruinis Regnorum, & gentium, & lib. 21. de ſignis Eccleſiæ, Arnoldus citatus Belga Duacenſis, & Alphonſus Ciacconius Ordinis Prædicatorum etiam Belga, & Apoſtolicus Pœnitentiarius in Anacleto II. Eiſdem quoque nos addimus Joannem Seifridum Sileſium, hujus primæ opinionis reſtauratorem, illuſtratorem, ac egregium defenſorem in ſua Arbore Aniciana, & Gabrielem Bucelinum Monachum ſuperſtitem in ſua Nuclei hiſtoriæ univerſalis epiſt. dedicatoria ad Ferdinandum IV. Ungariæ, & Boemiæ, nunc verò etiam Romanorum Regem.

II. Ordo ſcriptorum Italicorum.

Ex Italis ſcriptoribus multi profectò, & graves Auctores eandẽ ſententiã conſtabiliunt. Iter eos primus occurrit Raphael Volater. lib. 23. Antropologiæ, agens de Maximil. I. Onuph. Panuinus apud Arnold. Wionem lib. 3. de Gente Frangipania c. 7. M. S. Paulus Jovius Epiſcopus Nucerinus ſupra citatus in elogijs virorum bellica virtute illuſtrium lib. 5. & 6. Hieronymus Rubeus ubi ſupra lib. 3. hiſt. Ravenn. ad ann. 824. Philippus Gothus Siculus tract. vernaculo de invent. Corporũ SS. Placidi, & ſociorũ: & apud hunc præter Panvinum etiam Marſilius Columna Archiepiſcopus Salernitanus lib. de Eccleſ. redditibus, Lucas Contilis in comm. ſuper ſymb. Philippi II. qui etiam citatur à Scipione Mazella in deſcriptione Regni noſtri Neapolitani, Cornelius Vitignanus loco mox inferius citando, & alij multi.

III. Ordo Approbantium.

Tertius Ordo eſt illorum, qui hanc primam ſententiam approbavere, illique maximam contulere auctoritatem. Etquidem inter hos principem locum tenet Principum Auſtriacorum Parens, qui Arbori Habsburgiæ Auſtriacæ culmen Imperatorium penè hæreditariò propter hæreditariam Pietatem inſeruit. Rudolphus Habsburgius Comes I. hujus nominis Imperaor in ſuis epiſtolis, & inſtrumentis ubi ſupra non ſolum hanc ſententiam approbavit, verum etiam palàm toti terrarum orbi fecit melius quam quilibet alius hiſtoricus, & clarius, qui ex propoſito de ejus origine ſcripſit, ut Seifridus locis citatis autumat.

1. Approbator Rudolphus I. Imp.

2. Henricus Norimb.

Henricus Burggravius Norimbergenſis, ut ſuperius vidimus, ejuſdem Rudolphi, cui tunc temporis inſerviebat, adſtipulatus eſt epiſtolis, in reſponſione ad literas Othocari Boemiæ Regis. Ex qua reſponſione illud notandum, quod Rudolphus Imperator vocatur ab ipſo Princeps Romanus, forſitan magis ſtirpe, quam poteſtate, & auctoritate.

Maxi-

Maximilianus I. qui, ut Paulus Jovius atteſtatur ubi ſupra, aſſeverare ſolebat Auſtriacæ Domus Nobilitatem Romani ſanguinis ſtirpem reſpicere, perducto Stemmate à Perleonum familia. 3. Maximilan. I.

Carolus V. de quo Lucas contilis tradit ubi ſupra, eundem Imperatorem Romæ conſtitutum percunctatum fuiſſe, an adhuc aliquæ reliquiæ familiæ Frangipaniæ, ſeu Perleoniæ (quod idem eſt, ut inferius patebit) in Urbe extarent. Ubi illi exhibita eſt ex eadem Stirpe oriunda ſuperſtes valdè venerabilis Perſona. 4. Carolus V.

Sigismundus Auſtriacus Patruelis Friderici IV. qui ut profitetur Henricus Gundelfingenſis, ejuſdem ſententiæ fuit cum Carolo V. 5. Sigiſm. Auſt.

Quod etiam addere poſſumus Matthiam Imperatorem, Philippum III. Hiſpaniarum Monarcham, Ferdinandum Archiducem, Ferdinandum III. Imperatorem, Ferdinandum IV. Regem Romanorum, & Ferdinandum Carolum Tyrolenſem Dominum meum clementiſſimum. Tres primi non ſolum approbaverunt opus Ioannis Seifridi Germani, Abbatis ex ſacro Ciſtertienſium Ordine, ſed etiam per gratum eum habuerunt. Operis titulus eſt. ARBOR ANICIANA, *ſeu* GENEALOGIA *Sereniſſimorum Auguſtiſſimæ* AUSTRIÆ DOMUS *Principum ab antiquiſſima nobiliſſimaque Urbis Romæ familia deducta ſeptemquè libris explicata.* Quorum argumenta *Germen Habsburgium Auſtrium. Radix & Antiquitas. Rami ſeu Amplitudo* (hos tres Libros prior pars amplectitur) *Folia, Flores, Fructus, Truncus.* Iſti quatuor libri in poſteriori parte continentur, quam nondum impreſſam fuiſſe puto, eo quia Auctor pluribus de cauſis proteſtatus ſit in altera ad lectorem epiſtola, in fine operis poſita, quare eam cum priori tunc typis non demandabat. Sed an poſtea impreſſa fuerit, multi ex amicis meis, quos pluries ſciſcitatus ſum, ignorant. Si demum, Auctore è vivis ſublato, calamo tantum exarata reperitur, cur quæſo qui M.S. poſſident eum prælo haud ſubmittunt, ne amplius dimidiata, ac deformis Arbor Aniciana Perleonia Habsburgica, ſpoliata folijs, enudata floribus, privata fructibus, & ſine trunco veluti corpus ſine capite, nõ abſq; doctorũ virorũ dolore videatur? Et quidem in illis quatuor libris glorioſiora, ad antiquiſſimam, ac nobiliſſimam ſobolem Habsburgiam Auſtriam pertinentia, unuſquiſque rimaret. In quarto enim libro per Anicios gentilitium falſorum Deorum abrogatum, profligatas Hæreſes, pacem, & tranquillitatem Eccleſiæ & Imperio redditam reperiret. In quinto plurimos ejuſdem ſtirpis tam viros, quam fœminas, qui gloria confeſſionis, aut ſanctitate vitæ & rebus mirificè geſtis, aut inſigni Martyrij palmâ illuſtres fuere, conſpiceret. In 6. eorundem Aniciorum ſummos in Urbe & Orbe Magiſtratus, Præfecturas, faſces, coronas ac diademata perluſtraret. Denique (ut ipſe Auctor fatetur in diviſione totius operis ad lectorem) in ſeptimo, & ultimo libro re-

6. Alij approbatores Principes Auſtriæ.

Viennæ Auſtriæ impreſſ. an. 1613. cum priuilegio Cæſaris.

ctam

ctam Genealogiæ lineam non ſine maxima animi delectatione inveniret. Harum tamen rerum omnium partẽ majorem in hoc primo gentilitio ſub alio ordine, ac varijs Stemmatibus lector meus reperiet.

Triplici motum ratione ad illud opus ſuſcipiendum ſe oſtendit Seifridus in epiſtola prima ad Lectorem. Secundam rationem his verbis expreſſit. Acceſſit deinde ad hanc animi propenſionem neceſſitas quædam ex voluntate & auctoritate regia, cui non ſatisfacere, ac refragari nefas erat. Cum enim Matthiæ II. Regi Ungariæ coronato Viennam redeunti nomine Abbatis & Monaſterij mei carmen gratulatorium hieroglyphicis figuris inſigne Epiniciorum loco obtuliſſem, cujus dextrum latus decem Anicij, ſiniſtrum decem Auſtrij Auguſti Imperatores claudebant; apex verò Aniciæ, Probæ, Olibriæ, Perleoniæ, Habsburgiæ, Auſtriæ familiarum proprijs inſignibus variegatus, ſub effigie Regis titulum ipſius continebat: Requirente Rege quid hieroglyphica illa & reliquus circum ornatus myſterij præſeferret, coactus ſum tunc brevem & ex temporaneã eorundem explanationem conficere; in qua cum ſpopondiſſem me fuſius & accuratius ea quæ dubia videri poſſent, poſtmodum probaturum, non potui nec debui fidem meam apud tantum Principem depoſitam fallere. Hæc ille.

In epiſt. ad Lect.

Ex qua ratione concludendum, Matthiam Imperatorem non ſolum lubenti animo acceptaſſe illud gratulatorium ac ingenioſum carmen Seifridi, verum etiam commendaſſe, ac propterea annuiſſe Auctori, ut pro majori illius intellectu promiſſum opus conſtrueret. Cujus priorem partem, in qua eruditus Abbas primum librũ Cæſari conſecraverat, Imperator benignè accepit, ac ſuo privilegio jam conſignatam conſpexit.

Nec minori judicio Seifridi laborem approbavere Ferdinandus III. & Ferdinandus Archidux, quibus ejus reſiduũ dedicatũ venerat (nempè uni ſecundus liber, tertius verò alteri.) Quemadmodũ etiã Rex Hiſpan⁹ effecit cũ Libellum, ſive opuſculũ, vel comentariolũ Italicum recepiſſet Cornelij Vitignani, nobilis viri Neapolitani, cui titulus. *Genealogia, e Diſcendenza dell' Auguſtiſſima, e Invittiſſima Proſapia d' Auſtria.* Trahit Auctor eandem Proſapiam à ſanguine Perleonum cum hac prima ſententia; ac ulterius alta petens cum eadem Anicios, Iulianos, Iulios, ac Æneidos magnates tanquam illorum Progenitores perluſtrat. Et licet in eodem commentariolo haud pauca inveniantur, parum hiſtoricæ veritati cohærentia, quia tamen hæc adminicula ad ſubſtantiam rei nihil attinebant, meritò Philippus III. brevem laborem acceptavit, pergratum habuit, & adeo gratulanter approbavit, ut ſuis gratijs & favoribus Auctorem proſecutus ſit, ſicut planè liquet ex regijs literis, in principio ejuſdem commentarioli impreſſis, ac teſtibus conſignatis, idiomate Hiſpanico exaratis, & ad Regni Neapolitani Proregem Comitem de Olivares miſſis.

In 4. Neap. imp. 1601.

Comment. Cornelij Vitignani.

Quæ

Quæ literæ in noſtro opere Italico Antverpiæ impreſſo reſcriptæ ſunt. Pag. 202.

Quod opus cum Auguſtiſſimo Ferdinando III. Imperatori regnanti, cui dicatum erat, miſiſſem, illud Pius Cæſar clementiſſimè recepit; ac non minori animi aſſenſu capitaliores opiniones ibidem de ejus ſtirpe diſtinctiſſimè enarratas approbavit. Sicut antea noſter Sereniſſimus Princeps qui totius operis materies, & argumentum extat, idem effecit, juſſitque illud Antverpiæ imprimi. Ferdinandus etiam IV. Romanorum Rex Nucleum Hiſtoriæ Univerſalis, ſibi à præfato P. Gabriele Bucelino dicatum, cum hoc titulo in epiſtola *Ferdinando IV. Anicio Habsburgio, Auſtrio, &c.* humaniter accepit; ideoque ipſum quoque inter hujus primæ opinionis Principes Auſtriacos, quos ſuperius retulimus, approbatores, numeravimus. Ulmæ imp. 1652. duodecim.

Nec alia de re hos Auſtrios Principes in medium attulimus, niſi quia pro comperto ab omnibus, ablata quacunque heſitationis nota, habeatur, eos abſque ullo fundamento, aut gravi veterum auctoritate, aut ſine certa à majoribus ſuis traditione in hac prima ſententia nequaquã fuiſſe, permanſiſſeque. Preſertim cum Trithemius, Menlius, Stabius, Gebuellerus, & alij non defuerint, qui Maximilianum I. Carolum V. & Sigismundum Auſtriacum commemoratos in contrariam ſuam opinionem pertrahere ſint conati. Apud Seifrid. cap. 6. lib. 1.

SECTIO II.

Unam eandemque fuiſſe Stirpem Perleoniam cum Aniciana, ac propterea per Gentem Julianam, Juliamq; ad radicem Æneæ Trojani utramque referendam eſſe fatendum.

PLurimùm in hac ne immorari ſupervacaneum omninò foret, cum omnes hujus primæ ſententiæ ſectatores unanimi intellectu, multis allatis demonſtrationibus, oſtendant, Perleoniam ſobolem, uti etiam Olibriam, Probam, Frangipaniam, aliaſque quas inferius breuiter tangemus, rectâ, transverſalive lineâ ex ſtipite Aniciano germinâſſe. Quod etiam ſecundæ, ac tertiæ opinionis ſequaces, huic primæ adverſarij affirmant, ac pari voto potentiam, famam, ſplendorem, divitiaſque Perleonum Aniciorum profitentur.

Inter argumenta multa, & monumenta quibus Hiſtorici ad hoc probandum afferunt, unicum tantum ſeligere mihi quidem ſufficiet, deſumptum ex quodam Epitaphio ſuperiori ſæculo reperto in Monte Aventino Romæ ſub Pontificatu Pauli III. ut tradunt Hieronymus Bardi, Arnoldus Wion, & alij nonnulli. Et eſt hujuſmodi.

MAGNI. FLAVI. ANICI. PETRI.
LEONIS. GORDIANI. SENATO-
RIS AMPLISSIMI.
ROMANORUMQUE PATRITI.
CORPUS. HOC. SEPULCHRO.
CONDITUM JACET.
FLAVIA. ANICIA. GORDIA-
NA CON. P.P.P.
FLAVIUS. ANICIVS. FRANGE-
PANIS. PETRVS LEO. PET.
LEONIS. F. ANI.
PETRI. LEONIS. N. PAT.
OPT. DEDI.
OBIJT. ANNO. DOM. INCAR-
NATIONIS. DCC.XXII.

Loc. cit. cap. 13. Digna ſanè ſcitu videntur, quæ accuratiſſimè hic Seifridus advertit: demonſtratque in his literis multa contineri, quibus Lector proficere poſſit. Imprimis enim Perleones germina fuiſſe Anicianæ Stirpis ex eo fit manifeſtiſſimum, ſiquidem tum Pater, tum ipſe filius Anicios ſe profitentur. Deinde proſpicitur allucinatum eſſe Volaterranum, qui putavit, Perleones hoc cognomine ſortitos eſſe à Petro Leonis, qui tempore Gelaſij II. magna in Vrbe potentiâ floruit, quod etiam Baronius exiſtimavit. Propterea quod ex hac ſepulchrali inſcriptione, ſicut ex nonnullis alijs, ab hiſtoricis allatis, manifeſtum apparet, Aniciam familiam hoc cognomine Perleonio multis ſæculis ante inſignitam fuiſſe.

Unde Perleonũ nomen diſcordant Hiſtorici. Deceptio Volaterrani ac Baronij.

Demum ex eadem inſcriptione Frangipaniæ familiæ origo demonſtratur. Siquidem in ea Petrus Leo Petri Leonis filius vocatur Flavius Anicius Frangepanis: quod nomen nec à Patre, nec ab Avo, nec etiam ab ipſa Matre acceptum tulit. Sed ab eodem primum uſurpatum eſſe in memoriam ampliſſimi beneficij, quo ſibi, poſteritatique ſuæ univerſam Urbem devinxit, dum Roma ingenti aquarũ mole oppreſſa, ſumma rerum inopia laborantibus per ſingulas Domos Scaphâ vectus, frangendo panes ſubveniſſet, ſcriptores ferunt. Et nos inferius in proprio, ac præcipuo Stemmate hoc eodem primo Gentilitio explicitius trademus.

Secunda hujus ſectionis pars licet quamplurimis nunc penitus fabuloſa, nunc ſaltem fabulis ac figmentis admixta viſa ſit: innumeri tamen eam tanquam veram, ac veritati hiſtoricæ conformem amplectuntur.

Arboris Anicianæ Lemma ſacrum proferens Seifridus, illud Ezechielis ſatis pulchrè uſurpatur. *Hæc dicit Dominus: Et ſumam de medulla cedri ſublimis, & ponam verticem ramorum ejus, tenerum diſtringam, & plantabo ſuper Montem excelſum & eminentem.*

Ezech. cap. 17.

Quem

Quem locum ita miſticè idem Auctor interpretatur. Planè ſublimis Cedrus Arbor Anicia, quæ in Ænea Trojanorum Duce, & Amno Tuſcarum Rege altiſſimis defixa radicibus, per patricias Romanorum Stirpes uſque ad Q. Anicium Prænestinum protenſa, deinde patulis diffuſa ramis nobiliſſimas Romanæ Vrbis familias complexa, per Probam, & Olybrium gẽtem in Perleoniam porrigitur. In qua familia quia paulatim cum Romano Imperio Vrbis etiam, Civiumque Majeſtas in potentia diminuta eſt, Cedrus quoque Anicia in acutum deſijſſe videri poteſt. De hujus ergo ſublimis Cedri vertice medullam ſumpſit, tenerumque diſtrinxit, atque ſuper montem excelſum & eminentem plantavit Deus; cum duos juvenes è gente Perleonia oriundos veriſſimum arboris Anicianæ germen ob defenſionem Romanæ Eccleſiæ, patria extorres in Germaniam commigrare, ſedeſque in ſummis Helvetiorum Montium jugis figere fecit. Quæ propago vertentibus annis adeò felici germine pullulavit, atque in tantam ſuccrevit arborem, ut veriſſimè de ea Regius Pſaltes ceciniſſe exiſtimari poſſit, quod impleverit terram, quod umbra ejus operuerit montes, quod extenderit palmites uſque ad Mare, & uſque ad flumen propagines. Hæc ille, & quidem valde egregiè, & valdè accomodatè.

Seifrid lemma ſacro pro Arb. Anicia.

Pſal. 79. Alterum vaticinium de Gente Perleonia.

Itaque ex hac ſententia preſupponere debemus juxta antiquarum hiſtoriarum traditiones, haud paucas ex Sabinorum gente, vel ab alijs Italiæ oris oriundas Romanas fuiſſe familias. Sed earum plurimas nobiliſſimas & antiquiſſimas ad Trojanos genus ſuum retuliſſe, complura veterum monumenta teſtantur. Inter quas multi ſcriptores gradatim ac per lineam rectam aſcendendo enumerant Aniciam, Juliam, Julianam, & Æneadam. Et nos Juliæ, Julianæque ſtirpium, grammaticaliter tantum diſtinctarum, in ſuis proprijs Stemmatibus mentionem precipuam efficiemus.

Stem. II. & III.

Ergo Aniciam familiam ad radices Trojanorum per Æneam reſpicere cum nonnullis alijs ſtirpibus multorum opinio, hiſtoricè enarrata contendit. Et quidem Dionyſius Alicarnaſſeus in deductione illa Coloniæ Albanæ, quæ Vrbem condidit Romam, quotquot generoſiſſimi habebantur, ex Trojanis fuiſſe teſtatur: A quibus, ut ipſe ait, propagatæ ad ſuam uſque ætatẽ aliquot familiæ circiter quadraginta ſupererant. Marcus Varro integrum de Familijs Trojanis compoſuit librũ, idemque fecit M. Valeſius Meſſala ſenex apud Plinium. Titus Pomponius Atticus rogatus ab aliquibus Viris illuſtribus, quaſdam familias Romanas à prima Stirpe ſeriatim ad ſua tempora ſingulis libris deſcripſit, ut Auctor eſt Cornelius Nepos: quos fortè imitatus eſt Richardus Strainius Auſtriacus, quem Romanorum Gentium & familiarum Stemmata, literis mandata, atque publicata edidiſſe apud dictæque omnes præfatorum Auctorum lucubrationes Eizingerum legitur. Illius libri copiam nanciſci haud potuiſſe Seifridus, maximâ antiquitatis jacturâ interijſſe fatetur.

Lib. 1. antiquit. Roman.

Marcus Varro.

Lib. 35. cap. 2. Pomp. Atticus.

Cornel. Nepos in vita Attici.

Unam autem ex familijs Trojanis fuiſſe Aniciam teſtatum fit ex Epitaphio Leonis III. in quo Majores Perleonum, quos Anicios fuiſſe demonſtravimus, à Sergeſto Æneæ ſocio, longo patrum ordine propagati deſcribuntur hiſce verſibus.

Apud Seifr. lib. 2, c. 7.

Quos Sergeſtus Acer Patrum longo ordine ſevit
Illuſtres animas, perque Ducum genera.
Mite genus hominum, ſapiens, inſigne, decorum
Nominis antiqui conſepelit tumulus.

Poſteri hujus Sergeſti Sergij, & non Anicij appellandi.

Quibus autem nixus ſit fundamentis Auctor hujus Epitaphij, prorſus non videtur. Nam qui de nominibus familiarum Romanis ſcripſere accuratius, inter quos eſt Alexander ab Alexandro, ajunt eos, qui à Sergeſto deſcenderunt, Sergios, & qui à Julio Julios nuncupatos. Unde Maro, *Sergeſtusque, domus tenet, à quo ſergia nomen.* D. etiam Hieronymus dixit Toxotium S. Paulæ Maritum Æneæ & Juliorum altiſſimum ſanguinem trahere, quia nimirum filia ejus Euſtochium Julia dicebatur. Conſtat verò in univerſa Aniciana ſtirpe & gentilitate, qui Sergio nomine fuerit appellatus, fuiſſe neminem, præter Sergium Anicium Baliſtam; quem in Oriente contra Galienum Milites Imperatorem acclamaverunt: cum tamen in eâdem familia Iulianum nomen maximè frequentatum reperiatur, quod nonnulli recentiores adjectivè tantum ſejungunt à Julij cognomine. Nam Gentem Juliam, inter Romanæ familias Sereniſſimam, à Julio dictam, & ex Aſcanio Æneæ filio ipſi derivatam autumant: Ac inſuper, interpoſita tantum interutramq; grammaticali differentia, quâ adjectivum à ſubſtantivo ſecernitur, inſtar duarum Stirpium in unica Arbore intexunt. Eo tamen pacto & ordine, ut ablatâ eſſentiæ diſtinctione, illâque nominis tantum poſitâ, Julia Gens, Juliana, Anicia, Perleonia, Frangipana, Habsbugica, Auſtriaca ad Æneæ Trojani genus referantur. Sicut inferius, jactis VII. Stemmatum Eiconibus, liquidò ac venuſtè planum fiet.

V. Æneid.
In vit. S. Paulæ.

Solus Sergeſtus Anicius Baliſta reperitur inter Anicios.

Cornel. vit. & alij ex ant. epitaphijs.

Quarè optimè ſpeculatur Seifridus, primam Aniciani generis originem ab ipſo Ænea Trojanorum in Italiam Duce repetendam eſſe.

Loc. cit.

Ad quod perſuadendum, magnum auctoritas Vigilij Papæ, & Juſtiniani Imperatoris monumentum afferret, niſi eas epiſtolas, quæ horum nomine ad Chronicon Caſſinenſe annexæ ſunt, Cæſar Baronius propter quædam incongruè in ijs inſerta, nonnihil ſuſpectas reddidiſſet. In ijs enim ubique Juſtinianus Imp. qui nobiliſſimum Anicianæ ſtirpis germen fuit, Æneidam ſe eſſe profitetur. Quod etiam confirmat Vigilius Papa, ſic ad eum ſcribens

Tom. 4. Ann. Eccl.

PIISSIMO, ET SERENISSIMO VICTORI TRIUMPHATORI FL. IUSTINIANO CONSTANTINO IMPE-

PERATORI AUGUSTO ÆNEADÆ VIGILIUS EPISCOPUS SEDIS APOSTOLICÆ SENIORIS ROMÆ.

VErum quidquid ſit de pondere,&auctoritate prædictarum epiſtolarũ; imprimis quidem Habsburgicos Perleonum & Aniciorum poſteros ab Ænea & Trojanâ ſtirpe oriundos eſſe tradunt Albertus de Bonſtetten: Gundelfingenſis, ſcribens ad Sigiſmundum Auſtriacum. Dom. Petrus Magnus Cæſareus Medicus vir potiſſimi ingenij, qui oretenus Seifrido faſſus eſt, etiam ſua ætate quendam, cujus nomen excidit, in commentariolo ad Rudolphum II. Imp. ſcripto idem ſenſiſſe, ſcripſiſſeque. Cornel. Vitignanus Neapolitanus in Libello Italico,& alij recentiores apud eundem. In Hiſt. Dom. Auſtr. c. 6. M S. In præfat. Loc. cit.

Horum aliorumque ſententiæ ex conſequenti etiam innituntur auctoritati Auſonij Galli Poetæ (quem ſecutus eſt Gundelfingenſis citatus, qui Perleonum generis originem ex gente Julij Cæſaris aſſeruit, ſcribentis ad Sext. Anicium Petronium Probum: ubi ipſum veram Romuli prolem appellat.

Sed validiora argumenta ſunt hæc. Eutropius Conſtantij Imp. Pater, ac Conſtantini Magni Avus, genus ſuum ad Æneam retulit: teſtatur inter alios Pomponius Lætus deſcribens Conſtantij Chlori parentes. Qui Eutropius germen fuit Stirpis Anicianorum Maximæ. Nam Flavius Clemens Maximus, qui contra Gratianum in Britannia à militibus Imperator eſt creatus, ejuſque poſteri Anicianâ ſtirpe generati fuêre, uti ex Caſſiodoro, Procopio, Faſtiſque conſularibus colligitur. Non tamen ex paterno ſanguine, quia Flavius idem Patre natus eſt Leonino Britanno, atq; D. Helenæ fuit avunculus, ut monumentis Birunnius & Baluacenſis tradunt; ſed ex materno Romano Imperatorio,& ex ſanguine Conſtantini, quod iidem Auctores affirmant. Nec diffitetur id ipſum Card. Baronius, eundemque Maximum ſibi aliquid de Conſtantini Stemmate arrogaſſe, ex eo quod Flavium præ ſe tulerit nomen, conjecturam capit. Cæterùm Flavium nomen poſt tempora Conſtantini adeò uſu commune fuit, ut non ſolum Imperatores Anicij cæterique ejuſdem familiæ homines, ſed & omnes penè Conſules,& Auguſti eo prænomine annotati in Faſtis conſularibus reperiantur. Validiora argumenta afferunt. In comp. Hiſt. Rom. lib. 2. Apud Seifrid. L. 2. & 3. Galfrid. monument. Hiſt. Reg. Britann. lib. 5. cap. 9. Pont. Vir. lib. 5. Vincent. in ſpecul. Hiſt. Baron. tom. 4. ad an. Ch. 383.

Quare cum Maximus maternâ gente & Romanâ, quâ Conſtantini genus attingebat, fuerit Anicius; conſequens quoque eſt, Conſtantinum ſtirpe Anicianâ ortum fuiſſe. Nam Conſtantinus à Flavia gente profectus eſt ex parte Claudiæ ejus Aviæ, Matris Conſtantij Chlori Claudij Auguſti, ſicut tradit Trebellius Pollio, Criſpi fratris ejus filiæ, qui ad Veſpaſianum, & Flaviam gentem generis ſui ſeriem referebant, quæ ante Veſpaſianum, ut Suetonius tradit, obſcura fuit. Ex parte verò Avi Eutropij Conſtantij Patris à gente Anicia Maxima ortus eſt Conſtantinus, ac proinde idem Conſtantinus Mag. Anic. fuit. In Claud. In Veſp. c. 12.

Eutropius,quem Pomponius quoq; citatus non obſcurè hoc indicando, Romanæ Gentis nobiliſſimum prædicat. Gens enim Anicia etiam ante Claudij Auguſti tempora cæteras omnes familias Romanas generis nobilitate ac ſplendore ſuperavit. Quamobrem cum Eutropius fuerit Anicianæ Stirpis germen, iſque ad Æneam Anchiſes filium ſui originem retulerit,ut apud eundem Pomponiũ ubi ſupra pro comperto habetur,conſequitur ab eodem Ænea univerſam Gentem Aniciam tanquam à primo fonte derivandam eſſe.

Quamvis autem nec Eutropius, nec poſteri ejus uſquam Anicianum præ ſe tulerint nomen, quod idem fecerunt Sextus Petronius Probus, Q. Clodius Hermogenianus Olybrius,Juſtini,&Juſtinian⁹ Imperatores,quos nec literis, nec inſcriptionibus Anicianos nominatos reperimus:aliundè tamen certius contrarium conſtat.Nam ut doctè annotavit Alexander ab Alexandro,ſolennis veterum mos fuit, excellentes viros, & principali dignitate inſignes ſolis prænominibus nominari, quippè qui ob ſuam amplitudinem vulgò noti, atque conſpicui eſſent. Cæterùm ſiquos hæc Seifridi ſententia difficiles explicatus habet, poteſt quilibet ipſummet conſulere. lib. III. cap. I. & 4. & alibi.

Genial. dier. lib. 5. cap. 4.

EXCURSUS VII.

Demùm eminentia Anicianæ Familiæ variè demonſtratur, ac Series à radice Æneada uſque ad præſens Auſtriæ germen per rectam lineam panditur.

CUm prior pars hujus excurſus neceſſariò juxta promiſſionem ſuperius factã ſeptem capita amplecti,uti etiam totidem poſterior Stemmata congruenter proferre debuerit,illum bifariè diſtinquere optima convenientia ducimur.Hoc enim modo clarius,omni poſſibili brevitate ſervata, ac novo adducto ordine, omnia enucleata apparebunt, legentiumque curioſitatempotius excitabunt,quam eximent.

SECTIO I.

Per VII. diviſiones Eminentia Anicianæ Stirpis, quæ eadem eſt cum Perleonia, breviter ennucleatur.

SEptem quoque de cauſis Soboles Pijſſima Aniciorum dicenda eſt eminentiſſima : nam primò ſplendida in Majoribus extitit : ſecundò in appellatione Invicta : tertiò in ſanguine nunquam plebeia : quartò in ge-

generis antiquitate clariſſima: ſextò in prærogativis conſpicua, ac unica: ſeptimò in amplitudine fæcundiſſima.

DIVISIO I.

Gens Anicia in Majoribus ſuis nimis ſplendida.

ANicia ergo Stirps (ut à primo capite exordiar) eadem cum Proba, Olybria, ac Perleonia, valdè in majoribus ſuis reſplenduit, etiam antequam Anicianum nomen fuiſſet ſortita. Claudianus *Anicios* vocat *Auchenios*, eorumque Majores *Amnios*. Cui etiam adſtipulatur Prudentius, dum adverſus Symmacum recenſet complures familias Conſulares, inter quas primo loco numerat Anicios, quos vocat *Anniadum* Sobolem. Quoſque etiam Pincios cognominant alij ex quodam antiquitatis monumento, quod, ut Bannius, & Ianus Gruterus referunt, extat Romæ in ædibus Cæſijs apud Vaticanam Baſilicam: ubi in quadam ſtatuæ baſi ANICIA FALTONIÆ PROBÆ inſcriptio legitur: Et Amnios, Pincios, Anicioſque ibidem imediatè majoribus characteribus ſculptos ijdem ſcriptores referunt. In Paneg. de Anicijs. Lib. 1. adverſ. Symm. Bann. ann. tom. 4 in fine. Grut. pag. 33.

Idem in Anicia ſtirpe tribuit Auſonius Gallus SEXTO ANICIO PETRONIO PROBO, FALTONIÆ PROBÆ Marito. Et in Lemmate Symmaci ANICIVS JVLIANVS Sexti Petronij Probi Proavus, *Amnius* vocatur. Ex qua quidem auctoritate ac præcedenti ſtatuæ inſcriptione deprehenditur mendum vitio ſcriptorum, aut typographorum irrepſiſſe in paulò ante adducta teſtimonia Claudiani, & Prudentij, in quorum primo *Auniadæ*, in altero *Anniadæ* pro *Amniæ* legitur. Fuit quidem clara, & illuſtris Romæ familia Annia, ſed tamen alia ab Aniciana. Porrò quæ & qualis Gens Pincia & Amnia extiterit, licet inter Romanas antiquitates earum aliqua reliquia, ſeu leve veſtigium non reperiatur, clariſſimas tamen eas fuiſſe ex teſtimonijs Claudiani & aliorum liquet. Uni è Romanis collibus gens Pincia Pincium nomen, non ſecus ac Aventino Aventinum Rex Albanorũ Aventinus, teſte Livio, & Cælio Cælium Dux Cælius Hetruſcus, ut tradit Halicarnaſſeus, indidiſſe videtur. A quo Pincio, qui nomen Monti tribuerat, olim candidati in campum Martium ad petendos prẽſando populum Magiſtratus deſcendebant. Alexander ab Alexandro, qui negat Princios à monte Pincio, in qno ædes eorum ſitæ erant, & non montem ab ipſis denominatum eſſe (quemadmodum Manlij à Capitolio, in quo habitabant, Capitolini, & Petri Leones ab Aventino Monte Comites Auſon. Gallus. Familia Annia diverſa ab Amnia. Gens Pinc. quæ. Liu. l. 1. Dec. 1. Dion Halic. l. 2. Lib. Gen. dier. cap. 16.

mites Aventini ſunt appellati, ac priori opinioni ſubſcripſit, Collatinam Urbis Romæ Portam Pincianam dictam aſſerit, à proximo Pinciorum Palatio. Cujus incredibilem magnificentiã ejus demolita marmora à Theodorico Rege magnâ impenſa Ravennam deportata fatentur.

Aniciana familia à Pincia.
ſecun. apud Auguſt. tom. 6.

Summum quoque fuiſſe marmorum ſplendorem, ac elegantiam in ædibus Aniciorum, qui à Pincijs deſcenderunt, identidem hiſtoriæ tradunt, adeo ut etiam in proverbium abierint. Unde Secundinus ad Auguſtinum, *Ego namque fateor, non tali diligentia nec tanta induſtria Anicianæ Domus micare marmora, quanta tua ſcripta prælucent eloquẽtia.* Habuerunt enim Anicij jam tempore Plinij Senioris inſignes lapidicinas in agro Tarquinienſi, è quibus ſaxa, & marmora ad eorundem ædes extruendas & ornandas in Urbem conjectabantur: quarum idem Plinius facit mentionem, & etiam Vetruvius.

Hiſt. natũ. l. 36. cap. 22.
De Architect. l. 5. cap. 7.

aAmnia familia quæ.
De Gent. migr. l. circa initium.
Zwing in Theat. Mundi tom. 27. lib. 2.

De Amnia verò familia nihil certi habetur, quod ſine hæſitatione in medium proferri poſſit. *Amnum* quendam unâ cum Tarconte, apud Aborigines veteres Italiæ Populos regnantem, dum Iſraelitæ Egloni Moabitarum Regi ſervirent, & Bellopares apud Aſſyrios, Paris apud Celtas rerum potiebantur, Lazius commemorat. Verum Tabulæ Theodori Zuingeri, in quibus Italiæ & Thuſciæ Reges deſcriptos habet, *Amnum* Tarchonte illo qui æquævus fuit Egloni Moabitarum Regi, quingentos propè annos poſteriorem tradunt. Ut potè qui circa annum à Mundo condito 3049. in Italia dominatus ſit: qui fuit annus ultimus Tyberini Sylvij X. Latinorum Regis, à quo Tyberis nomen accepit, cum olim Albula vocaretur. Sed Joannes Annius hunc *Annum*, non autem *Amnum* nuncupatum contendit; ab eoque derivatam ait *Anniam* Thuſcam vetuſtiſſimam familiam, cujus germen fuit, teſte, ut ipſe ait Helio Spartiano, Antoninus Pius Auguſtus.

Unde Tyberis nomen, & quomodo antea vocatus.
In Chron. Tuſc.
Amnia familia nimis diverſa à ſtirps Annia.

Grut. pag. 481.

Cæterum de Amnijs altum apud omnes ſilentium. Unicam tamen veterem inſcriptionem quilibet legere poterit apud Gruterum, ex qua haud obſcurè cognoſcet Valerios ab Amnijs profectos eſſe. Etenim in utroq; ejus latère manifeſtè reperiet *Amnium* Q. Val. Vitili filium fuiſſe, cui fortè Amnium nomen à majoribus Valeriorum acceptum in memoriam eorundem impoſitum fuit. Hinc Anicij aliquo modo à Valerijs deſcendiſſe, ſeu nonniſi medijs Valerijs Anicios ab Amnijs oriundos fuiſſe videntur. Ex jam expoſita ſuperius inſcriptione fit perſpicuum Sexti Anicij Petronij Probi conjugem dictam fuiſſe Aniciam Faltoniam Probam; ipſique Faltonium nomen, unde gens Faltonia, non fuiſſe novum, ſed avitum & gentilitium, produnt duæ inſcriptiones antiquæ patrui ejuſdem, qui dictus fuit Faltonius Probus Alypius. Cæterum ſicut Faltonium ita & Probum cognomen non à ſexto Petronio Probo & Anicia Faltonia Proba

Anicij ab Amnijs per Valeriã familiam.

Hieron. Bardi. Arnol. Wion.

primum

primum uſurpatum eſt, ut quidam opinantur; ſed multo ante in eadem Aniciana familia frequentatum reperitur, ut apud Gruterum in aQuario, ubi ipſe ex Urſinianis refert, via Appia ſculptum marmor reperiri egregio antiquitatis monumento pro hac re inciſum. Pag. 125.

Faltones verò, à quibus Faltonij ſunt cognominati, fuerunt Valeriæ ſtirpis germen, ut teſtantur tum faſti Conſulares, tum Capitolina marmora. Etenim in illis Q. Valerius Conſul cum C. Manilio Turino ad annum poſt Urbem conditam 514. notatus habetur. Sequenti verò anno Conſulatum egit cum Ti. Sempronio Graccho ejuſdem frater. At triumphum navalem egit de Sicilia Q. Valerius biennio ante initum Conſulatum, ut in columnijs triumphalibus Capitolinis adnotatū reperitur. Extant deinde Valeriorum Faltonum vetus ærea numiſmata in faſtis Magiſtratuum Triumphorumque Romanorum ab Huberto Goltzio editis, quæ ſtudioſo antiquitatis Lectori, pro ut ibidem formis expreſſa viſuntur, quadruplici jacta eicone accuratè Seifridus reddit. Horum autem alterius, aut filius, aut Nepos fuit M. Valerius Falto, quem refert Livius anno V.C. 552. Ædilem Curulem fuiſſe cum M. Fabio Butheone, ac ſequenti anno Prætorem creatum. Lucij etiam Valerij Faltonis extat memoria Romæ in tabella apud Cardinalem Carpenſem, teſte, qui eam vidit, Smetio. Quare cum nulla alia Romana familia patricia, Faltonis cognomine inſignita, præter Valeriam hactenus reperiretur, excepto quodam Flavio Curatore viarum ſub Nerua Imperatore, cujus Romæ inſcriptio legitur, non dubitandum, Aniciam Gentem ab eadem Valeria Faltonum ſtirpe Faltoniam cognominatam eſſe.

Stirps Faltonia germen familiæ Valeriæ. Vide Grut. pag. 292. lib. 2. cap. 6. pag. 33.

Cæterum Anicios à Valerijs Faltonibus non paterno, ſed materno genere oriundos, illud opinari facit, quod memoria Aniciorum multò antiquior reperiatur, quam Valeriorum Faltonum; & qui à paterna gente denominarentur, cognomina eadem quæ majores ipſorum, & non in poſſeſſivum inflexa modum, gerebant. Quare eodem modo Pincia, & Amnia Stirps in Anicianam domum translata exiſtimatur, interciſa jam illorum familiarum ſerie. Unde Auſonius de Sexto Anicio Petronio Probo rectè cecinit. *Qui vicit ævi injuriam. Stirpis novator Amniæ.* Hinc meritò concludimus, Anicios etiam ante partum Anicianum nomen in ſuis Majoribus ſatis multum reſplenduiſſe. Ubi ſupra.

DIVISIO II.

Gens Anicia in appellatione invicta,

COlligitur ex Plinio, Q. Anicium Prænestinum, qui anno ab Urbe condita 449. ante mille nongentos quadraginta & amplius annos una cum Cneo Flavio (alij Annio) Ædilis Curulis creatus eſt, in ve- Hiſt. nat. lib. 33. cap. 1. ubi agit. de uſu annulorū

Quis primò nomen Anicianum ſumpſit.

terum monumentis primum nomine Aniciano inſignitum fuiſſe. Undè verò ejus Progenitores hujus nominis initium traxerint, & quæ fuerit genuina nominis Anicij Origo, non eadem eſt Hiſtoricorum ſententia. Nam quadruplicem opinionem pro hac quæſtione reperio.

Unde Anicianũ nomen non conveniunt ſcriptores.

I. opinio.

In opuſc. §.7.

Impugnatur.

In Chron.

Prima tradit Anicios ab Anyſi Ægypti Rege, qui regnavit tempore Oſeæ Regis Judæ, oriundos & cognominatos fuiſſe. Ita Joannes Petrus Villa de Canibus Meſſanenſis Marchio apud Arnoldum Wionem. Sed omninò decipitur, familia enim Anicia non fuit peregrina, ſed verè Romana. Imò altiſſima ejus origo Trojana fuit, ut dictum eſt, ab Ænea Trojanorum in Italiam Duce oriunda. Æneas ſtatim poſt Trojæ excidium cum viginti Nauibus anno ab Orbe condito, teſte Euſebio 2827. Trojanorum reliquias in Italiam tranſtulit. Quare is quadringentos ſupra annos ætate præceſſiſſe debuit Anyſim Ægypti Regem, quem Villa coævum facit Oſeæ Regi Iudæ, qui, ut ſupputat Auguſtinus Torniellus, regnare cœpit anno poſt creationem Mundi ſupra ter milleſimum, & ducenteſimum vigeſimo ſexto.

In ann. ſacris, & proph. tom. 2.

Pag. 466.

Præterea marmor antiquum, à Jano Grutero apud quem complura vetera monumenta Turianorum extant è Schedis Aloiſij Lollini Epiſcopi Bellunenſis deſcriptum, fidem facit, Aniſios non Anicios ſed Turrianos dictos fuiſſe. Eo vel maximè quia nullus Turrianorum præter Turrianum Gratianum, qui ut ex auctore de Præfectis Urbis refert Cuſpinianus ſub Diocletiano Præfecturam Urbanam adminiſtravit, hactenus apud ſcriptores reperitur, qui majorem geſſerit Magiſtratum. Secus autem de Anicijs dicendum, qui ſummis principalioribuſque Romanorum titulis ſemper claruere, ut inferius patebit.

II. opinio.

Onuph. in 1. lib. de Gente Frang. M.S. cap. 2.

Reijcitur.

Secunda opinio, ut idem refert Wion, fuit Onuphrij Panuini, ajentis. *Vetuſtiſſimi in Italia familiarum auctores ab eventis nomina propria & appellationes ſibi aſſumere conſueverunt, eademque poſtea poſteris ſuis tanquam propria & gentilitia relinquebant. Ab Anicio itaque Anicij, isque Anicius itá fortè fuit appellatus, quod matre Anu, ideſt vetula ortus eſſet.* Prudenter quidem in præſentibus Onuphrius ratiocinatur dubitativè loquendo: nam ſi ejus vaticinatio (ut ita dicã) aliquam veritatis apparentiam haberet, familiæ Anicianæ oriundi, Anucijs, non Anicij nominandi fuiſſent. Propterea quod eodem modo mutata V, in I, alia nomina Romana, nimirum Minutij, Genutij, & Æbutij: poſſent dici Minitij, Genitij, & Æbitij, quod nullus ſcriptorum ſomniavit.

III. opinio Joannis Annij.

Exploditur.

Tertia opinio eſt Joannis Anij, qui in Commentarijs ſuper librum ſecundum Beroſi, ubi agit de Genealogia primorum Ducum poſt diluvium contendit quandam Thuſciæ regionem Anicienſem dictam ab Anitino ex Sabatij Sagæ poſteritate oriundo; cujus regionis meminiſſe ait Plinius libro 36. naturalis Hiſtoriæ. Verum Plinius eo in loco nullius agri Anicien-

cienſis facit mentionem, ſed lapidicinas Anicianas ait fuiſſe in agro Tarquinienſi circa lacum Volſinienſem. Quæ lapidicinæ Anicianæ dictæ ſunt ab Anicijs, quod ex ijs marmora Romam convectabantur ad Aniciorum ædes exſtruendas, ut ſupra dictum eſt. Sicut & ab ijſdem quodam pyrorum genus cognominatum & Anicianum, quorum itidem meminit Plinius, Columella, & Varro. Deinde Anicios minimè nomen ab Anitino illo traxiſſe ipſa Ortographiæ ratio demonſtrat; ſiquidem Anicij Anitij per T. literam ſcribendi fuiſſent, ſi ab Anitino deſcendiſſent. Cujus tamen contrarium & antiquum L. Anicij numiſma apud Golizium, & marmorum Capitolinorum Fragmenta, nec non cætera quæ de Anicijs extant veterum inſcriptionum monumenta teſtantur. Plin. hiſt. nat. l. 36. cap. 22. Colum. l. 5. c. 10. Varr. cap. 7.

Demum quarta opinio vera ac probata exiſtimatur ab Arnoldo Wione, cui lubenter Seifridus aſſentitur. Videtur ea eſſe S. Gaudentij Epiſcopi Brixiani, qui Anicianum nomen Anicijs impoſitum inſinuat propter invictum animi robur magnitudinemque inſuperabilem, & in armis & in toga ſpectatam. Nam dum in exordio ejus ſermonis, qui inſcribitur de Machabæis eoſdem ſanctos cum Anicijs comparaſſet, hæc deinde ſubjungit. *Nemini abſurdum videatur, quod eos paulò ante Anicijs comparavi. Anicij quippe ex Græco ſermone à nobis nuncupantur Invicti.* IV. opinio, ac verior Arnoldi, & Seifr. loc. cit. S. Gaud. ſerm. de Machab.

Id planè oſtendunt milites legionarij Romæ ſub Aniciano nomine propter ſingulare animi robur inſtituti: de quorum numero fuit S. Georgius Cappadox, ut teſtantur veterrima ejus geſta, quæ citat Wion. Qui quidem Milites bifariè diſtinguebantur: nam alij in Oriente ſub Magiſtro militum inter auxiliares Palatinos juniores dicebantur: alij vero in Occidente ſub Magiſtro peditum etiam inter auxilia Palatina partim *Invicti* ſeniores, partim Invicti juniores Britones nuncupabantur. Ita Guido Panziorolus in notitiis utriuſque Imperij. Conſulatur etiam Alexander ab Alexandro lib. 6. cap. 22. Genialium dierum, ubi loquitur de Anicijs Equitibus. Igitur quemadmodum præcipuum militum robur ob invictam bellicam virtutem, ac inſuperabile armorum munimentum *Aniciano* nomine inſignitum fuit: eodem modo ob invictam animi virtutem, magnitudinemque inſuperabilem, idem nomen Genti Aniciæ inditum fuiſſe, maximè veritati conſentaneum videtur. Cui quidem ſententiæ Divus quoque Aquinas ſubſcripſiſſe reperitur & Giſelbertus, dum in præfatione ſuper opuſculum Boethij de Sacratiſſima Trinitate, de Boethio, qui ſe Anicium Manlium Torquatum Severinum Boethium nuncupavit, ſic loquitur. *Digne, inquit, vocatus Anicius fortitudine, Severinus gravitate, opitulatione Boethius, meritis Manlius.* S. Georg. Cappadox Miles Anicius, id eſt fortis, & invictus. Pancir. comm. in not. Imp. Occid. lib. 2. c. 22. & Imp. Or. lib. 2. cap. 36. Giſelb. in præf. in op. Boetij de S. Trinitate.

DIVISIO III.

Gens Anicia nunquam ſanguine plebeia.

In lib. de famil. Rom. in ann. Rom. l. 5.

EST contra nonnullos Recenſiores, è quorum numero ſunt Onuphrius Panuinus, & Stephanus Vinandus Pighius. Hi ſcriptores occaſionem errandi deſumpſere ex Plinio ſuperius citato. lib. 33. Hiſt. nat. cap. 1. Ibi enim auctor agit de uſu annulorum, quem frequentiorem non ante Cneũ Flavium, Anni (ſeu ut alij volunt) Cnei filium contendit. Qui Anni filius, *publicatis*, inquit, *diebus feſtis, quos populus à paucis Principũ quotidie petebat, tantam gratiam plebis adeptus eſt, alioquin libertino patre genitus, & ipſe Appij Ceci ſcriba, cujus hortatu exceperat eos dies, conſultando aſſiduè ſagaci ingenio, promulgaveratque, ut Ædilis Curulis crearetur cum Q. Anicio Præneſtino, qui paucis ante annis hoſtis fuiſſet, præteritis C. Petilio & Domitio, quorum patres Conſules fuerunt, additum Flavio ut ſimul Tribunus eſſet. Quo facto tanta Senatus exarſit indignatione, ut annulos ab eo abjectos fuiſſe in antiquiſſimis repeřiatur annalibus.*

Plin. loc. cit.

Itaque cum Plinius Cneo Flavio objiciat, quod libertino patre ſit genitus, Q. verò Anicio duntaxat, quod paucis ante annis hoſtis fuiſſet, equidem quotquot hunc Q. Anicium in claſſem plebeiorum conjiciunt, nulla veterum auctoritate nituntur. Conſulatur in propoſito Livius de L. Anicij triumpho cum illo L. Æmilij Pauli, quem etſi ob generis ſplendorem præferat, inſinuat tamen Anicium avito & nobili genere oriundum fuiſſe. Imò in ſequentibus ibidem planè ſignificat non Anicium ſed Flavium ædilem creatum à forenſi factione, ejuſque rei indignitate adeò permotos animo nobiles fuiſſe, ut plerique illorum annulos aureos poſuerint. Sed ad hanc Q. Anicij explicandam in Rempublicam hoſtilitatem, quia de ea nullum proditum eſt monumentum, alia Arnoldi eſt mens, alia verò Seifridi. Ille ob ſuſpectam populo Romano potentiam, ingenteſque opes hoſtem Reipublicæ Q. Anicium adjudicatum aſſerit. Hic verò aliqua nixus conjectura, ſed Wion, ut ipſe fatetur, nullâ, contrarium omninò demonſtrat. Nam, inquit, eo Reipublicæ tempore quo vixit Q. Anicius, non dum res Romana adeò creverat, ut tanta fuerit in Urbe opum affluentia, quæ potuerit cuipiam invidiam parere: imò nec dum Civitas argẽto ſignato utebatur, Conſuleſque adhuc Urbis Imperium capeſſendum ab agris & aratro arceſſebantur.

Liu. Dec. 1. l. 9.

Quare Q. Anicius, qui primũ anicianum nomen ſumpſit, hoſtis Reipublicæ dictus.

Seifrid. lib. 2. c. 4. contra VVionem.

Neque Livius aut alij rem tantam, dignam memoratu, ſilentio præterijſſent: præſertim ubi ipſis de Romanorum opulentia, aut tenuitate agendum fuit. Ex quo argumento ducitur Seifridus ad conjecturandum. Q.

Cõjectura haud contemnenda.

Q. Anicium inter eos nobiles Romanos fuiſſe, qui à Dictatore C. Mœnio de ambitu poſtulati, ob coitiones honorum adipiſcendorum causâ factas adverſus Rempublicam feciſſe judicati ſunt. Nam quod hic Anicius à nobilibus plurimùm coleretur, quorum frequentiâ (ut Valerius Maximus ait) cubiculum, in quo æger decubuit, completum fuit, magnam occaſionem dediſſe potuit, ut eidem ambitionis crimen non improbabiliter impingeretur. Igitur rem geſtam, pro ut à Livio deſcripta eſt, meritò annectit Seifridus, ut Wionem convincat. Legatur ipſe eodem loco.

Unde Q. Anicius Prænestinus vocatus.

Quam verò ob cauſam cognominatus Prænestinus Q. Anicius reperiatur, idem Seifridus triplicem rationem infine illius capituli affert. Putat enim ita vocatum fuiſſe, vel quia Præneſte natus, ſicut plurimis nobilium Romanorum contigit in Provincijs & municipijs naſci, & inde cognominari. Vel quia hoſtis judicatus Præneſte in exilio fuit: vel demùm quod Præneſtinorum Civitas ſub ipſius patrocinio fuerit conſtituta.

DIVISIO IV.

Gens Anicia Generis antiquitate clariſſima.

CLariſſima ſanè non ſolùm à ſuis primordialibus initijs uſque ad tempus præſens, quo feliciſſimè in ſtirpem Auſtriam propagata totum penè Orbem Chriſtianum imperio & affinitate complexa eſt, cæteras omnes principaliores familias antecellens, verùm etiam ante mille & quingentos quadraginta annos nobiliſſimas florentiſſimaſquè Romanæ Vrbis agnationes ſuperavit. Colligitur ex D. Hieronymo, ex SS. Proſpero, Innocentio III. & Auguſtino, & ex alijs ſcriptoribus, quos haud pauci Recentiores afferunt, & nos inferius hac eadem diviſione afferemus.

In vit. S. Paulæ; Ep. 8. ad Demet. Ep. Rô. Pon. 11; Ep. 119.

Imò hanc clariſſimam generis Aniciæ gentis antiquitatem ab Ænea Rege Latino, ut ſuperius diximus, conſequenterque à Julia Proſapia originem duxiſſe indubitanter aſſerendum. Hinc in Epitome de Vita & Moribus Imperatorum Romanorum, excepta ex libris ſexti Aurelij Victoris à Cæſare Auguſto uſque ad Theodoſium Imperatorem, ita ſcribitur de origine materna Octaviani Auguſti. *Octavianus igitur Patre Octavio Senatore genitus, maternum genus ab Ænea per Juliam Familiam ſortitus eſt.* Ejus Mater Actia vocabatur, & ipſe ſororis C. Julij Cæſaris, ſui adoptione avunculi, Nepos erat.

In 8. imp. Venetijs ann. 1609.

Nec argumentum quod affertur de Cæſarum ſtirpe, quam in Nerone extinctam faciunt nonnulli, ſatis officit. Nam Auctorum ſententiam illi tempeſtati propinquorum, quibus deinde alij ſcriptores innituntur, benè ſaluant aliqui, hac propoſita diſtinctione. Defeciſſe Julij Cæſaris Sobolem Juliorumque genus, interempto Nerone, bifariè ajunt intelligi debe-

Suet. in Trajan. Dion. Tacit. & alij.

Num Julij Cæſaris familia mortuo Nerone defecerit.

ſplendore generis anteiret. Ex quo clarè liquet, Acilium Glabrionem Romanum, ex ſanguine Trojano Æneæ ac Julij Cæſaris deductum, vixiſſe in Sobole Aniciana ann. Jeſu Chriſti C. XC. IV. poſt extinctum Neronem C. XXIV. Ac per conſequens Juliorum ſtirpem nullo modo per ejuſdem Neronis obitum deſijſſe.

Plus ultra Trojana tempora Aniciæ ſtirpis antiquitatem perquirere res profectò eſſet ſupervacanea, ac vaniſſima. Cæſares Julius & Auguſtus non altius genus ſuum, quam ad Æneā retulere, ità Meſſala Corvinus libello de Progenie Auguſti. Perridiculum omninò foret velle ab Adamo vel Noacho, à quibus univerſum hominum genus tanquam à fonte & capite deſcendit, generis ſui claritatem derivare. Ipſi Trojani belli ſcriptores, ut Dictes Cretenſis, & Dares Phrygius non altius Æneæ genus repetunt, quam à Dardano Iovis & Electræ filio. Totam Genealogiam Proavorum Æneæ Dares his verbis breviter amplexus eſt. *Origo Trojanorum Dardanus fuit, qui ex Jove & Electra filia Atlantis natus, ab Italia ex reſponſo locum commutans per Thraciam Samon delatus, quam Smothraciam nominavit; & hinc ad Phrygiam devenit quam Dardaniam à ſuo nomine appellavit. Ex hoc natus eſt Erichtonius, qui in iſtis locis regnavit. Ex Erichtonio Tros qui Iuſtitia & Pietate laudabilis fuit, isque ut memoriam ſui nominis æternam faceret, Trojam appellari juſsit. Qui duos filios habuit Ilum, Aſſaricumque. Hic Ilus qui natu major, regnavit, atque Trojam de ſuo nomine Ilium dixit. Aſſaricusque à primatu receſsit. Ili Laomedon fuit filius: ex Laomedonte Priamus natus eſt. Aſſaricus Capyn filium genuit, ex quo Anchiſes editus eſt, qui Æneam filium procreavit.*

Meſſ. Coru. lib. de prog. Augu-ſti.

Dares de orig. Trojan.

D. Hieronymus plures ſuo tempore fæminas generis claritudine & antiquitate illuſtres extitiſſe ſcribit. Qualis Furia illa Probi nurus fuit, quam à Camillis ortum aſſeverat: qualis Fabiola, quæ à Q. Maximo Cunctatore per Fabiorum gentem generis ſui, ut idem fatetur, originem traxit: Qualis etiam S. Paula fuit, quæ tali ab eodem eſt ornata Epitaphio.

Scipio quem genuit, Paulæ fudêre parentes,
Graccorum Soboles, Agamennonis inclyta proles
Hoc jacet in tumulo &c.

Familia Aniciæ generis antiquitate longè antiquior multis ſtirpibus.

S. Hieron. in vita S. Paulæ.

Aniciæ tamen Faltoniæ Probæ *omnium dignitatem & cunctæ nobilitatis in Orbe Romano nomen illuſtrius eſſe*, idem ſanctus affirmare non dubitavit. Idcirco ſcribens S. Proſper ad Demetriadem hujus Probæ neptem, eam nobiliſſimam ſuper omnes hiſce verbis oſtendit.

Epiſt. 8. ad Demetriadem.

Val-

Valde mirabile erat & inter præcipua divinæ gratiæ exempla adnumerandum, quod Virgo Anicia ſuper omnes ad faſtigium trabeatæ nobilitatis evecta, de cujus fæcūditate avis, atque atavis reſponſura poſteritas & familiæ votis expectabatur & patriæ, converſo repente animo, deſiderio cæleſtium nuptiarum declinaſti mortale connubium, &c. Sanctus quoque Innocentius Papa ad Matrem ejuſdem hæc inquit. *In ipſo nobilitatis apice multo nobiliorem Eccleſiæ devotionem impendis, & magis læta Chriſti agnitione, præceptis ejus obtemperas, & de fide potius exultas, quam tanti generis flore jactaris.* Hinc etiam S. Auguſtinus ait. *Virgines quæ ſibi optant Aniciorum claritatem, eligant ſanctitatem: illud enim quanta libet cupiditate quando aſſequentur? hoc autem ſi plenè cupierint, habebunt.*

Epiſt. Roman. Pont. epiſt. 11.

Epiſt. 179.

In Paneg. ad Olybrum, & Probinum fratres.

Alij quoque ſcriptores præter SS. Patres hanc ſummam generis claritudinem in familia Aniciana agnovère. Inter eos ſufficiet nobis cantum Claudiani, qui Anicios Auchenios ut diximus vocat, audire.

Nec quiſquam procerum tentat, licet ære vetuſto
Floreat, & claro cingatur Roma Senatu,
Se jactare parem: ſed primâ ſede relicta,
Auchenijs de jure licet certare ſecundo.

Subſannaret me aliquis fortaſſe ex hac parte ac vulgi cenſura redargueret, quod Anicianæ progeniei laudem, quæ nec propria, nec ſolida eſſe ſolet, ab antiquitate generis perveſtigare minimè erubeſcerem, canente Satyrico *Miſerum eſt aliorum incumbere famæ.* Sed quæ hæc ſubſannatio, ſi magnum momentum & acceſſionem ad laudes familiæ Anicianæ, in qua ſola ac unica virtutis nobilitas cum ipſa generis antiquitate non eſt antiquata, imò magis magiſque indies refloreſcit, alioſque aſſiduè ex alijs viros clariſſimos ac principes omni virtutum genere florentiſſimos perenni quadam ſerie propagat, afferre exiſtimarim? Poſſum quidem abſq; ulla aſſentationis nota eidem familiæ illud Terentianum, quamvis paulò immutatum de quovis modernorum Auſtriæ Principum dictum accommodare.

Juvenal.

Terentius.

Is quod eſt conſimilis moribus
Convinces facilè ex te natum; tui ſimilis eſt probè,
Tum præterea talem, niſi tu nulla pareret filium.

Ut enim ex optima radice & arboris trunco florentes rami generoſique fructus naſcuntur: ita à parentibus igniculi ſeu ſemina quædam virtutis & ingenuitatis liberis inſeruntur, quę deinde diligenti educatione, propriaque

que exercitatione culta, atque exſuſcitata, in florem frugemque maturæ probitatis & honeſtatis erumpunt. Unde rectè Horatius.

Fortes creantur fortibus & bonis; Horatius.
Eſt in juvencis, eſt in Equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerunt Aquilæ columbam.
Doctrina ſed vim promovet inſitam
Rectique cultus pectora roborant.

DIVISIO V.

Gens Anicia in Prærogativis conſpicua, ac unica.

PRærogativæ multæ, quarum duas hic ſolum tangam, familiæ Aniciæ Probæ, Olybriæ, Perleoniæ, Frangipaniæ hanc eandem proſapiam Anicianam (unde tot rivi, ac flumina aureis decurſibus emanant) Fænicem ſtirpium conſpicuarum intra Europæ gremium, imò totius Orbis conſtituunt. Percurrat Lector meus inſigniora de hac re teſtimonia, & ita conſpiciet verã eſſe hujus argumenti rationem. Legat ipſe Thothahadi Gothorum Regis apud Caſſiodorum de Domo Anicia ad Maximum Anicium, & Senatum Vrbis Romæ monumentum. Legat SS. Patres, D. Hieronymum: D. Auguſtinum & alios. Legat Hiſtoricos, Oratores, ac Poetas innumeros, à varijs ſcriptoribus adductos. Legat demum inſcriptiones, Epitaphia, marmora, & antiquitates Romanas apud eoſdem, qui uſque ad noſtra tempora magna volumina typis mandavère.

Lib. 10. var. ep. Ep. 11. & 12. Ad Demet. c. 8. Ep. 179.

Vnica ferè dicatur Anicia Domus primò in rebus Pietatis, ac Religionis Chriſtianæ: ſecundò in potioribus Orbis terrarum gubernijs. Anicianam Proſapiam, ac conſequenter Habsburgicam Auſtriam eximiâ morum integritate, & Sanctimonia vitæ inſigniqúe Martyrij Laureâ, ac gloria confeſſionis nimium præclariſſimi Heroes illuſtrarunt. Inter hos eminet D. Patriarcha Benedictus, cujus Ordo inſigniorum hominum ac mulierum aperuit ſeminarium, Sanctorum turmis, Pontificum, Cardinalium, Epiſcoporum atque Abbatum mirabiliter refertum. Nullus profectò jam in cœlis Beatorum Civium Chorus eſt, in quo non aliquot ſaltem præſtantes Anicianæ familiæ alumni reperiantur. S. Anicius Boëthius alias Severinus, vir omninò ſcientia præditus. S. Placidus Abbas Benedictini Ordinis Protomartyr egregius cum fratribus, & ſorore alijſque non paucis Martyribus S. Gregorius Magnus, ejuſque Atavus S. Felix Papa. S. Paulinus Nolanus. S. Thomas Aquinas Confeſſores, & Doctores Eccleſiæ. S. Demetrias à SS. Patribus adeò celebrata, ac decantata. S. Iuliana ejus Mater, ac S. Proba, ipſiuſmet Avia.

1. Prærogativa Pietas, & Religio. Sanctitas Vitæ, ac Martyrij robur. Seifr. lib. 2. c. 1. Ex VVione, & alijs.

Forè in omniũ Beatorum Choris ſuper Cœlos aliquis Anicianus reſplendet.

De harum laud. S. Hieron. ep. 8.

II. Prærogativa Vbi ſupra.

Secundam Anicianæ ſtirpis prærogativam tangam breviter. A Claudiano Anicijs Auchenij nomen impoſitum reperio, eò quod, ut Egnatius eſt Auctor, clavum Navis ſignificat: ut nimirum inſinuaret hujus familiæ proprium ac peculiare fuiſſe, clavum Reipublicæ tenere.

Primarias dignitates Aniciana familia ſemel & iterum hæreditavit.

Cæterùm non tantum conſulari dignitate ornatiſſimos viros produxit hæc familia, ſed etiam iterum ac iterum fortunâ quadam fatali ad ſupremum Imperij faſtigium evecta partim in Occidente, partim in Oriente plurimorum annorum curriculo Imperiales rexit habenas; atque nunc etiam Occidentale Imperium ſingulari avitæ hæreditatis prærogativâ per manus potentium Cæſarum traditâ in ſuis poſteris continuatis multorum annorum ſpacijs feliciſſimè moderatur.

Tripliciter ſtirpi Aniciæ varijs temporibus Imperium traditum pro communi Chriſtianitatis bono.

Porrò quod maximâ ſane admiratione dignum eſt, triplici temporis intervallo divinis planè auſpicijs ad hanc familiam delata ſunt auguſta Imperij inſignia maximo Reipublicæ Chriſtianæ bono: Cùm primùm Anicius Conſtantinus Maximus poſt teterrimam idolatriæ caliginem diuturnamque perſecutionis rabiem Eccleſiæ Chriſti tanquam ſol quidam novus effulſit Chriſtianæ Fidei & doctrinæ radijs Vrbem, & Orbem illuſtrans: Deindè cum ex eâdem quaſi pharetra eductus Anicius Iuſtinus ſenior divinitùs ad Imperium aſſumptus eſt, qui Eccleſiam Dei denſiſſimis hæreſum tenebris obvolutam, & hæreticorum Impp. Zenonis & Anaſtaſij machinis propè convulſam, maximè in Orientis partibus, rurſus ad priſtinam lucem revocavit, in integrum reſtituit, pacemque ejuſdem, ac libertatem diu exulem quaſi poſtliminio reduxit. Denique cum poſt longam Imperij vacationem, turbulentiſſimoſque Germaniæ motus ex eâdem Anicia ſtirpe per ſanguinem Perleonum oriundus præter omnium ſpem & expectationem ex Comite in Imperatorem electus eſt RVDOLPHUS PRIMUS HABSBURGICUS, qui non ſolum Imperium multis modis labefactatum in antiquum ſuum ſtatum, & ſplendorem auctoritate, & conſilio reſtituit, ſed etiam armis, & ferro Auſtriam, & Stiriam ex ſæviſſima Othocari Bohemi tyrannide in priſtinam libertatem vendicavit, ut alibi fuſius patefiet.

Sed ampliori dilatatione per Auſtriacam fafamiliam conceſſum.

DIVISIO VI.

Gens Anicia in amplitudine per XX. germina ſeu ramos fœcundiſſima. Duodecim ex Aniciano ſanguine: Octo verò ex Perleonio eodem cum illo Aniciorum.

PLures aliæ Romanæ familiæ, quæ non adeò claram originem habuerunt (qualis Petronia fuit, quam ex humili loco ad equeſtrē ordinem perveniſſe ſcribit Valerius Maximus) in Stirpem Anicianam inſertæ, præclariſſimæ eo nomine nobiliſſimæque evaſerunt. Quod doctè oſten-

Valer. Maximus 4. cap. 7.

oſtendit Seifridus libro 3. ubi de amplitudine familiæ Anicianæ agit. Qui quidẽ Auctor ſatis multus eſt pro hac indaganda amplitudine, ſeu dilatatione, ita ut Arborem Anicianam ramis 20. duodecim ex eadem ante & poſtquam Probæ cognomen accepit, octo verò item ex eadem poſtquam Olybria, ac Perleonia cognominari cepta eſt, quorum cuilibet Prototypum Genealogiæ illius familiæ artificiosè annectit, quam peculiaris ramus exigit, exornatam oſtendat. Imò probat, quod penè omnes familiæ Romanæ quoquomodo præſtantes, ut Valeria Faltonum, Manlia, Torquata, Æmilia, Fabia, Maxima, Manilia, Cornelia, Scipionũ, & Flavia decurſu temporis tanquam in unam arborem plura gẽnera, in ſtirpem Anicianam inſitione quadã inſertæ reperiuntur. Lib. 3. cap. 1.

Itaque primus Ramus dicitur GENS ACILIA GLABRIONVM quæ jure meritò principem ſibi locum duplici argumento vendicare demonſtratur. Primum quia cæteris familijs, infra tangendis prior tempore ipſa Aniciæ genti inſerta fuit. Secundum, quia ex ea prodijt primus, qui Chriſtianitate reſplenduit, Conſulum Romanorum inſigni Martyrij Laurea decoratus M. Acilius Glabrio: qui anno Chriſti 93. cum Ulpio Conſulatum geſſit, duxitque in conjugem S. Martyrem Eugeniam Philippi Præfecti Auguſtalis Ægypti filiam. De hoc Acilio Glabrione Patricio, ad quem ſolum, & non altius, Aciliorum genus referendum autumat Seifridus ceciniſſe Prudentium, Ramus I. 1. Seifrid. lib. 3. per totum c. 2. 94.

Fertur enim ante alios generoſius Anicius Urbis
Illuſtraſſe caput; ſic ſe Roma inclyta jactat.

Prudent. lib. 1. contra Symmachum.

Fatetur idem Seifridus, quod etiam probat tribus nobiliſſimis antiquitatũ monumentis, ut ipſe ait adductis à Grutero; teſtatumque facit, Acilios Glabriones veriſſimè germen Anicium fuiſſe. Quamvis nonnulli dictum Prudentij præfati Anicio Juliano, qui ſub Conſtantino vixit accommodandum putent. Reperitur in Fragmentis Capitolinis Faſtorum Conſularium quidam Acilius Glabrio Proconſul Africæ ad quem ſcribit Cicero in epiſt. famil. ejuſque ætate vixit, & Conſul fuit ann. ab Urbe condita *66.* ſupra *600.* Sed iſte, inquit Seifridus, Nepos fuit illius Glabrionis qui primus è plebeia Aciliorum familia ad Conſulatum emerſit, ut oſtenſum eſt. Perſuadetque ante Julium Cæſarem Glabriones minimè Anicijs cognatione junctos fuiſſe.

In ſecundo Ramo GENS ANICIA MAXIMA ROMANA germen ſuũ profert. Id quod planè cùm faſti conſulares, tùm Magnus Aurelius Caſſiodorus prodiderunt. Plinius etiam junior ſcribens ad Trajanum Imperatorem, meminit cujuſdam Anicij Maximi, qui ante ipſum Provinciam Bithyniæ conſulari poteſtate obtinuerat. *Anicius deindè, inquit, Maximus Proconſul eos etiam, qui à cenſoribus legerentur, duntaxat in pauciſſimis civitatibus aliud alijs juſſit inferre.* Quod aſſertum probat ſimul Ramus II. Caſſiod. Variar. l. 10. ep. 11. & 12. Plin. ep. lib. 10. non longè à fine

Seifridus quodam tabellæ marmoreæ fragmento in hortis Euryali Rufini, ad buſta Gallica. Inſuperque veriſimillimis rationibus ſuadere nititur, ex hac Maxima Aniciorum ſtirpe Conſtantinum Magnum paterno genere oriundum, Avumque ejus Eutropium: adductis ſanè optimis monumentis, ſatis ejus opinionis veritati conſentaneis, ac Sybillinis vaticinijs, vetereque numiſmate. Ac demum oſtendit S. Petronium Eccleſiæ Bononienſis Epiſcopum ex ſtirpe Conſtantini generatum fuiſſe, ſimulque ex progenie Aniciana ortum, adducto Cardinale Baronio in notis ad Martyrologium Romanum 4. Non. Octobris.

Ita cap. eodem cap. 3. & 4.

Loc. citato.

Ramus III.

Germinat deinde in tertio Ramo GENS ANICIA MAXIMA BRITANNICA. Tradunt enim Hieronymus Bardi, & Arnoldus Wion circa annum Chriſti 200. quendam Anicium Maximum in Britanniam adnavigaſſe cum expeditis militum Romanorum legionibus. Ubi deinde puellam gentis illius nobiliſſimam ſibi in uxorem elocavit, genuitque ex ea quatuor liberos. Quorum primus Anicius Traherus Maximus, alterque Marius Maximus aliquot annis in Britannijs imperitarunt. Tertius verò Anicius Joelinus ſive Leoninus Maximus Britannia egreſſus Romam cum Fl. Conſtantio Chloro poſtmodum Imperatore cognato ſuo perrexit; ductaque nobiliſſima Virgine Romana favore Imperatoris in conjugem, & in Britanniam deinde abducta, ex ea filium procreavit Fl. Anicium Clementem Maximum, qui poſtea à militibus ibidem contra Gratianum Imperator eſt appellatus. Quarta demum filia Anicia, cujus nomen ignoratur, nupſit Coyllo Duci Clioceſtriæ & poſt Britanniæ Regulo, ex quorum conjugio nata eſt S. Helena, quæ deinde Conſtantio Chloro nupta ex eo Mater effecta eſt Conſtantini Magni Imperatoris. Hactenus Seifridus opinionem recitans Bardi, ac Wionis, innixi teſtimonijs Galfridi Monumetenſis, & Vincentij Beluacenſis.

Galfrid. Hiſt. Britann. Vinc. Beluac.

Quam ſententiam ipſe impugnat, redarguitque primò, quia fatetur nihil tale apud Vincentium reperire potuiſſe. Secundò, quia, ſequitur, nunquam acquieviſſe donec opera doctiſſimi, & clariſſimi viri Sebaſtiani Tengnagel I. V. Doctoris & Cæſarei Bibliothecarij Hiſtoriam Galfridi Britannicam nactus eſſet, atque ex ea ſtatim deprendiſſe, quam periculoſum ſit ſectari rivulos, & ad ipſos fontes non penetrare. Tantum enim abeſt, inquit, ut Auctor ille progenitores Fl. Clementis Maximi Romana gente oriundos aſſerat, ut etiam ipſos veriſſima ſtirpis Britannicæ germina fuiſſe diſertis verbis atteſtetur. Tertiò, quia tam ipſe Galfridus, quam Pontius Virunnius ſemper memorati Maximi ut maternum genus Romanum, ita paternum verè Britannicum fuiſſe profitentur. Quartò ijdem Auctores affirmant Leoninum Patrem prædicti Maximi & D. Helenæ Avunculum non cum Conſtantio, ut Wion arbitratur, ſed cum Conſtantino Romam conſcendiſſe, ab eodemque in Senatorium Ordinem fuiſſe cooptatum. Quintò, & ultimò, quia, inquit, id quod Wion aſtruit de ma-

Virunn. Hiſt. Reg. Britann.

materno D. Helenæ genere, fuiſſe ſcilicet Anicianum, nullo pariter nititur fundamento. Quod probat diligenter, Helenæ genus denſis tenebris obvolutum, multiſque ante calumnijs aſperſum compendioſè medio Baronij lumine patefaciens. Concluditque ultimò, jacta primò Genealogia Fl. Anicij Clementis Maximi, patre nati Leonino Britanno, Helenæ Avunculo, Leoninique propterea vocati, adductiſque Hiſtoricis argumentis, eundem, ejuſdemque poſteritatem verè materna gente ſtirpis Anicianæ ſobolem fuiſſe. Ann. Bar. tom, 3. ann. 306.

Quartus Ramus vocatur GENS ANICIANA PAULINA. Nã antiquæ Inſcriptiones, Faſtique Conſulares Paulinos Anicianæ ſtirpis germina fuiſſe produnt, Imò Aurelius Prudentius inter cæteros ampliſſimæ Urbis Senatores Chriſto etiam nomen Paulinos dediſſe, familiamq; ſuam magis ac magis illuſtraſſe refert his verſibus. Ramus IV. Prud. adverten. Symm. lib. 2.

Non Paulinorum, non Baſſorum dubitavit
Prompta fides dare ſe Chriſto, ſtirpemque ſuperbam
Gentis Patriciæ venturo attollere ſeclo.

Animadvertendum primò, fuiſſe quidem plures olim Paulinos, non omnes tamen ex Anicia ſtirpe. Idcirco à Paulinis Anicijs excludit Seifridus M. Lollium Paulinum, neptemque ejus Paulinam nuncupatam, Caij Cæſaris Uxorem, quam ſe vidiſſe teſtatur Plinius. Excludit & Suetonium Paulinum, qui Dux copiarum inter Duces Othonianos clariſſimus fuit: Pompeium Paulinum, qui à Nerone cum Piſone Geminio vectigalibus publicis præpoſitus fuit; & Valerium Paulinum, qui ſub Veſpaſiano Principe floruit, & ad quem Plinius junior ſcripſit. Plin. lib. 9. c. 35.

Secundò advertendum Recenſiores Hiſtoricos minime inter ſe convenire, quis nam primùm nomen Paulinum in ſtirpem Anicianam intulerit. Etenim Arnoldus Wion illum fuiſſe Q. Anicium Paulinum, cujus filium ex ſententia Huberti Goltzij illum Paulinum facit, qui cum Probo poſtmodum Imperatore Anno Chriſti 277. Conſul creatus eſt. Seifridus verò contendit, hunc Paulinum apud eundem Golzium in Faſtis Anniũ nuncupari, & apud Panuinum Anicium; qui, ait, errore convincuntur, quod eũ non ordinarium ſed ſuffectum duntaxat Conſulẽ ponunt. Arnold. VVion, loc. cit.

Itaque Seifridus aſſerit (poſtquam etiam ſecernendos putarit ab iſta opinione tanquam incertos circa nominis Paulini initialem impoſitionem non ſolum Q. Anicium Paulinum Wionis, ſed etiam & Lelium Paulinum, & Anicium Paulinum, quorum nomina antiqua marmora apud Gruterum & alios inveniuntur) Anicium Paulinum Seniorem, qui ſub Conſtantino floruit, Conſulque fuit cum Cæſonio Juliano Camænio anno quo celebratum eſt Concilium Nicænum, primum nomen Aniciæ ſtirpi dediſſe. Quod probat claris monumentis ex Grutero, ex Aldo Manutio, & ex Smetio, ac Panuino in faſtis; & ex Baronio, quo etiam oſtendit S. Pau- Grut. pag. 570. E. VVelſriSchedis. Grut. pag. 47. & 281. & 243. Man. l. de Ortho Smetius, & Pan.

Bar. tom. 4. ann. 394. num. 79. ex epiſt. 10. Paulini ad *Severum*.

linum Epiſcopum Nolanum hujus Anicij Paulini Senioris fuiſſe filium, ſicut etiam opinatur Wion. Additque, Hæc Baronius de Paulini genere, qui ſi eam veterem de hoc Paulino inſcriptionem apud Gruterum ex Knibij & Lipſi Schedis vidiſſet, majori profecto certitudine, & auctoritate Anicianum Paulini genus aſſeruiſſet.

Ramus V.

GENS ANICIA BASSA in quinto Ramo reperitur, quo Seifridus arbitratur eos Baſſos, qui ſub Conſtantino poſtea vixerunt, minimè ſecludendos eſſe. Nam Prudentius recenſens Conſulares familias ab idolorum cultu ad Chriſti ſacratiſſimam Religionem converſas, inter Anicianæ ſtirpis germina Olybrios & Paulinos, & etiam Baſſos enumerat. Eò vel maximè quia Baſſi illi, quorum primus Junius Baſſus à Seifrido, adducto ex Baronio conſpicuo monumento, ann. Dom. 1597. reperto, exiſtimatur, quoſque Faſti conſulares planè Anicios fuiſſe produnt, ab his propagati videri poſſunt.

Prudent. lib. 1. adver. Symm.

Baron. tom. 3. ann. 358.

Ramus VI.

Sextus Ramus GENS ANICIA FAUSTA ideo vocatur, quia Anicij Avieni Fauſti ad Corneliam gentem generis ſui originem quoque retulerunt. Et Appianus prӕter cæteros tradere videtur, quod primus ex Romanis, qui Fauſti nomen præ ſe tulit, extitit L. Cornelius Sylla, Fauſtus, Felix, Fortunatuſque ob ſummam in tota vita felicitatem appellatus; cujus tandem poſteritas in Anicianam ſtirpem coaluit. Prior autem qui ex Anicijs Fauſti nomine inſignitus reperitur, eſt Anicius Acilius Glabrio Fauſtus, Filius Cl. Acilij Sibidij, Conſul ſecundus, Urbis Præfectus, ac Proavus illius Fauſti, qui anno Chriſti 438. unâ cum Theodoſio Auguſto XVI. Conſulem egit. Dictus Fauſtus ab Avo Fauſtino, quemadmodum Petronius Probus ab Avo Probino, ut Cardinalis Baronius advertit.

App. lib. 1. de bell. civilib. Roman.

Faſti conſulares. Auctor de Præfectis Urbis apud Cuſpinianũ ad ann. 298. & 299. Arnold. VVion. Anaſtaſ. Bibliot.

Hic Fauſtus, ejuſque Filius Fauſtus Junior etiam Conſul apud Faſtos Conſulares ita notatus invenitur in Faſtis Panuini & Goltzij RVFIVS. MAGNVS. FAVSTVS. AVIENVS. Fauſtus dictus ab Anicijs Fauſtis. Avienus verò à Gennadio Avieno, non tanquam ejus Filius, ſed tantum ex filia Nepos. Gennadius enim Avienus ad Valerios Coruinos, ut teſtis eſt Sidonius Appolinaris, ſeriem generis ſui referebat. Avieni autem Fauſti præterquam quod fuerint clariſſima Anicianæ ſtirpis germina, inter majorum ſuorum imagines etiam Scipionum numerabant, ita Ennodius affinis eorundem, ſcribens ad Avienum Fauſtum juniorem.

Sidon. Appoll. l. 1. ep. 9.
Ennod. ep. abundante Dei miſericordia.

Hac forte de cauſa cum legerit Albertus à Bonſtet Liber Baro (cujus ſupra fecimus mentionem) in Ennodio Anicios Avienos à Scipionibus oriundos, non dubitavit affirmare Habsburgenſium modernorum Comitum originem ad eoſdem Scipiones uti ad radicem referendam eſſe, ſicut & univerſam ſtirpem Anicianam. Quod videtur omninò falſum, ſiquidem Scipionum poſteritas, ſicut & aliarum plurium nobiliſſimarum fami-

Alberti deceptio circa Scipionum gentem

miliarum, in Gentem Anicianam deſierit. Conſtetque Anicios jam in Romana Republica floruiſſe, antequam Scipiones illi, qui de Africa, & Carthagine triumpharunt, nati eſſent. Unde Claudianus de Olybrio, & Probino Anicijs, quos alto à ſemine fratres appellat, ait.

His ergo non Decios pulchros, forteſve Metellos
Prætulerim: non qui Pœnum domuere ferocem
Scipiadas: Galliſque genus fatale Camillos. — InPaneg. ad eoſdem.

Ramus ſeptimus GENS ANICIA THREICIA denominatur. Anicianum quoque genus per Anicium Olybrium, præter regiam Conſtantini ſtirpem inter cæteras nobiliſſimas Romanarum gentium familias, Conſtantinopolim transplantatum reperitur. Quem Olybrium licet principe loco Glycas inter illos ampliſſimos Senatores, qui Conſtantinum ipſum ab Urbe ſecuti Conſtantinopolim etiam commigrarunt, enumeret: de ſtirpe tamen ab eodem ad poſteritatem propagata nullum extat antiquitatis monumentum. Sed direpta deinde ab Alarico Urbe, alij Romanorum in Africam; alij in Orientem Hieroſolymas profugerunt. Sextus autem Anicius Petronius Probus junior, Sexti Anicij Petronij Probi Senioris & Aniciæ Faltoniæ Probæ filius, Sextique Anicij Hermogeniani Olybrij, & Anicij Probini Frater germanus, qui año Chriſti 406. cum Arcadio Imperatore Conſulatum geſſerat, Conſtantinopolim conceſſit, à quo magna deindè, & ampla prodijt in Thracia ſoboles, ut Threicia diceretur. Ex hoc Anicio Probo juniore generatus eſt S. Petronius comemoratus, qui ut S. Heucherius ait, *ex pleniſſima mundanæ poteſtatis ſede in Sacerdotij nomen aſcendit*. Porrò ejuſdem Probi junioris filius fuit & S. Petronij frater Anicius Juſtinianus, quem Hieronymus Bardi & Arnoldus Wion tradunt fuiſſe Avum pariter Juſtiniani Imperatoris atque S. Benedicti: cujus meminère Perus Diaconus lib. de viris illuſtrib. & Sanctis Montis Caſini, Anaſtaſius Bibliothecarius in hiſtoria parva ſtatim in principio, Chronicon quoque Civitatis Nurſiæ. Ex eo geniti feruntur Anicius Eutropius Nurſiæ Comes D. Benedicti Pater, & Fl. Anicius Probus Tertullus S. Placidi Avus; ac demum Anicius Germanus Pater Juſtiniani Imperatoris; quem illum eſſe putat Seifridus, qui ſub Theodoſio juniore ut S. Proſper meminit, Ducem exercitus egit.

Ramus VII. — Glycas lib. 41. — S. Heucher. — Petr. Diacon. I. de vir. ill. cap. 1. Anaſt. Biblioth. Chron. Nurſiæ. Anicij Juſtiniani filij. S. Proſp. in Chron. ad an. 441.

Dices, Accurſius, alijque Juriſconſulti ex antiquo quodam Codice aſſerunt, Juſtinianum Conſtantini fuiſſe filium; ergo non eſt verum, quod hujus Iuſtiniani Pater Anicius Germanus fuerit. Sed reſpondet Seifridus, id vel ad Iuſtinianum II. Conſtantini Pogonati filium, qui ultimus ex Stirpe Heraclij Bizantij imperavit, referendum eſt, quod etiam recenſiores Iuriſconſulti cenſent: vel Iuſtinianus noſter Conſtantini filius dictus eſt, quod ex Anicia ſtirpe fuerit oriundus, cujus nobiliſſimum germen Conſtantinus Maximus extitit.

Objectioni occurritur.

Ramus

Ramus VIII.

Octavus Ramus germen exhibet, per quod GENS ANICIA CONSTANTINOPOLITANA proditur à Seifrido, atque ad differentiã ſupradictæ Thraciç ab ipſo diſtinquitur. Ex ea ſimul oriundũ facit Anicium Pompeium virum maximè potentiæ & Auctoritatis apud Anaſtaſium, & Iuſtinum Impp. Qui Iuſtiniani Imperatoris, & Aniciæ Julianæ conſobrinus dictus fuit, non quia ex duabus ſororibus fuerint progeniti, ſed amplè ac more uſitato accepto conſobrini vocabulo, quatenus nempè eo nomine & qui ex duobus fratribus, & qui ex ſorore & fratre ſunt editi, quique ab his propagantur promiſcuè comprahenduntur; ac proinde ejuſdem Pompeij fratriſque ejus generis paterni origo ab eodem fonte, à quo Anicij Iuſtiniani & Aniciæ Iulianæ genus promanavit, derivanda erit. In hac familia collocanda eſt S. Demetriades ejuſdem Pompeij ſoror, ac filia Hermogeniani Olybrij, Probini, ac Probi fratris. Sed cap. 11. ubi agit Seifridus de progenie Iuſtini ſenioris Auguſti, concludit hoc modo. Unde ſtatuendum eſt Anicio Iuſtiniano I. quatuor fuiſſe filios, nimirum Eutropium S. Benedicti Patrem, Tertullum S. Placidi Avum, Iuſtinianum II. ex quo generatus eſt Iuſtinus ſenior, & Germanum, qui ex filia fratris Iuſtiniani genuit Iuſtinianum III. poſtea Imperatorem.

Paul. Diacon. Miſcell. lib. 15. Cyrillus in Sab. Marcellinus in Chronico. Procopius de bello Perſico lib. 1.

Ramus XI.

Sequitur nonus Ramus, ac cum eo GENS ANICIA RIGUARDATA ET TERTULLA Ita dicta ex Anicio Eutropio Probo Riguardato Patre S. Benedicti ſanctæque Scholaſticæ & ex Fl. Anicio Tertullo Anicij Iuſtiniani I. filio, Patreque Anicij Tertulli Iunioris, qui Conſul fuit cum Clementiano. Quique duxit Uxorem Fauſtinam T. Annij Placidi viri Conſularis filiam, ex qua, ut tradunt Auctores & Ioannes Petrus Villa de Canibus, genuit S. Anicium Placidum, & fratres ejus Eutychium & Victorinum & Flaviam ſororem. Qui verò tradunt S. Benedictum ex Urſinorum familia ortum eſſe, aut ex ſtirpe Riguardatorum, quam in hodiernum uſq; diem Nurſiæ extare dicunt, ſunt Bonifacius Simonetta perſecutionum Chriſtianorum lib. 4. ep. 20. prioris ſententiæ Auctor, & Frater Paulus Morigia Mediolanenſis Ieſuatus, quidamq; anonymus in octoſtycho ad arma Benedicti, qui ſecundam ſententiam amplectuntur. Sed utraque opinio exploditur ab Arnoldo, qui fatetur mendum aſſe Typographi, dictionemque Urſinorum pro Nurſinorum, literâ primâ N. deprompta, poſitam. Siquidem conſtat Urſinorum familiam multis poſt S. Benedictum ſæculis Romæ exortam, originemque non Romanam, ſed Gallicam habuiſſe. Retulit quoque mihi, cum eſſem Bononiæ anno Iubilei 1650. quidam Nobilis ejuſdem Civitatis, quod paucis jam elapſis annis ipſe reperiebatur Romæ, ubi dum fabri ad unius Palatij conſtructionem operam dabant, removebantque lapides perantiquos cujuſdam fabricæ, quæ ibidem extiterat; caſu cecidit una muri pars in qua inter lateres repertum fuit nomen S. Benedicti hoc modo *S. Benedictus*

Num. S. Benedictus fuerit ex Urſinorum, aut Riguardatorum ſtirpe. Simonetta. F. Paul Morigia.

Prima Opinio reijcitur ab Arnoldo in Martyrologio Benedictino.

Refert Auctor caſum quendam & opinionẽ Arnoldi confirmat

nedictus urſinus. Ex quo ſtatim rumor ad aures Cardinalis Urſini pervenit, qui cum cepiſſet cogitare ſuper illos caracteres, obſervatum fuit, quod parva reliquia cementi, quæ cũ illa dictione *Urſinus* ceciderat, literam capitalem N. detraxerat, ſine qua non Nurſinus, ſed Urſinus legebatur.

Fatetur etiam idem Arnoldus alteram reijciens ſententiam, quod Pater S. Benedicti Uxorem habuit *Abundantiam Nurſiæ Comitiſſam ex Riguardatorum familia nobiliſſimam, cujus cauſa Comes ipſe Nurſiæ factus eſt. Sed ne tam nobilis familia interiret (erat enim Abundantia unica Patris ſui filia, & ſola tam facultatum, quam cognominis hæres) nonnullarum nationum more, Probi tamen cognomine ſibi retento, quod erat familiæ ſuæ proprium, Riguardati ſibi agnomen accepit, & ſic in familiam Uxoris ſuæ Abundantiæ tranſiens familiam jam extinctam ex cognomine ſibi novo aſſumpto, quod poſtea in familiæ cognomen tranſijt, reſuſcitavit: quod ab eo ſic acceptum, ejus poſteri Nurſiæ ad hæc noſtra tempora honorabiliter conſervarunt. Hujus autem perveteris moris plurima in hiſtorijs tam antiquorum, quam recenſiorum ſuppetunt exempla: & etiamnũ hodie in multis provincijs obſervatur, ut videre eſt maximè apud Franciſcum Belforeſtium in magnis annalibus Franciæ multis in locis, & præcipuè lib. 3. cap. 45. ubi agit de Roberto Driadum & Philippo Tanlæorum Comitibus, Ludovici Craſſi Franciæ Regis filijs, qui non ſolum Uxorum ſuarum cognomina, proprio relicto, verum etiam & familiarum inſignia ad familiæ in quam intrabant conſervationem, armis avitis relictis, uſurpare ſunt coacti.* Hactenus Wion, inquit Seifridus de Riguardati agnomine, quomodo in ſtirpem Aniciam ſit introductum: addiditque, cujus ſi originem ex lingua Italica petas, hominem, ait, magnæ apud omnes venerationis, & auctoritatis ſignificat.

> In opuſculo de gente Aniciana in gradu 20. Aniciano.

> Franc. Belf.

Nonnulli tamen aſſerunt, non ſolum ex eadem S. Benedicti ſobole propagatam eſſe nobilem Nurſiæ familiam Riguardatorum, quæ hodie ſupereſt, verum etiam & Palomequorum, ſive Columbinorum Hiſpaniæ, de qua Bachillerus Transmiera in ſuo Raymundino triumpho verſibus Iberico idiomate conſcriptis idẽ affirmat. Quæ quidem ſententia ita ſimpliciter plorata ſi vera eſt, dicendum venit (fatetur Seifridus) Eutropium aut alios ex Uxore Abundantia genuiſſe liberos, ſiquidem illa ex gemello Benedicti, ſororiſque Scholaſticæ partu interijſſe traditur: aut certè poſt prioris conjugis ex hac vita diſceſſum aliam duxiſſe, ex qua poſtea nati ſunt prædictarum familiarum Auctores.

> Bachill. Transmi. in Raymun. triumph.

> S. Bened. ſanctaque Scholaſtica ejus ſoror gemini fuere.

Sanctum Maurum Placidi in Benedictino vitæ inſtituto collegam Aniciana ſtirpe ortum, Diviſque Benedicto & Placido cognatione junctum

> S. Maurus ex Aniciana fam. ac S. Bened. & Placidi conſanguineus.

ctum Arnoldus demonſtrat. Confirmatque cum Seifrido ex veteri donationis inſtrumento factæ Monaſterio Caſſinenſi à Gordiano S. Gregorij Magni parente, in quo Æquitius S. Mauri Pater, quem aliqui, ſed nimis dubiè, Conſulem autumant, inter cæteros Anicianæ ſtirpis proceres commemoratur. Ac Æquitium & non Euticium appellatum fuiſſe demonſtrat tum ex donatione ipſius & filij ejus, quam ait M. S. aſſervari in Archivio Monaſterij Montis Caſini, tum ex appenſo ibidem ſigillo.

Ramus decimus GENS ANICIA SEVERINA BOETHIA denominatur. Eo quia ex Cardinale Baronio Severinus Boethius prognatus ex antiqua Manlij Torquati familia oſtenditur: *Boethius*, ait, *nobilitate generis nulli ſecundus, prognatus nimirum ex antiqua Manlij Torquati familia, & eo qui primum inter Anicios Chriſtianitate reſplenduit Anicio gaudens Atavo &c.* Nimirum Anicio Juliano & filium, & nepotem habente. Quorum primus ejus Abavus, alter Proavus fuit, etſi Abavi nomen ignoretur. Proavus Boethius dictus, qui cum eſſet Præfectus Prætorio interfectus eſt à Valentiniano III. Imperatore unà cum Aetio Patricio: ita Caſſiodorus, inquiens, *Aetius Patricius in palatio manu Valentiniani Imperatoris extinctus eſt. Boethius verò Præfectus Prætorio ab amicis ejus circumſtantibus interemptus.* Eadem quoque de eodem tradit Marcellinus & Jordanes. Paulus verò Diaconus facit hunc Boethium Senatorem nobiliſſimum, alludens proculdubio ad Stemma Aniciorum, quos etiam longè ante omnium Romanorum nobiliſſimos habitos hiſtoricis marmoribuſque monumentis alij convincunt: Sic enim ait. *Igitur quia Virtus invidiam ſemper parit, Valentinianus Imperator quantum res docuit, proſperos Aetij ſucceſſus pertimeſcens, eum ſimulque Boethium Senatorem nobiliſſimum gladio peremit.*

Ramus X.

Tom. 6. ad ann. 510. num. 2. Seifrid. cap. 13.

In faſtis.

In Chronico. In annalibus.

Paul. Diacon. l. 15.

Demum hujus Boethij filius videtur fuiſſe ille, qui Conſul fuit, nempe primò cum Dagalaipho ann. Chriſti 461. ac deinde ſine collega ann. 482. & in faſtis Severinus nuncupatur, quod nomen apud poſteros remanſit. Alter verò, vel ſaltem ejus propinquus, ut colligitur ex Baronio, S. Severinus Noricorum Apoſtolus fuit, & ut rationibus haud contemnendis Seifridus demonſtrat. Itaq; tam ratio temporis, quam ordo ſucceſſionis perſuadet, ut hic Severinus inter Anicios Boethios connumeretur: conſtatque Severinum nomen Boethijs proprium, & peculiare fuiſſe (uti etiam fuit in Manlio Severino Boethio Conſule ad ann. Chriſti 487. ſecundum cujus præceptionem anno ſequenti S. Severini corpus ex Norico in Italiam translatum eſt, ac in filio Severini bis conſulis præfati Patris Anicij Manlij Torquati Severini Boethij doctrina, ſanctitate celeberrimi, uterque Martyres Chriſti adſcripti) neque ab aliqua alia illuſtriori familia Romana uſurpatum,

Tom. 6. Ann.

Vn-

Vndecimus Ramus appellatur GENS ANICIA GORDIANA ex atavo D. Gregorij Magni progenie, qui genitus eſt Gordiano juniore, filio Gregorij Gordiani Senioris. Pater D. Gregorij fuit primò Senator ampliſſimus, habuitque Vxorem Sylviam, quam excelluiſſe ſanctitate, meruiſſeque inter ſanctos adnumerari Eccleſiaſticæ tabulæ fidem faciunt. Deindè idem Gordianus ſacris initiatus, Diaconus Regionarius factus eſt, qui titulus fuit ſeptem primi ordinis Diaconorum. Anicius Felix D. Gregorij tritavus extitit, atavus verò S. Felix Papa III. Fratrem etiam Germanum D. Gregorius habuit Gordianum Urbis Romæ Præfectum. Hanc autem Magni ſanctiſſimique Pontificis ſobolem, Gordianam nuncupatam, ab Aniciano genere derivari nulli dubium eſſe poteſt: validiſſimè enim oſtenditur ex antiquiſſimo Montis Caſini inſtrumento, in quo continetur donatio Anicij Gordiani Senatoris D. Gregorij Patris facta Bonitio Abbati, ut apud Seifridum legi poteſt loco citato. Quam ſententiam amplecti tenentur auctores omnes D. Gregorium ex Frangipania familia aſſerentes, nimirum ex ea gente Anicia, quæ poſtmodum mutato nomine appellata eſt Frangipania; in quo ſenſu etiã interpretandum venit illud, quod de progenie D. Thomæ Aquinatis, ad Frangipanes quoque referta, ab alijs affertur, ac de gente Frangipania Michaelia Veneta, ut infra dicemus.

Ramus XI.

S. Sylvia Mater S. Greg. Magn.

S. Greg. etiam ex Frangipania familia, uti quoque S. Thomas Aquinas.

In Ramo duodecimo collocanda eſt GENS ANICIA RURICIA Stirps in Gallia, ut egregiè animadvertit Baronius ex Fortunato in Epitaphio ad Avum, ac Nepotem Anicios Ruricios. Horum enim duorum duntaxat ejus nominis & familiæ memoria reperitur: quorum ille vir doctrina inſignis fuit ut ex Sidonij Appollinaris epiſtolis ad eum datis colligitur: hic verò Lemouicenſis Eccleſiæ Antiſtes, qui ſubſcriptus invenitur in Aruernenſi Concilio.

Ramus XII.

Tom. 8. ex Fort. lib. 4. Sidon. lib. 4. ep. 16. lib. 5. ep. 15. lib. 8. ep. 10.

Decimus tertius Ramus GENS ANICIA FRANGIPANIA vocatur. Duodecim antecedentes Rami ex Anicia ſtirpe exorti ſunt ante & poſtquam ipſa Probæ cognomen accepit. Octo verò ſequentes ex illa quoque originem ducunt, ſed poſtquam Olybria, ac Perleonia cognominari incepit. Verùm cum nulla ex Olybrio Stemmate reperiatur, quæ ſingularem ac diverſum à recta Genealogiæ Seifridi ſerie ramum conſtituere videatur, ad ipſos ſequentes deſcribendos ordine procedit, quæ ex Perleonum Proſapia originem habuere. Primum familiæ Perleoniæ germen eſt familia Frangipania, nobilitate, divitijs, potentia, auctoritate, jugi pietate pro Sedis Apoſtolicæ defenſione contra Eccleſiæ hoſtes ac tyrannos multis ſæculis in Urbe florentiſſima. Ejus Auctor extit Flavius Anicius Frangipanis Petrus Leo, Magni Petri Leonis & Gordianæ filius, qui à Pietate & miſericordia, qua in maxima Vrbis penuria & egeſtate, pane in plures partes conciſo & fracto, egentibus ſubvenit, Frangipanis cognomentum promeruit. Quod deindè tanquam

Ramus XIII.

Gens Frangipania 1. Stirps eſt Perleonum.

Unde nomen Frangipanum

inſigne & perpetuum charitatis ac Clementiæ monumentum apud ejus poſteros remanſit. Probat Seifridus hoc aſſertum duplici argumento: Primum eſt, quia nullus reperitur, qui ante eundem Flavium Anicium Petrum Leonem illud nomen præſetuliſſet. Secundum, quia eius Patris Epitaphium in Monte Aventino ſub Paulo III. repertum, & à Hieronymo Bardi, ab eodemque Seifrido bis traditum, hanc veritatem planè monſtrat; cum ab eo appareat Frangipanium nomen neque à Patre, neq; à Matre fuiſſe ad illum derivatum. Licet alij autument Frangipanium nomen ortum habuiſſe ex D.Gregorij Magni erga egenos liberalitate: ſed decipiuntur, ut infra in proprio Stemmate demonſtrabitur. Quo verò tempore & qua occaſione hic Petrus Leo inſignem illam erga egentes liberalitatem & munificentiam exhibuerit, ob quam Frangipanis eſt cognominatus, inferius in ſuo peculiari Stemmate enarrandum.

Lib. 1. & lib. 3.

Ramus XIV. Arnold. VVion. apud Seifrid. c. 14.

In Ramo quartodecimo Aniciano, & ſecundo Perleonio Stirps ponitur FRANGIPANIA MICHAELIA VENETA. Eo quia ut Arnoldus Wion tradit, ex tribus fratribus Frangipanibus, qui Urbe egreſſi circa ann. Dom. 833. Venetias venerunt, Michael Frangipanis natu major Civitatis ſplendore & magnificentia captus, ſedem in ea fixerit. Qui mox propter eximiam ſuam prudentiam ac vitæ probitatem in Senatum Venetum allectus, præclariſſimæ familiæ Michaeliæ Auctor extitit. Ex qua clariſſimi fortiſſimique illius Reipublicæ Duces, plurimiq; in Patriciatꝰ ordine divitijs & nobilitate præſtantes viri ad noſtra, inquit, uſq; tempora prodierunt. Hujus Michaelis adventus tam in archivis & actis publicis Reipublicæ Venetæ, quam in Cæſarea Viennæ Biblotheca Italico ac Veneto idiomate, quod latinè traduxit Seifridus, deſcriptus reperitur loco citato capitis 14. Vbi de hujus familiæ inſignibus in aliquibus cum illis Frangipanum Romanorum mutatis agit cum eodem Arnoldo. Additque nova, propter quæ Dominicus Michael Dux Venetiarum ejus poſterus, ac filius Ducis Vitalis Michaelis, qui primus in remotiores Orbis partes Imperij Reipubl. fines protuliſſe fertur, avita inſignia reliquit. Hanc etiam Ducis dignitatem alter deinde Vitalis Michael poſt Dominicum eſt adeptus.

Ramus XV.

Decimus quintus Ramus dicitur GENS ANICIA FRANGIPANIA SIGNIA HUNGARICA & ita nuncupatur à Nicolao Frangipane ſecundogenito ex dictis tribus fratribus. Qui Venetijs ſoluens Dalmatiam primùm, ubi familia Pompanorum Scodræ, & Panorum Veggiæ reliquit. Deindè ejus poſteri in Hungariam, & Croatiam profecti, clariſſimæ gentis in utriſque Provincijs Francopanorum videlicet & Signiorum Auctores ſunt facti. Etenim eorum Nepotes ibidem commorantes opibus potentia & dignitate affecti, ac multis Oppidis, magnaque Ditione ditati, familiam nobiliſſimam Comitum Signiæ (quæ progreſſu temporis ad Anagniam Civitatem Campaniæ in Henricis trans-

lata

lata, clariſſimaque ibique extans, protulit Romanos Pontifices doctrina, & ſanctitate celebres. Innocentium III. Gregorium IX. & Alexandrum IV. alioſque S.R.E. Cardinales, & utriuſque ſtatus tam Eccleſiaſtici, quam ſecularis viros præclariſſimos) propagarunt. Ita Antonius Bonfinius rerum Hungaricarum Decad. 2. Joannes Leunclavius vir doctiſſimus in ſuis Pandectis ad Hiſtoriam Turcicam; & Pius II.

Innocentius III. Gregorius IX. Alexander IV.

Bonfin. lib. 8.

A qua ſententia minimè receſſit Lazius, qui meminit eorundem, illoſque Comites de Frangipanibus, Mendruſio, & Vegels vocat, ac ditionem habuiſſe à Carniolanis uſque in Croatiam, partim Auſtriacis, partim Hungariæ Regibus ſubjectos ſcribit. Sed in eo vehementer errat, quòd eos ortos putet ab illis Frangipanibus Romanis, quos factione populari patrium ſolum vertere coactos ſuperius ex Othone Friſingenſe retulimus; Conſtat enim multò antè jam Frangipanes in Croatiæ partes commigraſſe. De armis Frangipanium Comitum Signiæ inferius ad proprium Stemma agemus. Nonnullos etiam (ut refert Wion) in Foro Julienſi provinciam transmigrantes avitum Frangipanum nomen ad ſuos uſque dies retinuiſſe fatetur.

Leuncl. ann. 173 Pius II. lib. 3. Comment. Laz. lib. 6. de gent. tranſm.

Frangipanes etiam in Foro Julienſi temp. Arn.

Sextusdecimus Ramus dicitur GENS ANICIA FRANGIPANIA ASTVRA AQUINA ET TOLFA. Hugo natu minor ex tribus antedictis fratribus, ac tertiogenitus Venetijs in Apuliam & Campaniam rediens in eiſdem locis Gentis Frangipaniæ, quæ ibidem non amplius extat (imò in tota Italia noſtra paucis jam elapſis annis defecit, ſicut etiam in Foro Julienſi, ubi tempore Wionis vigebat, licet in Croatia adhuc perſeveret, & in Belgio ſit unus Miles ex Frangipanibus laudabilis, ac dignus) avito majorum nomine retento, Auctor fuit. In Campania verò Comites de Aquino, poſtea Comites de Loreto & de Belcaſtro vocati, cum olim Frangipanij Romani nuncuparentur, à quibus S. Thomas Aquinas originem duxit, ab Anicijs Frangipanibus ortum habuere. Ita Scipio Mazella ex vetuſtis inſtrumentis in deſcribenda familia de Tolfa, adducens in teſtes Joannem Menardum Medicum inſignem lib. 5. epiſtolarum, & Joannem Barrum lib. 4. pag. 298. Ex horum aliquo (inquit Wion) puto eſſe verba illa, quæ ſine auctoris nomine pro hujus veritatis confirmatione ad me transmiſit R.P.D. Hieronymus Brugia Montis Caſſini Abbas, quæque nos loco precipui Stemmatis referemus.

Ramus XVI.

Scip. Mazella ex Joanne Menardo, & Joañe Barro.

Inter multas Civitates, Urbes & oppida, quæ in ſuis provincijs poſteri Aquinorum tenuerunt, Tarracinam quoque & Aſturam, Cajetanũque Ducatum ſuæ ditioni adjunxiſſe leguntur, quas multo tempore ſub ſua poteſtate retinuere. In Apulia verò ex eodem Hugone ſuccedente tempore procreati Domini de Tolfa, quorum originem à Frangipanibus derivare prædictus Scipio Mazella Neapolitanus Italicè explicat. Floruiſſeque in Regno demonſtrat circa ann. Dom. 1266. additque repertos fuiſſe hoc eodẽ tempore duos fratres, qui Dominium Aſturæ in ma-

In deſcript. Regni Neapolitani.

ritima Romana tenuere, à quorum altero Conradinus cum à Carolo Andevagenſi prælio victus ad Aſturam terram fugiſſet, ut nave conducta Piſas transportaretur, captus & in manus Caroli traditus eſt. A quo præmij loco accepit Peloſam, Tarracoſam, Pontum & Fraginetem. Fuit hic Frangepanis Dominus Aſturæ, qui Conradinum & cum eo Fridericũ Ducem Aſturiæ cepit, Joannes dictus ut ex Collenutio refert Gerardus de Roho. Geſtarunt Domini de Tolfa pro Stemmate Turrim argenteam in campo cæruleo, quod Arnoldus Wion vult antiquum Aniciorum inſigne fuiſſe, campo tantum excepto, quem ſanguineum extitiſſe tradit, ut ſuo loco ſcribendum.

Lib. 1. Hiſtoriæ Auſtriacæ.

Putantur & à doctiſſimo Hieronymo Rubeo Ravennate Brancaleones ex Frangipanijs orti, qui conjecturâ ducitur quod Latinus Cardinalis Nicolai III. Papæ ex ſorore Nepos, qui à S. Antonino, Volaterrano & alijs vocatur Frangipanius; à Ioanne Villano & Laudino Brancaleonius appellatur.

Ramus XVII.

Ramus decimus ſeptimus appellatur GENS ANICIA HARSBVRGIA LAFFENBERGA, ET RYNFELDENSIS. Stirps Lauffenberga, & Rynfeldenſis inter cæteras ex Habsburgia gente poſtquam ipſa in ſtirpem Aniciam Perleoniam per connubij inſitionem eſt transplantata, imò inter majores Anicianæ ſobolis eſt numeranda. Nam etſi plures familiæ genus ſuum ad ſtirpem Perleoniam Habsburgiam retulerint, eæ tamen vel gente materna duntaxat ab ea ſunt oriundæ, vel non in tot Genealogię gradus excreverunt, ut inter præcipuas generis familias ſint collocandæ.

Familia iſta Comitum Habsburgenſium Lauffenbergenſium & Rynfeldenſium ortum habuit à Rudolpho patruo Rudolphi I. Imperatoris, qui tres habuiſſe filios in antiquo Monaſterij Mariſſtellæ inſtrumento à Stumphio adducto reperirur; Rudolphum nimirum Canonicum Eccleſiæ Baſilienſi, Gotfridum, & Eberhardum, à quibus deindè cæteri Comites Habsburgici, qui præter Auſtriacos Principes poſterioribus temporibus in Helvetia floruerunt, ſunt profecti. Itaque Comitum Habsburgenſium familia in filijs Rudolphi hujus nominis II. Comitis Habsburgici, & Nepotibus Alberti I. Divitis cognominati in duas diviſa cognationes in Auſtriacam ſcilicet, & Lauffenbergam, & Rynfeldenſem utraque ad poſteros propagata eſt. Una quidem ab Alberto ſapiente Rudolphi I. Imperatoris Patre, quæ deinde ab Auſtria Auſtrium cognomen accepit, cujus propagationis ſeriem in calce hujus I. Gentilitij proferemus: altera à Rudolpho Rudolphi Imperatoris Patruus cujus, Genealogiam texit Stumphius apud Seifridum ibidem, in qua Ioannes III. ultimus Comes de Habsburg reperitur.

Stump. in mag. Helvet. Chron. alibi dato. lib. 7. cap. 12.

XVIII. XIX. ac

Tres ultimi Rami, quorum tantum Prototypos Genealogicos cum nulla

nulla indigeant explicatione, Seifridus protulit, vocantur, nimirũ primus *Gens Anicia Habsburgica Auſtria Burgundica Hiſpania*. Secundus *Gens Anicia Habsburgia Auſtria Burgundica Tyrolenſis*. Tertius verò *Gens Anicia Habsburgia Auſtria Burgundica Styra*. XVIII. XIX. ac XX. Ramus Anicius, & VI. VII. VIII. Perleonius.

Itaque à primo ad ultimum in his Anicianæ arboris 20. Ramis plurimæ & omnes celeberrimæ familiæ pendent, quarum haud paucæ, ut Probæ, Olybriæ, & aliarum gentium ſtirpes ab ea excluduntur propter rationes ſuperius adductas. Reliquæ vero quia gradus conficiendi proprias Genealogias habent, ſuntque ad ſummum 26. in ipſis meritò à Seifrido collocantur.

DIVISIO VII.

Gens Anicia ſemper aſsidua in gloria conſervanda, & augenda.

Relictâ ſerie illâ, per quam Aniciana Domus in ſuis Perleonibus uſq; ad Rudolphum I. Habsburgicum jugi decerſu gloriam Proavorum conſervavit auxitque, poſſumus facili negocio hanc eandem veritatem practicè demonſtrare ſobole tantùm Habsburgiorum Auſtriacorum. Qui poſteri Aniciorum ſunt, quique generis claritudinem, avitæque familiæ ornamenta conſervando, ea quidem ad ſummam altitudinem, & amplitudinem perduxerunt.

Hoc proculdubio teſtantur Dignitas & Majeſtas Domus Auſtriacæ, quin & potentia ipſa teſtatur, ac ſimul Imperium jugisque amor, atque aſſiduum ſtudium erga Apoſtolicam ſedem. *Quinarium* ſanè, quod nec debita inſpectione, nec pulcherrimo myſterio caret. *Quinquatria* Feſta erant antiquitus apud Romanos Pallidi ſacra, ita à numero quinque dierum dicta, quibus celebrabantur, quorum primo fiebant ſacrificia, ſecundo, tertio, & quarto gladiatorum ſpectacula edebantur: quinto Urbis luſtratio. Quinarium Anicianæ Pallidi (nimirum Aniciorum Progenitorum Nobilitati jurè meritò conveniens) Dignitate conſtat, Majeſtate, Potentia, Imperio, Studio Religionis erga Eccleſiam Catholicam. Hiſce rebus eorum Poſteri Auſtrij tam defuncti, quam ſuperſtites ſolemniſſimo triumpho per aliquot ſæcula vetuſtiſſimã ſobolis gloriam longè amplius aſſiduis operibus foverunt, ac diuturnis incrementis illuſtrarunt. Dignitas. Majeſtas. Potentia. Imperium. Studium Religionis. Quinquatria feſta Pallidi ſacra.

Hinc Caſpar Scioppius vir eruditus in Panegyrico Clementi VIII. Pontifici Maximo in Nuptijs Philippi III. Hiſpaniarum Indiarumq; Regis, atque Alberti Archiducis Auſtriæ dicto, hoc quinario numero ſolemniter eſt uſus. Etenim quæ coram Chriſti Vicario eminentiſſimorum Cardinalium, aliorumque illuſtriſſimorum Prælatorum, Procerumque ac Nobilium Curiæ Romanæ Romanæque Urbis cætu alto ſermone protulit, hæc ſunt. Caſp. Scioppius orans coram Clemente VIII.

Primum

Dignitas & Majeſtas Dom' Auſtriacæ.

Primum (inquit) ea eſt familiæ Auſtriæ dignitas, & majeſtas, ut ab omnibus cæteris meritò coli & obſervari, à te etiam Beatiſſimæ Pater & Sede Apoſtolica ornari quotidie & omnia paternæ charitatis ac benevolentiæ ſigna experiri debeat. Non enim potentior, non illuſtrior hoc ſæculo Domus in Orbe Chriſtiano fulget, ut verè quòd de Julia olim Horatius cecinit, meritiſſimo ſuo de hac dici debeat.

Horatius de Julia.

——— Micat inter omnes
Auſtrium Sydus, velut inter ignes
Luna minores.

Praxis ipſa hæc Caſparum docebat.

Floret enim ut jam à pluribus annis, ita nunc temporis in ſummo honorum ac dignitatum culmine poſita, refulgetque ut coronis ſceptriſque Imperatorijs Auguſtis decem, octo Regijs: ſic etiam imaginibus, atque indicibus Auguſtorum ſeu Imperatorum decem, Auguſtarum duabus; Regum octo, Reginarum ſedecim referta eſt, Archiducum, aliorum Principum imagines, tiaras, circulos aureos & gemmatos hic longum eſſet recenſere. Revoluas annales veteres quoſvis & Genealogias Principum Chriſtianorum omnium examines licet; nunquam tamen tot in una ſtirpe ſublimia Imperia; tot Diademata; tot Sceptra atque in hac una reperies: quam multis ab hinc annis Cuſpinianus ſcripſit ex unica Habsburgenſium familia quinquaginta ſeptem maſculos Principes vel Cæſares vel Reges, vel Archiduces aut Comites produxiſſe, & in qua Romanum Imperium per ſex Auguſtos ultra hominum memoriam & ſæculum integrum continuatum videmus. Quid reperiri poterit rarius, excellentius aut illuſtrius?

Cuſpin. in Auſtria.

Plinius.

Lampedo Lacedemonia.

Elisabetha Poloniæ Reginæ.

Frivolum ac leve eſt exemplum, ſi hæc conſideres, quod Plinius ut ſtupendum fœminæ fælicitatis miraculum adducit: Una, inquit, fœminarum in omni ævo Lampedo Lacedomonia refertur, quæ Regis filia, Regis uxor, Regis Mater fuit. Plura profectò & majora decora inter Principes Auſtriades reperies. Longè enim Lacænam illam Lampedona excedit Eliſabetha Poloniæ Regina, quæ Imperatoris, Cæſaris ac Regis filia & neptis, Regis ſoror, Regis uxor, Regum quatuor Mater, & deniq; Regis Avia fuit: nimirum nata ex Alberto ſecundo Imperatore, Bohemiæ & Ungariæ Rege; Fratrem Ladiſlaum Ungariæ & Bohemiæ Regem, maritum Caſimirum Poloniæ Regem; & filios protulit Reges Ungariæ Bohemiæque Joannem Albertum, Uladiſlaum, Alexandrum, & Sigismundum: addatur & Fridericus V. filius, qui ad Cardinalatum Regiæ parem quippè dignitatem evectus eſt. Avia quidem fuit Ludovici Bohemiæ & Ungariæ Regis. Quid iſta felicitate felicius, aut nobilitate nobilius? fulget tamen nunc etiam temporis unica phœnix clariſſimæ atque omnium virtutum dotibus præſtantiſſimæ Heroinæ Mariæ Majeſtas, quæ Proavum Maximilianum I. Cæſarem & Philippum I. Regem Catholicum

Maria Caroli V. filia.

avum

avum habuit; quæ Carolum V. Patrem, Ferdinandum patruum, Imperatores Cæſares Auguſtos vidit & amitas Reginas quatuor. Ipſa Maximiliani II. Imperatoris Cæſaris Auguſti uxor, Philippi II. Regis Catholici ſoror, Rudolphi II. Imperatoris Regis Ungariæ & Bohemiæ, & duarum Reginarum, unius in Hiſpania alterius in Gallia Mater, & hujus etiam ipſius Regis Catholici avia effecta.

Tanta nimirum decora, tam rara fæcunditatis exempla in ea domo reperiri oportuit, quæ barbaram Ottomannicæ potentiæ rabiem cervicibus noſtris depellere deberet.

Potentia Dom. Auſtriacæ.

Potentia quoque ejuſdẽ familiæ tanta eſt, ut quã Romani Imperij magnitudinem cum ſtupore quodam omnium ſæculorum homines admirati fuerunt, ſi cum hac comparetur, ludus jocuſque penè videri debeat. Habent enim Auſtriaci non Novum duntaxat orbem ſeu Americam, quæ ſola reliquas tres mundi partes Aſiam, Africam, & Europam magnitudine adæquat, ac proinde Romano illo Imperio (etiam cum in flore & dilatatione ſtetit) multò major exiſtit: ſed inſuper magnam etiam ipſius Romani Imperij & reliqui orbis partem poſſidet. Ut enim deglorioſiſſimo Romanorum Imperatore Rudolpho nihil dicam, qui cum hodierno Imperio florentiſſima Ungariæ, Bohemiæ & Croatiæ Regna multoſque Principatus conjunxit: quis neſcit magnum Hiſpaniarum Regem Philippum noſtrum tertium, quatuordecim quidem in Hiſpania Regna continuare, & ſublimia Luſitaniæ Sceptra ad Indos uſque protendere, tum Neapolitanum quoque Siciliæ, Sardiniæ, Majoricæ & Minoricæ Regna, maximãque Italiæ hujus partem Sceptra ejus agnoſcere, Burgundiam verò & illum Provinciarum ocellum ac delicias, Belgicam ſcilicet, ſive inferiorem Germaniam Principatibus pluribus luxuriantem & cuivis Regno minimè poſthabendam Sereniſſimo huic Archiduci Alberto ſubjectam eſſe? Fruſtra igitur ſunt, & cum ipſi ſe fallunt, tum in ſimilem errorem alios inducunt, qui vel Macedonicum Alexandri Magni vel Aſſyricum, vel Perſicum, vel quæ poſterioribus ſæculis emerſere: Ottomannorum ſive Turcicum, Sophorum, Tartarorum aliorumque Imperia cum hoc Auſtriaco comparare audent. Tantum enim abeſt ut illud æquiparent, ut ſingula contra quoddam illius quaſi centrum ſive punctum conſtituere videantur.

Novus Orbis.

Imperium Auſtriacum majus quam alia imperia.

Ovidius.

Adeo ergo quod de Roma Ovidius ſcripſit:

Gentibus eſt alijs tellus data limite certo,
Romanæ ſpatium eſt Urbis & Orbis idem

Verè nos & multo verius de Auſtriaco Imperio pronunciare poſſumus.

Regibus eſt alijs tellus data limite certo
Imperij ſpatium eſt Auſtrij & Orbis idem.

Volumus tamen Pater Beatiſſimæ, ut hæc ipſorum Nobilitas Auguſta & ſtupendum humanæ Majeſtatis ac potentiæ exemplar quicquam laudis habeat, niſi ea omnia Chriſti ſemper & Sanctæ Apoſtolicæ ſedis auctoritati gloriæque fuerunt ancillata, niſi eo ſemper animo Auſtriaci fuerunt ut non minus Eccleſiæ quàm ſibi provincias ſuas parere & ſubjectas eſſe cuperent: niſi Alberti fuerunt, qui Hæreſis Huſſiticæ propugnatores in divini Nominis gloriam, & ad conſervandam ſedis hujus auctoritatem compeſcerent: niſi Fridericos ea dedit familia, qui Germanos ad eandem Huſſi hæreſin inclinantes in obedientia Eccleſiæ conſervarēt, qui Schiſmata de hujus ſedis occupatione per violentiam quorundam nata tollerent, qui auctoriratem Apoſtolicam perperam uſurpantes vel ementientes in ordinem redigerent; niſi etiam Caroli ex ea memorantur, qui Turcorum impetus Eccleſiæ Catholicæ bono eluderent, & reprimerent, qui Germaniæ Regulos ingenti militum numero hæreſin ſuam tueri contendentes, mirabiliter compeſcerent; qui Religionis denique Catholicæ amore vale rebus mundanis dicto & Imperio abdicatì divinis meditationibus immorarentur: niſi Philippi inde ſunt exorti, qui novos mundos Sanctæ huic ſedi ſubjugarent: qui deinde hæreticorum odio, eorumque extirpandorum ardore ſuas ipſi ſegetes urere, & pulcherrimis Belgij urbibus hoſtile aratrum imprimere nunquam recuſarent; niſi poſtremò hodieque Auſtriaci omne ſuum ſtudium in eo collocant, ut omni è Regnorum ſuorum finibus hæreſi exulante cuncti juſſa Sedis Apoſtolicæ capeſſant. Hæc Scioppius, & quidem verè, cordatè, & practicè, ac ſine ulla aſſentatione.

Continuum Domus Auſtriacæ ſtudium erga ſedem Apoſtolicā.

SECTIO II.

Habsburgiorum tam antiquorum, unde Rudolphus I. Imperator, quam recentiorum Germanorum Hiſpanorumque Magnatum Soboles per varia Stemmatum inſignia aperitur.

GEnus Auſtriacorum Principum Habsburgiorumque Comitum, qui Poſteri Aniciorum Perleonum Romanorum adjudicantur, ita Seifridus Genealogicè ordinat.

Lib. 1. cap. ult. in Protot.

1. Anicius Petrus Leo Flavij Anicij Leonis Celphij Olybrij filius.
2. Magnus Flavius Anicius Petrus Leo Gordianus.
3. Flavius Anicius Frangipanis Petrus Leo
4. Stephanus Anicius Frangipanis Petrus Leo.
5. Maximus Petrus Leo Frangepanis Anicius Tertullus Gordianus.

Genealogia Auſtriacorum Principum ab Anicijs Perleonibus Frangipanibus,

6. Leo

6. Leo Petrus Leo Anicius Frater Maximæ Aniciæ L. Statij Diodori Frangipanis Uxoris.
7. Maximus Petrus Leo
8. Stephanus Petrus Leo.
9. Leo Petrus Leo.
10. Petrus Leonis Petrus Leo.
11. Leo Maximus Petrus Leo.
12. Albertus Dives & Rudolphi filij Leonis Maximi Petri de Leone.
13. Rudolphus Taciturnus Habsburgius Comes.
14. Albertus Sapiens Habsburgius Comes.
15. Rudolphus I. Imperator &c. Et ſic de ſingulis gradatim uſque ad hodiernos Auſtriæ Principes.

Quæ quidem progenies cum genus ſuum ad illud Æneæ Trojani ac Italiæ Regis, anthonomaſticè Pij, referat, ut dictum eſt; ideò ſtuduimus in hac ſecunda ſectione Inſignia, ſeu Stemmata illarum familiarum afferre, quæ ſolo tantum nomine non autem re ipſa, ut oſtenſum eſt, differre videntur. Sub ijſdem quoque Stemmatibus ſubſcribere compendiosè decrevimus inſigniores Perſonas, quæ in unaquaque ſtirpe clarioribus virtutibus, titulisve floruere. Sed ſciat Lector, quod ibi tantum ſervabimus generationis ſeriem, naturæque diſpoſitionem; ubi clara monumenta nobis occaſionem præbuerint. Ubi verò hæc ratio non ſuppetet; ordinem ſolum temporum ſequemur. Eo vel maximè quia aliquid certi ſecundum ordinatæ Genealogiæ tramitem in medium proferre aliquando non poſſumus.



AVSTRIACAE GENTIS STEMMA PRIMVM EX STIRPE Æneæ Trojani.

Tiraquell. de Nob. cap. 6. Caſſ. in Cat. p. 1. concl. 56. & alij Æneid. 10.

TRojanos in Inſignijs nigrum Leonem primitus explicuiſſe, multi ſcriptores aſſerunt, ac præcipuè Tiraquellus, Caſſaneus, & alij apud Cornelium Vitignanum loco ſuperius citato. Id quod ante hos cecinit Maro.

Æneia puppis.
Prima tenet voſtro Phrygios ſubjecta Leones.

Ab ipſis gentem Romanam ducere initia pro comperto innumeri ſcriptores habent, uti videre eſt apud eundem Vitignanum modo datum. Idcirco Ovidius cecinit. 4. lib. Faſtorum.

Hinc ſatus Aeneas pietas ſpectata per ignes
Sacra, patremque humeris, altera ſacra tulit.
Venimus ad felix aliquando nomen Juli,
Unde domus Teucros Iulia tangit avos

Idem

Idem omninò profert Mantuæ Vates 1. Lib. Æneid.

At Puer Aſcanius,cui nunc cognomen Iulo.

Deindè Alba Longa ab Aſcanio ædificata,ab ea exiere Predeceſſores Romuli, & Remi, undè poſtea Gens Romulea Romanaque,quæ è ſanguine Trojanorum emerſiſſe juſto titulo gloriatur. Ita L. *non tantum §. Ilienſes ff. de excuſat.tut.* Strabo de ſitu orbis lib. 13. qui ait. *Alexander erga Ilienſes magnoporè erat affectus,Cæſar verò quia & Alexandri amantiſſimus fuit,& certiſſima cum Ilienſibus cognationis ſigna habebat impendio ad beneficium incitabatur, certiſſ. quidem quia Romanus erat, Romani autem auctorem generis Æneam putant, &c.* Strabo.

Id quod etiam planè autumat Juſtinus Hiſtoricus lib. 3. verſus finem his verbis. *Et ingreſſi Aſiam Romani cum Ilion veniſſent mutua gratulatio Ilienſium & Romanorum fuit, Ilienſibus Æneam cæteroſque Duces à ſe profectos, Romanis ſe ab his procreatos proferentibus, tanta quæ lætitia omnium fuit, quanta eſſet poſt longum tempus inter parentes & liberos ſolet.*

Divus quoque Auguſtinus profert idem cum ait *Ipſa ut dixi Troja, vel Ilium Mater Romani Populi.* Et inferius *Primum ipſa Troja, vel Ilium unde origo eſt Populi Romani.* Lib. 1. Civit. c. 4. Lib. 3. c. 3. 4. & 5.

Sed dum nos ſub hoc Stemmate Genealogiam Æneæ deſcribimus,utimur ordine Daretis Phrygij, quem ſupra attulimus,licet aliquanto ab alijs mutato. In quo etiam illuſtres Progenitores, illuſtreſque poſteros ejuſdem Æneæ ex alijs hiſtorijs annectimus hoc modo.

ÆNEÆ TROJANI, ÆNEIDVMque Genealogia.

1. Dardanus Rex, *Athlantis Regis Italiæ ac Electræ filius,qui Italiâ profectus in Phrygiam ſe tranſtulit ann. Mundi 2484. Ibique Dardaniam ædificavit ann. 35. Moyſis.* Euſebius in Chron.
2. Herithonius Rex, *filius Dardani, ac Regni ſucceſſor.*
3. Tros, ſeu Troes Rex, *filius Herithonij, qui Patri ſucceſſit: & à quo Regio illa, Dardania à Tetravo denominata, Troja dicta fuit.*
4. Ganymedes Rex, *filius Troes, cujus apud Daretem nulla mentio.*

5. Ilus Rex, *filius Ganymedis (Dares dicit filius Troes) unde Civitas Troja Ilium quoque eſt denominata.*
6. Laomedon Rex, *Ili filius, & Priami Genitor.*
7. Aſſaricus Rex, *filius Troes, & frater Ganymedis.*
8. Capi Rex, *Aſſarici filius.*
9. Anchiſes Rex, *Capi filius.*
10. Æneas Rex. *filius Anchiſes.*



AVSTRIACAE GENTIS
STEMMA II. EX STIRPE ÆNEÆ & Juliorum.

Ex multorũ relatu Liu Dec. lib. 1. cap. 2. Æneid. l. 11. Euſeb. in Chron.

PAucis elapſis annis in Italiam Æneas revertitur ann. ſcilicet Mundi 2787. ante Jeſu Chriſti Nativitatem 1773. Tyberis oſtia ingreditur propè Laurentiam Civitatem, quæ propterea deinde nova Troja dicta eſt. Laviniam Regis Latij filiam ducit in conjugem. Turnum Rutulorum Regem, ſuumque rivalem occidit. Poſt ejus obitum Laviniam pre-

pregnantem (quæ exindè peperit in quadam Sylva, unde & genitus cognomen accepit, Juliumque Sylvium ſe appellari voluit) reliquit. Controvertitur inter ſcriptores, eo quod pro comperto haud ſatis habeant, num ſcilicet Aſcanius è prima, vel potius è ſecunda Æneæ Uxore ortus fuerit. Quæ quidem diſceptatio parum, imò nihil ad hanc rem intereſt, ſufficit enim in præſentibus ſcire Aſcanium Patrem habuiſſe Æneam. Euſeb. in Chron.

Aſcanium hunc initia dediſſe familiæ Iuliæ innumeri ſcriptores, quos citat Vitignanus, autumant. Eo quod eum ædificaſſe Albam Longam, quæ poſtea in magnam, fortemque excrevit Civitatem (unde prædeceſſores Romuli & Remi, per quos fundamenta Roma cæpit, Romanique omnes ſanguinem participâſſe Trojanorum, quinimò ab eo deſcendiſſe ſe jactitant) ac poſt Albæ deſtructionem Albanos & eos maximè qui Juliæ Stirpis erant poſteri tanquam Cives Romanos recepiſſe, illoſque primarijs dignitatibus honorâſſe, multorum ſententia eſt apud eundem Vitignanum. Loc. cit. pag. 6.

Auctores illi, qui nigrum Leonem pro Inſigne Trojanis Romanisque ab eis dependentibus tribuunt, aſſerunt etiam, eos deinde Aquilam in campo rubeo explicuiſſe. Atque ſimul fatentur, Juliam Familiam quæ Sylvia etiam vocabatur, ut Antonius Guevarra advertit, eandem Avem, quam detulit Rex Æneas, in Italiam profectus, in ſuo gentilitio erexiſſe. Inſuper tradunt, quod Romani, qui, ut diximus, à Trojanis per ipſummet Æneam originem habuiſſe pro comperto autumant, præfatam Aquilam aſſumpſerunt uſque ad Regis Tarquinij tempora. Et licet deinceps ſub Conſulibus Vexillum purpureum (il Confalone) cum *Tetragrammate* S.P.Q.R. relicta Aquila detulerint, tamen Julius Cæſar tanquam verus Æneæ Trojani deſcendens, Aquilæ aureæ Stemma iterum reſtauravit. Ita Alexan. ab Alex. lib. 4. cap. 2. Gen. Dier. Joann. Vill. lib. 1. cap. 40. & alij. Id quod clarè patet ex antiquiſſima ac marmorea Romæ inſcriptione ſuper quam eminet Aquila ad cujus pedes ſcriptum eſt. Tit. Julio Auguſto &c. Meminit liber Epigrammatum antiquæ Urbis pag. 108. Verum paulo ante Iulium Cæſarem celeberrimus Cajus Marius eodem Aquilæ uſus eſt Schemate, ut ſcribunt Plinius lib. 10. cap. 4. Plutarc. in Vita Marij, Saluſt. in Iugurta. & alij. Eo quia cum Stirpe Iulia propter ejus Uxorem Iuliam Iulij Cæſaris amitam, affinitatem contraxerat. Itaque ſub hoc II. Stemmate hi tantum Viri illuſtres collocari ſufficient, nimirum Ut in I. Stemmate. Inſignia Familiæ Juliæ.

1. Aſcanius Rex, *Æneæ filius, ac familiæ Juliæ Protoplaſtes.*
2. Julius Cæſar, *primus Romanorum Imperator.*
3. Octavianus Auguſtus, *Imperator quo tempore natus Salvator Mundi.*
4. Claudius Tiberius Nero. *Imperator.*

Meſſal. Corvin. Theat. Geneal. tom. 4. fol. 853. & alij.

5. Cajus

5. Cajus Caligula, *Imperator.*
6. Tiberius Claudius, *Imperator.*
7. Domitius Nero, *Imperator.*
8. Acilius Glabrio. *Eugeniæ Martyris maritus.*
9. Toxotius, *Patricius illuſtris, ac Vir S. Paulæ.*

Hos duos ideo poſt Neronem immediatè appoſuimus, quia ſuperius demonſtratum eſt, Iuliam familiam Cæſarum in ipſo Nerone non fuiſſe extinctam. Præter quam quod alios eidem Cæſari viciniores, ac ſanguine Iulij Cæſaris oriundos minimè reperire potuerimus.



AUSTRIACAE GENTIS STEMMA III. EX STIRPE Æneæ, Juliorum, & Julianorum.

Philippica 13. COlligitur planè ex Tullio in illis verbis *Vectigalia Juliana à Julio impoſita* Iuliam familiam Iulianam adjectivè tantum Româ aliquando fuiſſe denominatam. Unde clarè liquet, Iulianum nomen

men à Julio, ſive à Julianorum Sobole derivari, vel ſecundum additionem nominis, & generationis tramitem, vel ſolùm ſecundum ſimplicem, ac adjectivam appellationem: Quemadmodum apud Suetonium *Juliani Milites* ij dicebantur, qui Julio Cæſari inſerviebant, eumque comitabantur. Idem ferè aut quid ſimile philoſophatur Franciſcus Petrarcha in ſuis nondum plenè celebratis epiſtolis, ubi ait *Oppidum Juliani inter Neapolim, & Averſam fuiſſe ædificatum a Julio Cæſare.* Sed de hac in præſentibus minimè nos loquimur, ſed tantùm de prima. Sueton. Franc: Petrarc

Itaque cum eadem eſſet Stirps Julia cum Juliana familia, jure meritò illius Inſignia erigebat, nimirum Aquilam auream, quæ identidem argentea erat, ut nocturno tempore commodius ab exercitibus cerneretur; cujuſmodi ea uſi ſunt Julius Cæſar, & Cajus Marius, ut teſtes ſunt Dion, Gulielmus Goul, Alexander ab Alexand. & alij. Et etiam uſi ſunt aliquando nigro Leone Trojanorum, à quibus tam Aquilæ Stemma, quàm Julia proſapia dependet, ut demonſtratum eſt. Inſignia familiæ Julianæ. Lib. 4. Hiſt. Roman. In ſua Caſtramet. fol 15. Gen. Dier. lib. 4. cap. 2.

Hanc aliqualem diſtinctionem inter familiam Iuliam, & Julianam liquidè produnt antiqua Romanorum marmora, quæ juxta leges Canonicas ac civiles, Jurisconſultoſque majorem fidem, quàm Auctor quilibet aut publicæ ſcripturæ efficiunt. Et ex quibus etiam Viri, virtute ac dignitate illuſtres in medium proferentur. Sed antequam ea ſubſcribamus animadvertendum, nunquam alicui Romanorum antiquorumq; eveniſſe aut Cornelium, aut Scipionem, aut Iulium, aut quovis alio modo ſe denominare, niſi verè à majoribus illius nominis, vel cognominis originem ſuam deduxiſſet. Ita Valerius Maximus *in ſuis opuſculis.* Franciſcus Rubertelli *de nominibus Romanorum*, Marcus Tullius *in Topicis ad Trebatium.* Quod quidem fit planum ex vetuſtiſſimis inſcriptionum, marmorumque monumentis. Alioqui idem propterea nunc eſſet ac aliorum uſurpare cognomen, quod ſanè illa tempeſtate nequaquam permittebatur; hoc enim præcipiebat Lex *eos. ff. de falſis.* Liberum tamen erat cuilibet efformandi ſcilicet nomen, aut cognomen antiquæ ſuorum majorum familiæ, quemadmodum refert Bartholomæus Marlianus. Sicut etiam faciebant Romani, qui ſe vocibus Prænominum, Nominum, Cognominum, & Agnominum (quorum quatuor terminorum meminit Imperator Gordianus. *L. ſi in nomine C. de teſtamentis*) denominabant. Sed afferamus Epitaphia marmorea tam ad probandam eſſentiam familiæ Iuliæ cum ſtirpe Iuliana, ac ſolam inter utramque nominis diſtinctionem; quàm ad demonſtrandam Iulianorum nonnullorum illuſtrium ſeriem. Cap. Cum cauſam ubi Glos. de probat. Bart in L. monum C. de Relig. & ſumpt. fune. In l. 1. ff. ſi cer. peta. Nota. Marl. lib. annal. Roman in princip.

Romæ in Ædibus Joannis Coritij ad
Forum Trajani.

D. M.

Familia Iulia Iuliana.

1. JULIO. IULIANO. EVOK. AUG. DOMO
SEPT. AQUINCIO. EX PANNONIA
INFERIORE IULII. SERENUS
ET IULIANUS FILI. ET HÆRES
PATRI KARISSIMO B.M.F.C.

Manut. pag. 68. Ortograph.

Meminit etiam hujus Epitaphij tam Aldus Manutius in ſua Ortographia, ubi quamplurimæ marmorum antiquorum Romæ, aliarumque Italiæ Civitatum memoriæ leguntur: quam vetuſtiſſimus antiquæ Urbis Epigrammatum liber ſuperius commemoratus.

Romæ Ocricoli.

Iulia Iuliana.

2. JULIÆ. LUCILIÆ. L. IVLII IVLIANI. FIL.
PATRONI. MVNICIPI. CVIVS PATER
THERMAS OCRICOLANAS A SOLO
EXTRVCTAS SVA PECVNIA DONA-
VIT.
DECVR. AVG. PLEBS.

L. D. D. D.

Iulia Iuliana.

3. L. IVLIO L. F. PAL. IVLIANO
PRÆTORI. CVRATORI CIVITATIS.
INTEREMNATIVM. NARTIVM. PRÆF.
MINICIA. PROCONSVLI PROVINCIÆ
ACHAIÆ LEG. LEGIONIS SECVND.
AVGVST. LEGAT. AVG. PRO. PR.
PROVINCIÆ AQVITANIÆ CONSVLI
OFFICIALES.

Romæ.

Titus Iulius Iulianus.

In Domo Gentilis Delfini fragm. repertum ad Pontem
Palatinum in Regione Tranſtiberis.

4. IN LVCO DEÆ DIÆ TIT. IVLIVS IVLIANVS
ALEXANDER PER PROMAG. LVCI COIN-
QUIENDI, ET OPERIS FACIUNDI, IBIQUE

VAC-

VACCAM HO. IBIQUE SACERDOTES IN TETRASTYLO CONSEDERUNT, ET EX SACRIFI. SPICIS VITIATIS LOCUM DEÆ DIÆ SVMMOTO ASCENDERVNT TIT. JULIVM, JULIANVM PRO FLAMINE MAGNAS OPIMAS IMMOL. FECERVNT, DEINDE CORONIS IN LATIS, SIGNISQVE UNCTIS C. V. IN SATVRNALIA SECVNDA MAG. ANNVVM IN RVNT IBIQVE I. Julium Julianũ.

Non ſolum hujus Epitaphij meminit Lipſius in ſuis antiquis marmoreiſq; inſcriptionibus citatis pag. 35. verum etiam ſequentis pag. 170.

Auguſtæ.

In ædibus quondam Corradi Peutingeri ll. Doct.

Perpetuæ ſecuritati.

5. C. JVLIANVS JVLIVS DEC.
MVN. IIII VIRALIS SIBI, ET
SECVNDINIÆ PERVINCÆ
CONJUGI CHARISSIMÆ
ERGA SE DILIGENTISSIMÆ
FOEMINÆ RARISSIMÆ
SINGULARIS EXEMPLI
PVDICITIÆ,
QVÆ VIXIT ANNOS XXXXV.
MENSES VII. DIES XXI. ET
JVLIANIJS, JVLIO JVNIORI, ET
JVCVNDO, ET JVSTO FILIJS Nota.
VIVIS VIVVS FECIT.

Neapoli in ædibus Adriani Guglielmi Spataforæ.

D. M.

6. JVLIÆ JVLIANÆ VIX. ANN. XX. M. XI. D. VII. POSSIDET NON MERITA LOCVS HIC CITO CORPVS INIQVVM QVÆ TALEM VITAM MERVIT CVRVA SENECTVS NOLVERVNT SVPERI. CITO REDDIDIT VITA NEFANDIS QVOD FVIT AD SVPEROS INIMICA NEMINI VIXIT,
C. IVLIVS VICTORINVS ET ÆLIA THEODOTE.
ET C. VICIRRIVS SOETR CONJVX
B. M. F.

Ibidem

D. M. O.

7. AURELIO IULIANO HOMINI BENEMERENTISSIMO ITR. AURELIA HIPPODI.

Romæ

Romæ non longe a Trebia.

8. MINERUÆ MEMORI COELIA JULIANA INDULGENTIA MEDICINARUM EJUS INFIRMITATE GRAVI LIBERATA D. P.

Julia Juliana.

Poſtquam Julia familia dicta eſt Juliana, ſemper quidem deindè magnç exiſtimationis apud Romanos extitit, atque ab ea multi prodiere Imperatores ut hiſtorici oſtendunt, antiquaque Romæ Epitaphia quæ Manutius affert in ſua orthogr. pag. 400. 517. & 756.

Romæ in hortis Carpenſ.

9. DOMINO. NOSTRO. CL. JULIANO NOBILISSIMO, AC FORTUNATISSIMO CÆS. MEMMIVS. VITRASIUS ORFITVS. V. C. ITERUM PRÆF. URBI. JUDEX SACRAR.
COGNITIONI
TERTIUM D. N. M. Q. EJUS

Romæ ad Columnam Antonini.

10. C. VAL. JULIANUS EVOCATVS AUG.
VIX. ANN. XXVI. M. X. D. XVI.
MILITAVIT ANN. XVII. M. VIIII. D.
XXIIII. EX JUSSO FEST. LIB. ET HÆRES
C. VAL. ALEXANDER. PATRONO D. M.
F. PROCL. SEP. MAXIMO. CAMPI. DOC.
COH. VII. PR. SECUNDVS HÆRES D. M. F.

Romæ in ædibus Capranicorum.

11. FL. EVGENIO V. C. EX PRÆFECTO PRÆTORIO CONSVLI
ORDINARIO DESIGNATIO MAGISTO OFFICIORUM OMNIVM
COMITI DOMESTICO. ORDINIS PRIMI, OMNIBVSQVE
PALATINIS DIGNITATIBVS FVNCTO. OB EGREGIA
EIVS IN REMPVBLICAM MERITA HVIC. D. D. NN.
CONSTANTINVS VICTOR SEMPER AVGVSTVS,
ET JVLIANVS NOBILISSIMVS CÆSAR
STATVAM SVB AVRO IN FORO DIVI TRAJANI
QVAM ANTE SVB DIVO CONSTANTE VITÆ
ET FIDELISSIMÆ DEVOTIONIS GRATIA
MERVIT ADPROBANTE AMPLISSIMO SENATV
SVMPTV PVBLICO. LOCO SVO RESTITVENDAM CENSVERVNT.

Julianus Cæſar.

Petrus Appianus in ſuis inſcriptionibus marmoreis pag. 174. ſequens hoc Epitaphium etiam reſcripſit.

Romæ Securitati ſacrum.

12. VALERIVS JVLIANVS ITALICO FILIO INFELICISSIMO, ET HONORATÆ MAMMVLE HVJVS FECIT.

Quibus omnibus adnotatis, planùm fit, ait Vitignanus, ut non in caſſum aſſeratur Julianam Familiam à Iulia dependere ac derivare, tantumque adjectivè ab ea diſtinqui.



AVSTRIACAE GENTIS STEMMA IV. EX STIRPE ÆNEÆ Juliorum Julianorum Aniciorum.

POſt aliquot tempora Iuliam, Iulianamque familiam ratione aliquorum facinorum generoſitatis, ac fortitudinis *Aniciam* dictam fuiſſe, ut proprio loco demonſtravimus, claſſici Auctores, ac ſculpta marmora, quæ Romæ hucuſque leguntur, tradidere.

Præpoſita inſignia partim ab æreo numiſmate Conſtantini Magni, qui fuit hujus familiæ, partim ab alijs monumentis deſumpſimus. Numiſma enim prædictum ex una parte effigiem Conſtantini, circumaddita majoribus characteribus inſcriptione, CONSTANTINVS AVG. in altera autem facie Anicianæ Domus inſignia præferebat. Eratque turris unica ſuper quam in medio circuli ſtella quædam, parum diſtans à circumferentia eminebat. Ab unoquoque turritæ imaginis latere octo literæ majuſculæ inciſæ videbantur, quæ Auguſtam Providentiam exprimebant. Sed in baſi erant aliæ quatuor literæ majores, ut in ſubjecto Schemate apparet.

Unde huj' ſtemmatis compactio.

Aniciorum Gẽtilitium Turris, quæ eſt roboris Symbolum. Arnold. Wion. in opuſc. §. 11.

Turrim deinde argenteam in rubeo campo Anicijs pro ſtemmate fuiſſe, tradit Arnoldus Wion: quâ forte eo libentius uſi ſunt, quod congruentem nomini Anicio ſignificationem præſeferret; Turris enim roboris, ac fortitudinis tam animi, quam Corporis indicium eſt.

Auctoris mens in delineanda ſerie hominum illuſtrium familiæ Anicianæ.

Sed ad ſeriem illarum illuſtrium Perſonarum, quas tum ex claris monumentis, tum etiam à probatis hiſtorijs (at non ab omnibus, quia non omnes reperire potuimus) collegimus, familiæ Aniciæ, quæ propter varios eventus varia quoque agnomina, ut diximus, in ſua dilatatione per tot temporum ſpatia acquiſivit. Verùm relictâ annorum diſpoſitione, hunc tantum ordinem ſervare ſtatuimus, ut primò Sanctos, Secundò Pontifices Maximos (Cardinales innumeros ac Epiſcopos relinquimus brevitatis gratia) Tertiò Imperatores, & Quartò Conſules, Præfectos, Proconſules enumeremus.

SANCTI.

Sanctorum numerus 21,

S. M. Anicius Acilius *primus Conſulum Romanorum nec non Aniciorum Chriſtianus, & Martyr ad ann.* XCIII.
S. Anicius Acilius *adoleſcens cum Patre occiſus.*
S. Anicius Petronius Epiſcopus *Bononienſis.*
S. Demetrias *apud SS. Patres celebris.*
S. Juliana.
S. Proba.
S. Benedictus Patriarcha.
S. Scholaſtica ejus Soror.
S. Severinus Boethius *Senator clariſsimus.*
S. Placidus.
S. Victorinus.
S. Eutichius.
S. Flavia.
(S. Placidus – S. Flavia:) Fratres & Martyres Chriſti.
S. Severinus Noricorum Apoſtolus.
S. Felix Papa.
S. Anicia Sylvia.
S. Gregorius PP.
S. Sylvia ejus Mater.
S. Paulinus.
S. Innocentius III. Pontifex.
S. Thomas Aquinas. *Et alij.*

Ponti-

PONTIFICES MAXIMI.

Fl. Cœlius Anicius Felix S. Gregorij Magni *Atavus ad ann.* CCC. LXXXIII. Summorum Pōtificum numerus quinarius.

Anicius Gregorius Magnus, *ad ann.* D. XC.

Innocentius III. *ad ann.* M.C.XCVIII.

Gregorius XI. *ad ann.* M CC. XXVII.

Alexander IV. *ad ann.* M.CC, LIV.

IMPERATORES.

Conſtantius Chlorus *Conſtantini Magni frater ad ann.* CCCIV. Imperatorū numerus 18.

ConſtantinusMagnus *ad ann.* CCCVI.

Conſtantinus }
Conſtans } *Fratres, & filij Conſt. M. ad an.* CCC. XXXVII.
Conſtantius }

Jnlianus *ad ann.* CCCLX.

Valentinianus I. *ad ann.* CCC. LXIV.

Valentiniannns II *ad ann.* CCC. LXXV.

Theodoſius I. *ad ann.* CCC. LXXIX.

Valentinianus III. *ad ann.* CCCC. XXV.

Anicius Olybrius *ad ann.* CCCC. LXXIV.

Juſtinus I. *ad ann.* D. XVIII.

Juſtinianus I. *ad ann.* D. XXVII.

Juſtinus II: *ad ann.* DLXVI.

Valentinianus IV. *ad ann.* DCCXXVII.

Fl. Anicius Clemens Maximus Imp.

Fl. Victor Maximus Imp.

Anicius Petronius Maximus Imp.

CONSULES, PROCONSULES, *Prætores, Præfecti, Duces, Senatores &c.*

Q. Anicius Præneſtinus, *qui primus Aniciorum nomine inſignitus reperitur, & anno ab Urbe* CCCC. LXVI.. *una cum Cneo (alij Annio) Flavio Ædilis creatus eſt.* Sunt omnes 24.

M. Anicius Acilius *primus Chriſtianus Conſul ad ann.* XC. III.
Anicius Maximus *Proconſul Bithiniæ ante Plinium Juniorem ad ann.* C.
M. Anicius Acilius *Conſul ad ann.* CXXIV.
Sext. Petronius *Proconſul Africæ & Præfectus Prætorius quater nimirum Italiæ, Illirici, Africæ, Galliorum ad ann.*
Sext. Anicius *Conſul ad ann.* CLIV.
M. Anicius Acilius *alter Sponſus S. Eugeniæ Martyris Conſ. ad ann.* CLXXXVIII.
M. Anicius Acilius Fauſtinus *Conſ. ad ann.* CCXII.
Anicius Acilius Fauſtus *Conſ. ad ann.* CCXCVIII.
Anicius Julianus *Conſ. ad ann.* CCC. XXII.
Anicius Maximus, *qui dignitatis verticem attigit in Britannijs, ubi cum expeditis legationibus Militum Romanorum adnavigavit ann.* CC. *eique ex nobiliſſima uxore nati ſunt liberi,*
Anicius Traherus Maximus, & Anicius Marius Maximus *qui aliquot annis in Britannia imperitarunt.*
Anicius Baſſus *Conſ. ad ann.* CCCC. XVIII.
Anicius Baſſus *alter Conſ. ad ann.* CCCC.XXXI.
Anicius Fauſtus *ad ann.* CCCC. XXX. VIII.
Boetuius *Præfectus, & Prætor. ad annum.*
Severinus Boethius *Senator nobiliſſimus.*
Severinus *Conſul ad ann.* CCCC. LXI. *& iterum ſine Collega ad an.* CCCC. LXXXII.
Anicius Manlius *ſeu Boethius Conſ. ad ann.* CCCC. LXXX. IV.
Fl. Anicius Maximus *Conſ. ad ann.* DXXII.
Anicius Gordianus *Præfectus Vrbis ad ann.* DXC.
Vitalis Michael Venetiarum Dominus.
Michael *ejus filius Dux Venetiarum Terror Græcorum dictus ad ann.* MCXVI.

Hos fructus tantum collegi ex varijs Ramis Arboris fæcundiſſimæ Anicianæ familiæ, quam mihi in ſuo deliciosiſſimo Pomario Ioannes Seifridus exhibuit, quia hos tantum reperi. Alios innumeros, inſignioribus virtutibus, ac titulis decoratos ſtirps eadem abſque dubio produxit, & uſque ad noſtra tempora in familia Habsburgia Auſtria producit, cui in poſterum novos Deo favente ſe producturam auguramur.

Auſtriacæ



AVSTRIACAE GENTIS STEMMA V. EX STIRPE ÆNEÆ
Juliorum Julianorum Aniciorum Perleonum.

INſignia hæc Perleonum, ac Frangipanum familias amplectuntur. De Frangipanum nomine duas ſententias nimium inter ſe adverſas reperio. Qui conantur probare illud ad Sancti Gregorij Magni tempora referri debere,& ab ejuſdem in pauperes liberalitate ac ſolertia derivari, verbis cujuſdam ſcripturæ nituntur , quam literis ſuis Arnoldo Wioni (ut ipſe teſtatur) miſit Dom. Hieronymus Brugia Montis Caſſini Abbas & ſine nominis Auctoris hæc continebant.

I. Sententia de nomine Frang.

S. Thomas de Aquino migravit ſub anno 1270. Menſe Martij 7. die ejuſdem Menſis, in Abbatia Foſſæ novæ, & poſtea fuit tranſlatum ejus corpus Toloſam in Eccleſiam dedicatam ſub ejus nomine Anno 1370. vixit annos ferè quinquaginta. Prædictus verò Sanctus fuit genere nobiliſſimus; nam ex linea paterna fuit ex genere Comitum Aquinorum, qui nominantur Comites de Loreto & de Belcaſtro, & antiquitus

Seifr. lib. 3. c. 19. ex Arnoldo.

Genus S. Thomę Aquinatis paternum,

tus dicebatur de Frangepanis Romanis, quæ fuit progenies ſanctiſſimi Gregorij Papæ primi hujus nominis, quæ progenies eſt antiquiſſima. Reliquit Dominus Bernardus Comes de Loreto ſe habere unum inſtrumentum apud ſe, pertinens ad progeniem ſuam, in quo Boethius Senator & Theologus, qui aliàs Severinus appellatur proteſtis adducitur: in quo ipſi Comites de Loreto & Belcaſtro vocantur de Frangipanis, & reperitur in quadam Chronica antiqua in Conventu S. S. Joannis & Pauli de Venetijs. In linea verò materna habuit Matrem Neapolitanam Theodoram nomine. Item habuit duas ſorores carnales, quarum una Mater extitit Petri Sereniſſimi Regis Aragonum: Altera verò fuit Mater inclyti Ludovici Regis Siciliæ. Hactenus ſcriptura illa.

Genus Maternũ ejuſdem.

Tripliciter hanc opinionem Seifridus reijcit.

I. Reſponſio.

Hanc ſententiam meritò refellit Seifridus cum tempori, ac Hiſtoricæ rationi pro comperto repugnet. Ejúſque fundamentum triplici reſponſione radicitus convellit. Prima reſponſio. Cæterum in illis verbis, inquit, quibus ſignificari videtur, in illo inſtrumento, in quo Boethius teſtis adducitur, Comites de Loreto & Belcaſtro Frangipanes nominari, aut mendum eſt, aut ante illa aliquid deeſt, ad quod illa referantur. Ad quod probandum ſubdit. Cum enim Boethius à Theodorico Rege necatus ſit anno CHRISTI 526. non modo ulla Frangipanum mentio in eo inſtrumento fieri pôtuit, verùm etiam multò minùs Comitum de Lorèto & Belcaſtro, utpotè qui ab Hugone Frangipane originem in illis partibus traxerunt, quem conſtat poſt annum DOMINI 833. primùm ex Urbe in eas Italiæ partes commigraſſe. Hæc enim, ait, de ejus & fratrum ipſius ex Urbe diſceſſu in vetuſtis Venetæ Reipublicæ inſtrumentis patrio ſermone contignata reperiuntur.

SeveriniBoethij Mors à quo inflicta & quando.

Apud Arnold. Wion. in opuſculo.

Nel 833. vennerò da Roma Meſſere Anzol Michaele di Franzipani; Meſſere Nicolò, e Meſſere Hugo, tutti trè fratelli. Fù Prencipi Romani, Signori, e Caſteilani, ma per le parte furono cacciati da Roma, e capitorno nellà Citta di Venetia, dove Meſſere Anzol Michaele, detto Franzipani rimaſe in Venetia, e fò fatto del Conſeio, e fò de principali che rezeva Venetia, per ſuo ſeno, & bontate &c.

II. Reſponſio.

Secunda Seifridi reſponſio hæc eſt. Et licet daremus, inquit, Frangipanium nomen ortum habuiſſe ex D. Gregorij Magni erga egenos liberalitate, ut quidam volunt, nullo tamen modo in eo inſtrumento Frangipanum memoria extare poſſet, quod vivente ac teſte Boethio ſcriptum ac erectum eſſe comprobatur, ſiquidem eo anno, quo Boethius occiſus eſt, nec dum D. Gregorium natum fuiſſe facile convinci poteſt.

III. Reſponſio.

Tertiò Addit. Quare illa verba: *in quo ipſi Comites de Loreto & Bel-*

Belcaſtro vocantur de Frangipanis, minimè ad priorem periodum referenda ſunt. Sed aliquid ejuſmodi ijs præpoſitum fuit & incuriâ librariorum typographorum omiſſum eſt, quo ſignificaretur, inſuper extare aliud antiquitatis ejus familiæ monumentum, in quo Comites de Loreto & Belcaſtro Frangipanes vocentur. Quod reperiri in antiquo Chronicorum libro in Conventu S.S. Joannis & Pauli Venetijs ſequentia verba apertè teſtantur.

Secundam probabilioremque ſententiam de nomine Frangipanum initijs idem Seifridus hiſce verbis in medium adducit. Petrus Leo Magni Anicij Petri Leonis & Gordianę filius Romanorumque Patritij nomen Frangipanis ſuæ Perleoniæ Soboli primus dedit, ut tradunt hiſtorici: & hoc propter inſignem illam erga egentes liberalitatem, & munificentiam, ob quam Frangipanis eſt cognominatus ann. DOMINI DCCXVII. quando ſcilicet Fluvius Tyber alueum ſuum egreſſus ſeſe per campeſtria dedit, & magis intumuit inundatione aquarum quam tempore Clementis VIII. ann. MDXCIX. Ergò Pijſſimus ac clementiſſimus Eques qui cum jn editiore Urbis loco, nempè in Monte Aventino habitabat, opibuſque & omni rerum copia florebat, cum tantam Urbis confuſionem miſerorumque ultimam egeſtatem vidiſſet, pro annata ſibi & ſolemni Aniciorum liberalitate, ac munificentia laborantibus ſuccurrendum ratus, panes in magna copia coqui, eoſque navibus impoſitos per filium diſtribuendos curavit. His verò cum panes, qui more Romanorum antiquo quadrifidâ decuſſati inſectione, ex qua crux quadrilatera efformabatur, per ſingulas domus frangeret, & ſingulis ſingulas quadras daret; apud vulgus Frangipanis nomen obtinuit, quod deinde in memoriam tantæ beneficentiæ ſtabile apud poſteros ejus manſit.

Petrus Leo Perleoniæ familiæ nomen Frangipanis prim⁹ dedit.

Tyberis inundatio maxima regnante Chriſti Vicario Clemente VIII.

Inſignis Aniciorum Pietas, pro qua Frangipanes ſunt vocati.

Habuit enim hic Petrus Leo, qui primus Frangipanis dictus eſt, duos filios: Stephanum, ac Leonem juniorem, quorum prior Perleoniam, alter verò Frangipaniam lineam propagavit: nam Petri Leonis cognomento fratri relicto, ipſe Frangipanum aſſumpſit, avitisq; inſignibus ad paternæ pietatis monumentum transmutatis, duos Leones aureos in pedes erectos, & conſertis fermè rictibus placidè ſibi mutuò aſſiſtentes, & panem aureum in campo rubeo frangentes, pro inſigni gentilitio poſteritati dicavit. Hæc Seifridus.

Duo Petri Leonis ſupradicti filij.

Pulcherrimum Pietatis Frangipanum Hieroglyphium.

Perleones enim etiam pro peculiari Stemmate Leonem erectum nigrum exhibebant, aureis fruſtulis teſſellatum, quibus etiam fortaſſis uti Seifridus de Aquila in ſequenti Stemmate apponenda philoſophatur, ita panum fragmenta Frangipanium ſignificantur, & in campo argenteo, ubi dextrorſum tres rubeæ ſectiones, ſeu faſces Clypeo protrahuntur. Erexere fortaſſis hoc Perleones Gentilitium memores Inſignium nigri Leonis Æneæ Trojani, unde originem traxiſſe ſatis oſtenſum eſt. Hoc clypeum pluribus in locis Romæ affixum reperitur, ſed præcipuè in Eccleſia S. Stephani Monachorum Silveſtrinorum apud Minervam.

Multis in locis Urbis Romæ idē gentilitium eſt affixum.

GENEALOGIA FAMILIÆ PERLEO-niæ olim Romæ potentiſſimæ, ac nobiliſſimæ hos illuſtres poſteros gradatim ordine generationis exhibet.

Homines illuſtres familiæ Perleoniæ.

Anicius Petrus Leo Flavij Anicij Leonis Celphij Olybrij filius.

Magnus Flavius Anicius Petrus Leo Gordianus.

Flavius Anicius Frangipanis Petrus Leo.

Stephanus Anicius Frangipanis Petrus Leo.

Maximus Petrus Leo Frangepanis Anicius Tertullus Gordianus.

Leo Petrus Leo Anicius frater Maximæ Aniciæ L. Hatij Diodori Frangipanis uxoris.

Maximus Petrus Leo.

Stephanus Petrus Leo.

Leo Petrus Leo.

Petrus Leonis Petrus Leo.

Leo Maximus Petrus Leo.

Albertus Dives, & Rudolphus filij Leonis Maximi Petri de Leone, qui ob defenſionem Eccleſiæ, ac Pontificis Romani in Germaniam transmigrarunt, ſed prior familiæ Habsburgiorum Auctor evaſit.

Au-



AVSTRIACAE GENTIS STEMMA VI. EX STIRPE ÆNEÆ Juliorum Julianorum Anicianorum Perleonum Frangipanum.

ILla eadem Pietatis Symbola in hoc Stemmate exprimimus, per quæ Pietas,& humilitas Petri Leonis ſupradicti maximè enituit, panes egentibus tempore commemoratæ Tyberis inundationis liberaliſſimè per totam Romam diſtribuens.

Illos Perleones Frangipanes præclariſſimos tantum viros hic ſubſcribimus, qui in Comitatu Habsburgenſi nonnullos deinde poſteros inſignes peperere. Pauci ſanè homines;ſed ex illis paucis, virtute Religionis magni exiere Principes innumeri, ut totum orbem dominarentur, Pietate ædificarent, ac fide orthodoxa ad implerent. Hi fuere.

Albertus Romanus Catholicus, Eccleſiæ Romanæ,& Vicarij Chriſti Defenſor, filius Leonis Maximi Petri de Leone, cognomento Dives, Comes Habsburgi & novæ familiæ Habsburgiæ Auſtriacæ fundator,& Proavus Rudolphi I. Imp. **Alberti Divitis Zelus Chriſtianiſſimus.**

Lib. 6. cap. 2.

Nonnulli hunc Comitem ex ignorantia omiſerunt.

Lib. 1. cap. 11.

Rudolphus Comes Habsburgi taciturnus non niſi à Silentio laudes promeritus, nulla eloquentiâ ſatis laudari poteſt: Avus Rudolphi I. magnæ, & paternæ virtutis hæres. At eum talem talē (inquit Guillimannus) dum ab extremâ Noe-Arcâ Habsburgienſes Hieronymus Gebuilerus trahit, penè ultimum per viam perdidit, nec Genealogiæ ſuæ inſeruit. Omiſerunt pariter, & ignoraverunt eum Wolfgangus Lazius, Michael Eintzingerus, Heuterus, Belforeſtius, Roſierius, cæteri propè omnes: cum Genealogiæ Libellus fundatorum Monaſterij Muri fideliter eum notavit. Hæc ille. Seifridus tamen non reliquit ipſum, imò ſupradictos allucinatos eſſe oſtendit, & cum illis Arnoldus Wion ex errore Volaterrani, qui ex filio Leonis Maximi juniore Albertum ſapientem, & ex hoc Rudolphum Imperatorem tradunt. P. Hortenſius Pallauicinus ſuperſtes, ac ſecundæ ſententiæ Aſſecla, hunc Rudolphū Albertū Taciturnū vocat.

Pall. S. I. in vita Rudol

Alberti II. quā Martyrem facit Manlius, Virtutes, & laudes.

P. Joan. Gans in arbor. 1. annot.

Felix exulatio Terræ Sanctæ juvanimi occupata.

Albertus II. Sapiens Comes Habsburgi filius Rudolphi Taciturni, ac Pater Rudolphi I. Imperatoris. Pater (inquam cum P. Joanne Gante) qui annis viginti antequam terram Sanctam viſitaret, & Saracenorum Victor, ac ut Manlius advertit Martyr ad Accaronem obiret, talem ac tantum filium genuit, ſuæ Sobolis Pietate Chriſtianâ, Prudentia incredibili, ac virtute armorum Propagator mirificus. Exulator etiam vocatus eſt Sapiens Albertus, quia (loquor cum Pallauicno) extra Patriam ſatis ceſſit, & fortitudinis, & prudentiæ titulis, Sapientis nomenclaturam cum tota ſua magnitudine implevit. In peregrinatione Hieroſolymitana à nobiliſſimis Divi Joannis Militibus Dux declaratus, ingentes Mahumetanorum copias paruâ manu fudit. Hinc poſt variam belli fortunam in ſanctiſſimo Solo, Servatore Chriſti, cæleſtis Regis ſanguine purpurato, quod vivens veneratus fuerat, ut æternum veneraretur, tumulari meruit. Accarone ſepultus magnâ Chriſtiano exercitu pompâ parentante. Hæc prima ex Alberti victorijs Auſtriaco generi inauguratio ad Regnum Hieroſolymitanum fuit. Hactenus Pall. in ſynopſi Rudolphi I.

Dux Albertus militum Divi Joannis Hieroſolymis Mahumetanos fudit.

Roho lib. 1. ad ann. 1218.

Rudolphus I. Imperator Comes Habsburgi. Natus prima die Maij M. CC. XVIII. ac eodem die, quo Berchtoldus Zaringenſium Ducum ultimus è vivis exceſſit. Pater Gans inquit ann. M. CC. XXVIII. Quæ diſcrepantia inter Roho, & hunc ſcriptorem ann. decem importat.

Ubi ſupra.

A quo in ſacro fontis baptiſmate levatus, & educatus.

In Aula Othocari Boemiæ Regis ſupremus Præfectus.

Ei ſtatua erigitur ab Argentinenſibus pro re militari bene geſta.

Levatus ex Baptiſmo à Friderico II. Cæſare, & æducatus in eius aula, ubi deinde cū XXXII. ætatis annum attigiſſet, Othocaro Bohemiæ Regis Aulæ, & in bello contra Ungariæ Regem, equitum (quorum centum millia feruntur) ſupremus Præfectus fuit. Redux ab hoc bello in Patriam, ab Argentinenſibus bello ſuo contra hoſtes Dux rogatus, eidemque ob bene confectum opus in foro ab ijſdem equeſtris ſtatua erecta eſt. Deinde à Tigurinis petitus, idem contra Regensbergenſem Dynaſtam præſtitit, eoque confecto bello Tiguri Monaſterium S. Auguſtini condidit. S. Galli Abbas cum Baſilienſibus martium quoque animum, & robur Rudolphi experti ſunt.

Inter

Inter hæc anno M. CC.LXI. ad pontem Arulæ, atque Habsburgum conceſſit, ubi venatione ſe oblectans, eximium honorem Sacerdoti *Euchariſtiam* deferenti habuit. Poſtero die in Monaſterio Fare (inter quod & aquas id acciderat) Sanctimonialem propinquam, & ætate grãdem viſitans, hæc audiit. Ergo tibi heſterna die ſuperos placatos benevolos denuncio, proque Pietatis officio, rerum tibi Poſteriſque ſummum in terris honorem, & opulentiæ faſtigium affirmo.

Quando inſigne obſequium Euchariſtiæ pręſtitit.

Propter hanc Pietatẽ ſibi ſuique poſteroris fortũa, prophetice oſtenſa.

Hoc ipſum anno M. CC. LXXIII. mediante illo Sacerdote tum Werneri Maguntini Electoris Sacellano, ac Rudolphi continuo Enconiaſte accidit, quando ob Archiepiſcopi hujus commendationem Cæſar electus tertio Kalendas Octobris, & quarto Nonas ejuſdem à Zollerano nobiliſſimo Affine talis ſalutatus, ac feria tertia poſt diem D. Lucæ coronatus eſt, apparente tunc ſupra caput ejus in aëre Cruce aureâ, cum & ipſe etiam Cruce, non Sceptro Principum Juramenta exciperet.

Eadem Pietas occani fuit ejus electionis in Regem Romanorũ ann. 1273.

Mortuus M. CC. XCI. in die Diviſionis Apoſtolorum, ſive XX Julij. Germenſhemiæ, & Spiræ juxta Philippum Sueviæ ſepultus. Duas Conjuges habuit (Guill. in M.S. apud me tres) primam ANNAM Hochenbergicam Suevam, & ſecundam AGNETEM, vel ut Onuphrius ELISABETHAM Ottonis Burgundiæ Ducis filiam, nullosque ex hac liberos provectæ jam ætatis ſuſtulit. Ex priori verò ſeptem Mares, totidemque fœminas, quas ſuo loco recenſebimus. Hactenus P. Gans.

Ejus Mont ſepultura, Conjuges.

Liberorum numerus.



AVSTRIACAE GENTIS STEMMA VII. EX STIRPE ÆNEÆ Juliorum Julianorum Aniciorum Perleonum Frangipanum Habsburgiorum.

MAgnum hoc, ac Divinum Stemma *Pietatem, ac Humilitatem* Rudolphi Comitis Habsburgenſis erga SACROSANCTAM EVCHARISTIAM profert, de qua paulò ante diximus. Quia verò hac de cauſa idem Comes imperialem regiamque dignitatem ſuæ Soboli eſt inauguratus, jurè meritò intra Avium Reginæ precordia EUCHARISTICVM Libamen conſtituimus. Quam Avem eodem modo delineavimus, quo Seifridus nobis eandem exhibuit. Inquit enim de Frangipanibus Signiæ Comitibus (& nos etiam ſuperius tetigimus) geſſerunt Frangipani Comites Signiæ pro armis Gentilitijs in cœlo ſanguineo Aquilam auream, fruſtulis nigris fragmentatam, ut aliquot Pietatis avitæ monumentum ſaltem in armis appareret, cum in cognomine, quod ex Frangipanio in Signium tranſijt quodammodo deperditum videretur. Optima ergo convenientia ducimur ſimul & ſemel in hoc Schemate Pietatem Rudolphi Habsburgenſis erga *Panem vitæ, quò Miſericordiarum Pater ac totius conſolationis Deus* eleemoſynaliter nos paſcit, ut aliquot Patres colligunt ex D. Auguſtino Ser. 15. in Evangelio Matth. ac Frangipanũm charitatem, qui panem vitalem pro corporibus alendis egentibus Romanis paſernali clementia adminiſtrarunt. Et quia etiam liberalitatem Auſtriacorum Principum per totum orbem diffuſam in dies experimur, meritò ſub illis Aquilæ imperialis fruſtulis, ut ab avis deductam eam figuravimus. Unde poſtea Rudolphus magno animo Sacerdoti Euchariſtiam deferenti, patefecit, ad quem proprium Equum, cui inſedere fecit, frænum ipſe detecto capite ſumendo, miſit, eique donavit. Viri illuſtres ſub hoc ſtemmate apponendi à Rudolpho eodem uſque ad modernos Auſtriæ Principes poteſt quis reperire in Excurſu ultimo.

Lib. 3. cap. 18.

Diviſ. 7. ad ram. 15.

S. Aug. in Mat.

EXCURSUS VIII.

Aſſertur ſecunda ſententia principalis de origine Domus Auſtriacæ à ſtirpe Gallicana.

MInorem ſanè dicendi copiam hæc nobis ſecunda opinio ſuggerit, licet majores ac difficiliores nodos, nondum ab inextricabilibus difficultatibus liberos, etiam ipſis ſuis ſectatoribus inter ſe hinc inde

indè multis in modis diſcordibus, ſemper exhibuiſſet. Si in hac re, ponderosâ quidem, ac ſatis multum intricatâ judicis locum gratis & ex ſua benignitate aliquis mihi conceſſerit, onus libenter ſuſcipiam. Attamen hoc efficiens, quidquid rude ingenium meum ex alijs ſcriptoribus modò dicendis collegerit, & quidquid de unaquaque opinione ſenſiendum poſt tertiam opinionem exarabo.

Hujus ergo ſecundæ opinionis nequaquam ut vulgò putatur extitit anteſignanus Hieronymus Gebuillerus, ſed ut teſtatur Cuſpinianus (& nos alibi enarravimus) fuit Joannes Stabius, cujus magnanimitatem, quę uſque ad Arcam Noemicam ejus impulit imaginationem, ut inde Auſtriacam Domum per Cham deduceret, inter ſingularia figmenta ab omnibus exprobanda jam ſupra reijcimus. Sed tramitem deinde à Pharamundo uſque ad Maximilianum primum reliquimus eo modo, quo alij conſequentes ſectarij fecerunt. Qui non ita in altum evecti, ſeſe intra fines Galliæ coutinuerunt: ut Trithemius, Manlius, Spigelius, Lazius, Einzingerus, & horum ſequaces: quibus ſatis fuit aut à Franco Sicambro, aut à Pharamundo Genealogiæ ſeriem ordiri.

Cuſp. in deſcrip. Auſtriæ. Excurſus 4. ſect. 1.

Aliorum aſſertio intra Galliæ metas tantum laborat.

Porrò dictu incredibile eſt, quantâ hi Auctores non ſolum diverſitate, ſed etiam inconſtantiâ, & varietate, ac crebrâ tanquam tempeſtatum ſic ſententiarum commutatione uſi ſint, in derivando ſanguine Gallicano ad Habsburgenſium Principum gentem. Nam prǽterquamquod omnes ſectati diverſos rivulos, alius aliâ inceſſit viâ: Joannes tamen Trithemius præ cæteris magis dubius, & anceps & tanquam in Salo hærens neq; ſatis unquam inde ſe expedire prævalens, triplicem effinxit Genealogiæ ordinem, ut ſi non una, ſaltem altera, aut tertia linea rem, ut dicitur, quaſi acu tangeret.

Horum inconſtantia, & varietas.

Trithemius præ alijs magis dubius in hac re.

Quibus etiam ſcopulorum fluctibus agitatus Lazius cum ſibi ea, quamprimum contexuit, Genealogiæ ſeries minus arriſiſſet, commentatus eſt ſecundam: quam deinde tanquam ex oraculo Apollinis Pythij editam ſecutus eſt Einzingerus, ac cæteri recentiores.

Verùm quo potiſſimum fundamento nixi ſunt hujus opinionis architecti, audiamus. Habsburgum, inquiunt, à quo Habsburgijs nomen, non eſt illud, quod in Ergovia ſitum, ſed quod in Voſagis montibus nunc mons Romaricus appellatur: hoc enim nomine nuncupatum reperitur, cùm apud Robertum Guagninum in vita Ludovici Cæſaris, Caroli Magni filij, tum in ipſius Monaſterij ex eodem caſtro erecti fundatione ac dotatione; quæ multò ante facta eſt, quàm aut Habsburgum conderetur, aut Perleones in Germaniam commigrarent.

Stabius in arbore Pharam. Einzingerus in prima theſaur. Principum parte Rober. Guagnin9 in vita Ludovici Cæſaris.

Addunt præterea plurima antiquitatis monumenta partim in Murenſi Cænobio, partim in illo Ciſtercienſis inſtituti, qnod Maris ſtella vulgò germanicè Wettingen appellatur, extare: ex quibus fieri teſtatum di-

Gebuillerus in Genealogia Cæſ. Ferd. l. 1. Lazius in com fam. Auſtriacæ.

dicunt, Comites ab Habsburg jam ante Perleonum in Germaniam adventum magnâ potentia magniſque opibus in Helvetiorum partibus floruiſſe; eorumque majores Comites ab Altenburg nuncupatos fuiſſe.

Quam Lazianã hiſtoriam inferius in examine hujuſmet ſentẽtiæ fuſius enarrabimus.

Porrò horum Comitum veteris Caſtri ſive ab Altenburg progenitores oriundos fuiſſe ex Regio Francorum Stemmate, ut probet Lazius, aſſerit Sigibertum quendam Theodoberti Regis filium fuiſſe, qui reliquis ejuſdem liberis à Theodorico fratre,& Brunichilde avia interemptis mortis periculo, fugæ præſidio exemptus, aliquando apud cognatos ſuos Orientalis Franciæ Dives delituerit, donec ſublato è vivis Theodorico Ducatus à Clothario in ſuperiori Germania eſt donatus, à cujus deindè poſteris Comites Altenburgicos, & ab his Habsburgios Lazius & alij tradunt eſſe profectos ex Gregorio Turonenſi, aut Aimone Monacho.

Ratio Gerardi de Roho, cujus fundamentũ inferius diſſolvitur.

Præter rationes pro hac opinione jam allatas Gerardus de Roho, qui noviſſimè hiſtoriam Auſtriacam ſcripſit, tradit verſiculos quoſdam in vetuſto reperto Chronico manu in membrana axarato, qui de Rudolphi filiarum connubijs facti, & ipſi & Uxori Annæ genus ex Alemannis eſſe affirmant. Quos verſiculos cum non tradidiſſet dictus Guillimannus, tandem ipſe reſcripſit, & ſunt hi.

Rex Rudolphus & inluſtris Regina dat Anna,
Natio quod floret jam præ reliquis Alemanna.
Nam Rudolphus & Anna quibus precor omnibus annis
Ut ſit honos, virtuſque, trahunt genus ex Alemannis.

SECTIO I.

Recentior hujus II. ſententiæ confirmatio, diſcors ſuorum hiſtoricorum concurſus, ac nova pro eâdem fulcimenta.

Opus P. Joann. Gans S. I. commendatum.

PAter Ioannes Gans Societatis JESV adhuc ſuperſtes, ac Cæſareus Theologus concionator, & Confeſſarius ingenioſè quidem, nec minus eruditè Arboretum Genealogicum annotationibus in Arbores ſingulas, quæ numero XIV. includuntur, exhibens omnes ferè Imperij Principes, & Europæ hodie Reges lineâ rectâ deſcendentes à Rudolpho I. Imp. compoſuit. Annotatione verò in arborem I. pag. 2.3.& 4. quæ tradit prolem maſculam ejus Rudolphi, ubi ejuſdem narrat genus, ac initia, tria breviter facit. Primò ſecundam ſententiam excludit, ac primam confirmat. Secundò controverſias inter Sectatores ſecundæ opinionis, quam ipſe læto corde amplectitur, profert. Tertiò nova fulcimenta, non abſque ſingulari ratione adducit: omniaque ex Franciſco

Tria breviter tangit.

Guilli-

Guillimanno ferè vendicat, licet calamo nimis contracto,& ab illo verſiculo non aberrante.

Cum brevis eſſe laboro.

Obſcurus fio.

Orat.de arte. Punctum I.

Rudolphus, inquit, Imperator natus Patre Alberto III. cognomento ſapiente, & exulatore, Comite Habsburgi VIII. Primus enim (ut veram horum originem paucis interponam) fuit Ratbothus frater Werneri Argentinenſis Epiſcopi, reſtauratoris Eccleſiæ ejuſdem, & Murenſis Cænobij cum fratre, & hujus conjuge Ita Auctoris; ſumptus hic pro Habsburgo condendo fratri dederat; unde & in teſtamento ſuo (quod Guillimannus ex Autographo Murenſi refert pag. 144.) ſe fundatorem Caſtri Habsburgi nominat, anno 1027. indictione I. regnante Conrado Imper. Unde fabuloſum quod Albertus Argentinenſis in Chronico de duobus fratribus Romanis exulibus, quorum Senior prædia, Junior Caſtrum Habsburgum condiderit, quemque pater aliquanto poſt viſitarit, & animoſam ipſius nobilitatem, atque induſtriam in hoc commendarit. Hoc enim Wernero cum fratre ſuo Rathbodone contigit. Raphael Vol. lib. 23. Antropologiæ Comites illos Aventini montis facit propè Lacum Lucernenſem, & Perleones, ac Caſtrum inde Avenburgum quaſi Avendi oppidum vult appellari: vel ab Accipitre, qui dimiſſus, capta præda, in eo monte conſtiterit. Sequuntur hunc multi, & ante alios Arnoldus Wion in præfatione arboris vitæ: vultque per Fridericum primum Ænobarbum Româ pulſos, quod contra Octavianum Antipapam pro Adriano quarto, & Alexandro ſexto facerent, Ulricus à Clingenberg in Chronico ſui temporis eadem tradit: Accipitrem tamen dimiſſum opinatur propè Bruck oppidum, ſivè pontem Arulæ in proximo colle.

Annot. in Arb. 1. pag. 2. Rudolph⁹ Imp. VIII. Comes Habsburgi.

Fabuloſam aliorum ſcriptorum ſectator primam opinionem indicat.

Errorem Volaterrani ac ſequacium nō advertens, conſtāti animo II. ſententiæ adhæret.

Si Pater Gans Alberti Argentoratenſis ſententiam, quam nos in 4. argumento ſect. 2. hujus Excurſus ex Guillimanno afferimus, proprijs oculis legiſſet, equidem non eam fabuloſam cum alijs ita faciliter exiſtimaſſet quo ad Caſtri de Habsburg conſtructionem. Etenim non Albertus, ſed Volaterranus, Wion, & alij, ut oſtenſum eſt, in hunc errorem ſunt depræhenſi, cum alterum Petri Leonis filium ejuſdem Caſtri conditorem fecerint.

Gravius his omnibus (deindè pergit) hallucinatur Jovius lib. 5. & in Maximilian. I. dum ad Augsburgum conſediſſet ſcribit, quin bene hoc Guilliman. pag. 10. deliramentum appellat. Argentoratenſis cum ſuis ſequacibus erroris ex eò clariſſimè convincitur, quod Habsburgi Comites longè ante tempora Friderici primi Perleonum expulſoris floruerint, ut ex citato teſtamento apparet. Concedit tamen Guillimannus, hoc Caſtrum Habsburgicos beneficio Lucernenſis Præpoſituræ, cujus proprietas erat, tenuiſſe, ſed ab hoc primo denominatos negat.

Magis inter omnes Iovium allucinatum oſtendit, & cum Guillimanno delirātem.

Erroris arguit Albertum Argentinenſem.

Punctum II. Quo ad ſecundum ita Gans ſequitur immediatè. Porrò Ratbodo arcis Habsburgi conditor, filius fuit Bezonius, vel ut acta Murenſia Lanzellini Comitis de Vindoniſſa, & Altenburg, Nepos Guntrami ſecundi, Pronepos Hunifridi, Abnepos Luitfridi ſecundi, cujus frater Hugo, & Soror Ermentruda Mater Rudolphi Regis Burg. Atnepos Luitfridi Primi, & Trinepos Guntrami primi; Hujus verò Pater Rampertus Patrui Gebbo & Hetto, Avus Hettobertus, Proavus Amprictus, Abavus Ottobertus, de cujus Patre ſolemnis inter hiſtoricos quæſtio eſt.

Series Genealogica Ratbodi arcis Habsburgicæ conditionis.

Suæ ſententiæ Duces narrat.

Trithemius, Lazius, Eitzingerus, Heutterus, Raſchius, Roho, Rotmarus, Engerdus, & alij recentiores hunc Sigebertum nominant Theodoberti Auſtraſiæ Regis filium, Childeberti Nepotem, Sigeberti Pronepotem, & Lotharij primi Atnepotem; atque ex fuga Herbipoli acceſſunt; eô enim in habitu Scholari fugiſſe dicunt; cum fratres, occiſo parente, à Theodorico patruo Metas ducti, & ab Avia Brunechilde crudeliter necati ſunt. Poſt aliquot verò annos hac, & patruo ſublato à Lothario ſecundo, primi Nepote, revocatum, & Ducatu ſuperioris Alemanniæ donatum, ſine regio tamen nomine, & diademate. Stabius Childericum Clodovei ſecundi filium, Ottoberti patrem arbitratur.

Qui Sigiberti Auſtriacæ Regis filij Theodoberti Progenitores. Hæc hiſtoria ficta ab alijs creditur, & merè fabuloſa & tamen pro fundam. 2. opinionis eligit. Nonnullorū opinamenta de Childerico.

Sundheymius Chilperici Regis, & Adovitæ Nepotem ex cognomine filio Ottoberti facit. Manlius apud Lazium Gen. Auſtr. cap. 5. lib. 1. Seniorem adhuc agnoſcit, ſcilicet Lotharij I. ex Ottoberto filio Nepotem: licet ipſe in Libello ſuo de monument. & fundatione Majorum Maximiliani I. cum Lazio, & Trithemio ſentiat.

Alij Hugobertū poſteritatem Habsburgicam condidiſſe credunt; Alij vero Atticum Leudeſium.

Alij Hugoberti Transjurani Ducis, de quo Regino, ad ann. 858. & ſequ. poſteritatem Habsburgios credunt. Gebuillerus ab Attico Leudeſio patre derivat, per Nepotem Adelbertum, & hujus filios, uni enim Luitfrido Kilhudem unicam Ottoberti Habsburgenſis in Romarico Monte filiam deſponſat, & bona: Cumque ex hac prolem non ſuſcepiſſet, patrueles adoptaſſe dicit, Hugobertum, Theodobaldum, Eberhardum, & Ottobertum, atque hunc Habsburgiorum, deinde Modernorum Conditorem.

Vtrorumq; deceptionem Guillimannus oſtendit.

Hæc verò ubi ſup. lib. 1. c. 3. & 4. Guillimannus alieniſſima à veritate, & antiquis ſcriptoribus oſtendere conatur. Nullus enim horum ait, Sigiberti illius vel meminit, & uti Belforeſtius l. 1. c. 29. inquit: maximè verò Aimon non tacuiſſet, cum alios tunc illuſtres referat: taceo quod de fuga, aut Ducatu accepto quidquam prodant. Quod enim Lazius Turonenſem hiſtoricum de pugna Sigeberti producat; illi injuriam, publico fraudem & ſe fabulam facit, de Sigeberto loquitur, qui propè Saogonam Fluvium cum Clothario ſecundo conflixit, & à ſuis perditus, cum fratre Corbo interfectus, Theodorici filius fuit, non fratris hujus Theodoberti. Et certè meminiſſe ejus Gregorius non potuit, cum in rerum natura nondum tunc fuerit. Cum enim Childebertus parens Theodoberti, & Theo-

Ac Lazium injuratorē Gregorij Turonenſis.

& Theodorici mortuus eſſet, teſtatur ad annum Chriſti 601. Author Chronici Burgundiæ, quod ambo ſub tutela adhuc fuerint Aviæ Brunechildis, Gregorius verò ſuam hiſtoriam tantum ad annum produxit 593. Belforeſtius citatus ait, quoſdam eſſe, qui Merovæum, illum à Brunechilde necatum evaſiſſe dicant, & familiæ Auſtriacæ Auctorem.

Quando Gregorius ſuam hiſtoriam ſcripſerit.

Poſtquam hæc omnia (quibus pro earum ſectatoribus accommodare poſſumus dicterium illud tot capita quot Sententiæ) Gans narraverit; Tertium punctum in medium affert, ac ſuam mentem tali modo immediatè aperit. Melius meo judicio ſentirent, ſi Merovæum Theodorici filium à Clothario tanquam Patrino ſervatum, atque in Neuſtriam adductum, in Gobado Graffioni commendatum, atque ab eo clementiſſimè nutritum fuiſſe opinarentur. Addo non diſplicere quod Chron. Burg. tradat Childebertum hujus Merovæi fratrem fugâ elapſum ſtemmatis Habsburgici auctorem credi poſſe. Si S. Columbani prophetia non obſtaret (quam nos etiam inferiùs tangemus ad argum. adverſarjorum) quamque recitat Bar. ex Jona ejus temporis ſcriptore: nempè Regnum ejus funditus interiturum, & cum omni propagine Regia. Ad hæc in animum inducere non poſſum, tam Sanctæ Domus initia ex lupanaribus (ut S. Columbanus progeniem Theodorici vocat) emerſiſſe. Neque tamen Guillimanni Velibaldus Ultrajuranus Patricius probatur Ottoberti Pater: quin potius ex ipſo unum de Regio Lotharij ſanguine eum genuiſſe ſic evincitur.

Punctum III.

Iudicium ſuũ ac mentem Gans aperit.

Alij Childebertũ ſtemmatis Habsburgij auctorem credunt.

Guillimann͂ obijcit Gans, negans Velibaldũ Patricium Ottoberti fuiſſe Patrem.

Majores Rudolphi Elſatiæ ſuperioris principatũ ex eorum in eas factis fundationibus ſemper tenuiſſe videntur lib. 2. cap. 5. Deinde in eodem ſic: Ita quoque Elſatiam, certè ſuperiorem, ſi non utramque tenuerunt Burgundiæ Reges; dum fuerunt. Franci pariter inter Burgundici Regni provincias habuere, donec orta inter Theodoricum Burgundiæ, & Theodobertum fratrem Auſtraſiæ Reges controverſia compulſus optimatum utriuſque Regni judicio Theodoricus, comitatibus Aleſatio & Sugitenſi &c. Fratri concederet, Aimone teſte. Ergo ſecundum Guillimannum Ottobertus Elſatiæ fuit Landgravius, itemque ante Theodoricus, & Theodobertus fratres, ac poſt horum internecionem Lotharius. Quare vel ab hoc eam accepit Ottobertus, vel pater ejus: non ille, cum nemo authorum (ut Guil. argumentatur) hoc de illo prodat. Ergo Pater. Non Velibaldus, cum titulo hoc ubique careat, & patricius tantum vocetur Ultrajuranus. Ergo alius, & hic de ſanguine Regio, cum talibus provincias commendârit. Addo quod Paul. Æmil. in Cloth. 2. Theodobertum non occiſum arbitretur, & fabulam de ejuſdem occiſis liberis.

Rudolphi I. Im. Majores Alſatię Principatum tenuere.

Ottobert. Landgravius fuit Alſatiæ, quam à Parẽte obtinuit ſed quis fuerit ejus Pater inter Guillimannum, & Gans controvertitur.

Quid de Theodoberto Æmili⁹ ſentiat.

Credibile ergo valde, unum ex his paternis bonis à Lothario II. donatum; maximè, cum (ut ille loquitur) exſatiato, aut depoſito in omnes odio, parentis veriùs, quam Regis animum induerit, oblivionemque injuriarum præſtiterit, & exegerit. Ad hæc Trithemium illa de Sigiberto finxiſſe, mihi non perſuadeo, præſertim cum tot Authores citet, ex quibus ſuam compoſuit hiſtoriam; quorum aliquis, aut plures hoc ipſum docuerint, ut non malè Theod. Pieſpordius. Non tacendum, quod Manlius, Avendiburgum Sigeberti in Voſago ſitum, haud procul à Moſellæ fontibus, in monte Romarico collocet. Quod ſi Werneri, & Rathbotonis majores, Comites de Habsburgo nominati fuerunt, ut Pieſpordius ex hoc Epitaphio Ottoberti ad S. Trutbertum apud Guillimann. lib. 3. cap. 7. (GENEROSVM OTPERTI; RAMPERTI, LVITFRIDI. ITEM HVNIFRIDI, LVITFRIDI, HVGONIS, ET DOMINÆ ERMANDRADÆ, ILLVSTRIVM COMITVM DE HABSPVRG, ALSATIÆ LANDGRAVIORVM HVJVS ORNATISSIMI MONASTERIJ FUNDATORVM HIC SEPVLTORVM EPITAPHIVM) evincere vult, neceſſariò ſequitur, hinc fuiſſe denominatos. Titulos enim à poſteris ſeu minoribus ad majores trahi, ſicut vult Guillim. fateor ſatis inſolitum. Deinde in fine inſtrumenti fundationis, quod Guillimann. huic Epitaphio præmittit, idem eſt titulus LVITFRIDI, qui in Epitaphio, ſcilicet ILLVSTRIS COMITIS, ut probabile ſit etiam idem prædicatum (DE HABSPVRG) in hoc ſubintelligi, quod in Epitaphio fuit expreſſum. Denique illud, quod Serrarius in vita S. Romarici cap. 1. docet, idem confirmare videtur: nimirum patrem ejus Rudolphum, magnum in aula Theodoberti Auſtraſiorum Regis fuiſſe Principem, & è Pharamundi Francorum Regis (ut ipſe etiam Theodobertus) poſteritate. Conſanguinei ergo (Et familiare Francis) prima conſanguineis ſuis aulæ officia conferre, ideoque facile idem illis prædicatum commune de caſtro AVENDI, aut HABSPVRG in Vogeſo; quo deinde deſtructo aliud poſteri in Ergovia, uti dictum, exſtruxerunt. Illud explodendum, quod Raſchius Ottobertum Sigeberti illius filium, Chriſtianam fidem cum Baptiſmate à S. Trutberto accepiſſe ſcribit. Avus profectò Theodobertus, teſte Turonenſi lib. 8. c. 37. à Magnerico Trevirorum Epiſcopo de ſacro fonte ſuſceptus, dubio procul eandem Religionem ad poſteros ſuos tranſmiſit.

Gans Trithemij opinionẽ commendat.

Avendiburgum ubi ſitum.

Pieſpord. apud Guillimann.

Inſolitum poſterorũ ac minorũ titulos trahi ad majores contra Guillima. putat Gans.

Serrar. in vita S. Romarici.

Raſchius exploditur.

Hoc apud omnes certum, quod Sancto huic viro quem Manlius fratrem S. Ruperti vocat, vallem illam Briſiaca, quæ tunc à præterfluente Amne Numaga dicebatur, tradiderit, & ſacellum in honorem DD. Petri & Pauli Apoſtolorum conſtruxerit, ac deinde in eodem illum Martyrio affectum

Briſiaca unde ſic dicta.

affectum collocarit, & ſibi quoque monumentum elegerit; ſicut & poſteri Ottoberti Pietatem imitati multis cenſibus monaſterium illud auxerunt, atque exornaverunt. Hactenus P. Gans.

Mirum ſanè quod in hujus Auctoris Arboreto nulla mentio Arboris Anicianæ Ioannis Seifridi, cum prima ejus pars prælo Viennæ ann. 1613. demandata fuerit, Gantis verò opuſculum Coloniæ Agrippinæ ann. 1638. impreſſum reperiatur. Nam ſi Gans Seifridum legiſſet, certò totam ſuam enarrationem partim levis momenti, partim magis dubiã, partim ferè vaticinatam eſſe ipſemet comprobaret, uti infra patebit. Nihilominus excuſatione eum fore dignum cenſeo, quia non ſemper poſſumus omnes ſcriptores, & hiſtoricos ita promptè præ manibus habere. Ipſe ſanè hucuſque laboravi, ut reperirem Auctorem quendam, qui ut mihi aliqui amici retulere, contra Seifridum directè ſcripſit, & tamen nondum inveni. Propterea ſi legenti hæc mea ſcripta talis Auctor, cujus nomen etiam ignoro, occurrerit, ipſumque rationes meliores contra argumenta primæ opinionis, à Seifrido adducta, in medium afferre, judicarit, rogo, ut amplectatur illam opinionem, quæ magis hiſtoricę veritati erit conſentanea.

Impugnatur P. Gans, & ſimul excuſatur.

Honeſta Auctoris proteſtatio.

SECTIO II.

Genealogia Auſtriaca Habsburgica à ſtirpe Pharamundica Gallicana.

AXioma Philoſophorum eſt, *magis & minus non variare ſpeciem:* ideo concludendum minorem probabilitatem ſecundæ ac extremę ſententiæ, quam inferius demonſtrabimus, contra ejus eſſentiam & formam nihil derogare, ita ut improbabilis ea omninò adjudicetur. Vnde fit, ut Genealogiam Auſtriam Habsburgicam à reali Gallorum gente eo modo, & ordine afferamus, quo probatiores ſectarij ipſam proferunt.



STEMMA REGVM GALLORVM UNDE GENS PHARAMVNdica, Merovinga, Auſtraſia, Habsburgica, Auſtriaca.

PHaramundus primus in Germania Francorum Rex, nobilem ſtirpem eduxit, ex qua gentilitia Auſtriadum arbor ad tantam amplitudinem gloriæ, & potentiæ floruit, ac propagata eſt. Ante Pharamundum Francorum Regum caput Regnique Auctorem, Franci Principes Duces tantum dicebantur.

Pallau. S. I. Mediol. pag. 38. in 13. Auſtr. Impp.

Meroveus qui in faſtis Francorum Regum Clodij Crimiti, ſive ut alij vocant, Clodionis filius, & Pharamundi Nepos perhibetur: & á quo ſucceſſores Reges ejuſdem Regiæ gentis triginta Merovingi appellati ſunt, producti uſque ad Childericum III. cognomento ſtupidum, & in hac ſerie, ne tedium pariat, relicti. Hoc è gallico ſolio dejecto, & in cænobium detruſo, extinctum Merovingiorum Regnum, totum ſub uno cucullo ſepultum eſt, monaſticâ coronâ Regiæ fortaſſe cum fænore felici-

tate

tatis ſuccedente, cœlo in cella reperto, quod difficilius in Aula inveniſſet, *Pipinus* detractum Childerico paludamentum induit ex Magiſtro Domus Regiæ, auctoritate Zachariæ Romani Pontificis Rex creat', & Regni inſignibus inauguratus à S. Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino, ſua, ſuæque poſteritatis fortuna celeberrimus. Illi inter alios ſucceſſit Gallici Regni hæres *Carolus* filius, Imperij Occidentalis Gallico-germanici fundator, nominis amplitudine, granditate potentiæ, immenſitate felicitatis, excellentia Sanctitatis, & Carolinghorum, aliorumque Imperatorum ſucceſſione, non Magnus tantum, ſed Maximus. Ann. 751. Kal. Maij.

Theodobertus II. Childeberti ejuſdem nominis II. filius inter Merovingos Francorum Reges XVII. Auſtraſiæ Rex, Brunichildis Aviæ aſtu, æſtuque excitatis fraudulenter, furioſeque, & eventilatis inter ipſum, ac Theodoricum fratrem odijs, poſt varia diverſæ fortunæ ludibria Coloniam aufugit, ubi à familiaribus Sycophantis ejus caput reciſum ut olim Magni Pompei ad Cajum Iulium Cæſarem ad Theodoricum fratrem Regem auctoremque ſceleris allatum eſt. Tres illi filij fuere, Sigibertus, Gunthrannus, & Lotharius, quorum duobus ultimis Brunichildis juſſu jugulatis, Sigebertus ad Gotfridum, & Genebaldum Franconiæ Duces, quibuscum cognationis vinculo jungebatur, aufugit, ibique uſque ad obitum Theodorici delituit. Rex inter Merovingos XVII.

Sigebertus exul Theodoberti II. Auſtraſiæ ſive Francorum Auſtriaſiorum Regis filius, poſt decem & octo annorum exilium, ac latebras mortuo Theodorico à Franconiæ Ducibus Dux Alemanniæ reſtituitur, ea conditione, ut illo titulo contentus, manus à Sceptro Gallico abſtineret. Primus hic ſtirps Habsburgenſium Comitum fuit, ex qua Auſtriadum Cæſarum Monarcharum, Regum, Archiducum, & celebratiſſimorum, virtutum omnium titulis, Heroum, pergeminavit, chara ſuperis, mortalibus veneranda, Chriſtiani nominis hoſtibus formidanda Imperatrix Regnatrixque progenies. Ibidem pag. 131

Sigopertus continens Sigeberti filius ab Avendo Caſtro, arce vetuſtiſſima intra Voſagi montana, haud procul à Moſellæ fluminis ripa, ac plimmerianis thermis in Leucorum, & Sequanorum confinio ſita, primus Havenſpurgenſis Comitis nomen, & contracta voce Hauſpurgenſis, ſeu ultimò Habsburgenſis, ſortitus eſt, addito deinde ex magnis virtutibus Dynaſtiæ veluti auctario, Continentis cognomento. Succeſſore deinde magnorum nominum Hæredes Nepotes, Comites Habsburgenſes, qui majora etiam poſteris reliquerunt & ſæcula, quibus vixerunt, & faſtos Habsburgicos illuſtrantes. Continentia cæleſtis Theſaurus in quo hæc & majora alia bona aſſenruantur. Caſtro Avendo ubi conſtructus.

Otto-

Ottopertus Gravis Sigoberti, & Luitbergæ Sueviæ Ducis filiæ feliciſſima Proles, quam inſignes per Hercyniam Sylvam Victoriæ, & propagati ad Rheni ripas paternæ ditionis fines celebrarunt. Gravitas Dos Principum ſingularis.

Ubi inſigues Victorias obtinuit.

Babo Gratus Ottoperti filius, quem præter Juſtitiæ, ac Temperantiæ titulos, quibus ad miraculum floruit, aureum dictum commendat, verè Princeps, & purpurâ, Sceptroq; dignũ turpe eſſe in Principe deſiderari à populis, quæ ipſe in alijs Principibus admiratur. Dicterium verè aureum, ac in aureo corde à magnatibus incidendum.

Rotherius Æquus cui juſtiſſimas laudes propter hoc ipſum Juſtitiæ cognomentum omne ævum debet. Quid pulchriùs in Principe æquitate, ac Juſtitiâ?

Hetoprechtus Cautus Paterni Principatus hæres, genus nobilitavit Hæduorum inſigni victoriâ. Cautio in rebus agendis omnibus profectò neceſſaria. Hæc in pace tranquillitas, hæc in bello Triumphatrix.

Vicit Hæduos.

Ramprechtus Gratioſus à Clothario Gallorum Rege Auſtraſiæ Comitis Palatini, & Landgravij titulo inſignitus tanta apud maggnum Regem, alioſque Principes gratia valuit, ut cum reliquis etiam gratioſi titulo nomini addiderit. Felix quidem nomenclatura ex gratia Virtutis, quæ omnia vincit dum ab omnibus amatur.

Comes Palatinus & Landgravius.

Luithardus Religioſus Urbibus inſtauratis Templiſque pluribus exædificatis, utroque titulo, præter Religioſi cognomentum cœli, terræque ſuffragijs Patris Patriæ nomen meruit. Quod non mereretur Principum Pietas, quæ tanquam eorum fortuna omnia proſpera eis auguratur?

Rerum ſacrarum reſtaurator

Gunthrannus Fortis laude bellicâ inclytus, Laudfredum Ducem Sueviæ armis domitum Carolo Martello ſubegit. Fortitudo hæc militaris Martis alumnos in Semideos transformat.

Laudfredũ Ducem vicit.

Luitfridus Laudatiſſimus Patruo Burgundionum Domino chariſſimus, plures Provincias, Burgundis Regibus tributarius, tantarum rexit opinione virtutum, ut ſummas laudes, & ipſum laudatiſſimi cognomentum ſibi conciliarit. Laus iſta magna quidem bonorum Principum merces.

Rexit plures Provincias.

Hunfridus Honoratus vitæ integritate, & fortitudine animi ab Imperatoribus Comitis provincialis nomine decoratus, quod uſque ad Arnulphum Cæſarem in Habsburgica gente remanſit, de ſuo etiam honorem honori addidit. Honor ex virtute quid gratius?

Vitæ etiam integritate uti & fortitudine clarus.

Gun-

Guntrannus Modeſtus dum Ludovici Regis Galliæ filij de paterni Regi aſſe certarent unâ cum Rudolpho conſanguineo Burgundicum Regnum Habsburgenſi familiæ reſtituit, eam tamen junxit fortitudinis modeſtiâm, ut ab hâc potiùs quam ab illâ Modeſti titulum illius ſeculi fama indiderit. Modeſtia fortitudini adjuncta magnes cordium. Reſtituit Burgũdiam Habsburgenſibus.

Betzo Fortis Carolum Galliarum Regem Germaniam ampliſſimis copijs aggredientem repulit, & Pannones è tarteſſiacis Regionibus poſt occupatam magnam Europæ partem, atque inde Bulgariam, Striã, Alſatiamque vaſtantes debellavit, relato ubique cum maxima victoria Fortis cognomento, inter palmas, laureaſque nato. Strenuitas in re bellica palmas, laureaſque parat. Repulit Carolũ Regẽ Galliæ. Pannones debellavit.

Rapato Conſtans Betzonis filius adverſus Ludouicum, Germaniam invadentem, ab Ottone in auxilium accitus, hoſtem potentiſſimum ad fugam ingloriam, imò & probroſam adigens, Pannonicasque acies ſæpius fundens, pro eodem Ottone ſemper invictus, & Victor, jure appellatus eſt à tota Germania Conſtans. Animi conſtantia Victorem, invictumque conſtituit Equitem. Ludovicum in fugam poſuit, ac ſæpius Pañones fudit.

Bernherus Liberalis poſt confecta feliciter avita, & paterna bella, populorum commodis, & pacis ornamentis conſuluit, Laureis oleas inſerens, erga templa impensè munificus, & erga milites largus. Liberalitate in unoquoque Heroe nil commendatius.

Otto Prudens amicitijs Principum ſibi conciliatorũ præſertim Henrici IV. Imperatoris uſus à prudentia glorioſiſſimum nomen domi foriſque habuit. Prudentia omnium bonorum procreatrix.

Albertus Dives Bernheri filius Religioſiſſimus, ac ſapientiſſimus divitias ſuas in publicum ædium ſacrarum cultum, in privata pauperum commoda, & in ipſas artes liberales, liberaliter effuſas, mirificè ſua virtute nobilitavit. Sæculum aureum ſuis moribus cudiſſet, niſi aliorũ ferrei obſtitiſſent. Diſcant Principes theſauros ſuos non in terra ſed in cœlo ſibi theſaurizare. Tota lis ſcriptorum circa Patrẽ hujus Alberti verſatur.

Albertus Taciturnus nonniſi à ſilentio laudes, ut diximus, promeritus. Nulla ſanè eloquentia laudari poteſt hic Princeps, cùm ex ſua taciturnitate omnium laudum nomenclaturam ſit adeptus. Sel melius feciſſet Hortentius ſi eum Rudolphum vocaſſet.

Albertus Sapiens, vel cum alijs Exulator quia extra pattiam ſatis ceſſit, ut oſtenſum eſt, & fortitudinis, & prudentiæ titulis ſapientis nomen ſatis copioſè perfecit. Utrumque cognomentum in hoc Principe laudabile, ſed longè laudabilius ſecundum. Imò in hoc exulatoris agnomine ejus humana ſapientia Divinitùs adeo ſublimata eſt, ut quaſi inter Chriſti ſapientes, qui quæ ſtulta ſunt mundi elegerunt, ut pro Servatore ſanguinem poſſint effundere, ſit collocanda.

Rudolphus I. Imperator, Magnus Auſtriaci Imperij Conditor,& filius Alberti ſapientis &c. Hæc Imperatoria Radix Imperatorum germina Regumq; propter in Deũ Pietatẽ edidit. Ita Auſtraſij Reges ex Francorum Regibus per Comites Habsburgenſes Auſtriaci Principes evaſerunt; Auſtraſia ferè dixerim in Auſtriam migrante, & providentiâ Numinis conſona nomina non ſine feliciſſimis auſpicijs in Regnatrice,& Imperatrice gente, jungente.

Auſtraſia cum Auſtria convenientia.

Viri illuſtres Familiæ Habsburgicæ Auſtriacæ ex Gallicana Progenie, unde ſtirps Bavara.

Non tam altè, cũ alijs Pharamundi ſanguinem ab Arca Noemica, ſed tantum ab Antenore ex Dardani poſteritate, cujus origo, ſicut placet nonnullis, ab Italica Sobole per Atlantem Regem Italiæ initium ſumpſit, Caſpar Scioppius in quadam tabula Genealogica ad Imp. Ferdinandum II. ejus paternum, ac maternum genus amplectens, eſt contemplatus. Partem hujus ſententiæ in excurſu 4. reijcimus tanquam opinioni Srabij in aliquibus affinem. Sed ne mutila ac dimidiata videatur, hac ſanè de cauſa integram eam hìc appoſuimus. Scioppius ergo in epiſt. dedicat. ubi ſuum quoddam opus, proximè typis ab eo daturum, tetigit his verbis, liber ille propè diem propitio Deo extrudetur, inter Majores, à quibus directâ,& perpetuâ alterutrius ſexus ſerie profectum eundem Cæſarem demonſtravit, & Imperatores plus quadraginta, Reges trecentos, & amplius enumeraturum promiſit. Sed ad Viros Illuſtres, titulis regali purpura ac ſanctitate florentes, veniamus.

Plus 40. Imper. Reges 300. & amplius enumerat Scioppius in illo libro.

ANTENOR ex poſteritate Dardani & Priami, Regum Trojanorum, Rex Cimeriorum ad oſtia Danubij occiſus anno CCCCXL. ante Chriſtum natum,

In hac ſerie illi tantùm viri illuſtres enarrãtur, qui Regia, ſive imperiali dignitate floruere

MARCOMIRVS Rex.
ANTENOR Rex.
PRIAMVS Rex Sicambrorum.
HELENVS Rex.
DIOCLES Rex.
PASANVS Rex & Pontifex.
CLODOMIRVS Rex.
NICANOR Rex.
MARCOMIRVS II. Rex.
CLODIVS I. Rex.
ANTENOR III. Rex.
CLODOMIRVS II. Rex.

MERODACVS Rex.
CASSANDER Rex.
ANTARIVS Rex.
FRANCVS Rex; à quo Sicambri dici cæperunt Franci.
CLOGIO Rex Francorum ſeu Sicambrorum; quo regnante natus Chriſtus.
MARCOMIRVS III. Rex.
CLODOMIRVS III. Rex.
ANTENOR IV. Rex.
RATHERIVS Rex.
RICHIMIRVS Rex.
ODOMARVS Rex.
MARCOMIRVS IV. Rex.
CLODOMIRVS IV. Rex.
FARABERTVS Rex.
SVNNO Rex.
CHILDERICVS Rex.
BARTHERVS Rex.
CLODIVS II. Rex.
GVATHERVS Rex.
DAGOBERTVS Rex.
PHARAMUNDUS Rex, à quo poſteri Reges dicti Merovingi & 30. fuere.
CHILDERICUS Rex.
CLODOVÆUS Rex primus Chriſtianus.
CLOTHARIVS Magnus Rex.
SIGEBERTUS Rex Auſtraſiæ & Mediomatricum, frater Chilperici Regis.
CHILDEBERTUS Rex, frater Theodorici Regis.
ALBERICUS Rex Frater Merovei, unde Principum Bavarorum origo.
WAMBERTVS Rex.

Origo Car. Magni (inquit Scioppius) multis Imperatorũ Regumque literis cõfirmatur, quæ ex trevirenſibus ſcriniis recitantur in lib. Rem. Lotharing. In Hoc marginale in noſtro l. Italico Antverp. impreſſo pro Iy, multis, poſuit Typogra. nullis quod omninò contrarium ſonat.

S. ARNVLPHVS Dux Auſtriæ Moſellanicæ.
PIPINVS Brevis Rex Francorum.
CAROLVS Magnus Imperator.
PIPINVS Rex Italiæ.
BERNARDVS Rex Italiæ.
LVDOVICVS Imperator cognomento Bavarus.
RVDOLPHVS I. Imp. Habsburg.

EXCURSVS. IX.

Tertia ſententia minus principalis utrique memoratæ opinioni adverſa.

HAbsburgenſium Auſtriaconum Familiam nec Romanum, nec Gallicanum Genus eſſe, ſed tantum Germanum uſque ad Vernerum I. Comitem de Habsburg cognomento Pium, cui Albertum Divitem ejus filium ſucceſſiſſe dicitur, hæc ultima ſententia abſque ulla controverſia profitetur. Et licet putet ſecurè aſſarere poſſe eundem Albertum Divitem à Vernero eodem oriundum ac etiam ex Germano ſanguine, tamen in hac re fallitur, cùm tantum opinativè, & non aſſertivè poſſit hoc fateri. Majores enim Verneri, & Rathbotonis ex ſanguine Regum Auſtraſiæ alij deducunt. Alij vero Avos Alberti Divitis ad Romanos Perleones referunt contra utramque ſententiam, ut ſuperius fusè diſputatum eſt.

Inter ejus alicujus nominis opinatores qui extra Teutoniam gradû facere nimis perhorreſcunt, neque aſſeveranter tam altè & à longe Sobolem Habsburgicam Auſtriam (niſi aliquo modo, illam ad legionarios Romanos referendo, ut in 4. exc. dictum eſt) contemplantur, ſatis quidem exiſtimandum Franciſcum Guillimannum Conſiliarium & Hiſtoriographum Cæſareum. Hic Auctor opus conſpicuum edidit, cui titulus Habsburgica, ſive de antiqua & vera origine DOMVS AVSTRIACÆ, *Vita & rebus geſtis Comitum Vindoniſſenſium, ſive Altenburgenſium inprimis Habsburgiorum.* In eo magna quidem diligentia, ac ſolertia libris ſeptem ad Rudolphum II. Imp. Auſtriacum unico tantum volumine clauſis, inſtar optimi probatique Annaliſtæ, acri ac copioſo ſtylo ſubjectam materiem complexus eſt. *[Opus Franc. Guill.]*

Poſſumus certè Guillimanni ſectarium etiam Gerardum de Roho Bibliothecarium *Sereniſſ.* *FERDINANDI A.A.* conſtituere. Quippè aut quandam inclinationem ſecundæ ſententiæ oſtendit, aut potius de origine Auſtriacæ Domus, ut aliqui putant, hæſitat, *[Loc. cit.]*

Hinc

Hinc mirorGuillimannum ac nonnullos alios eundem Roho in claſſe Auctorum alterius opinionis collocaſſe.Meum aſſertum circa mentem hujus Auctoris eſt (uti non obſcurè ex ejus verbis colligo) ipſum potius Guillimanno favere, quam contradicere. Propterea quod cum idem Auctor ſub dubio utramque reliquiſſet ſententiam, ſeriemque Genealogicam Habsburgenſium Comitum texuerit, incipiendo à Guntramo, qui vivebat ann. noſtræ ſalutis 950. nulli dubium eſſe poterit, quin mediam viam ipſe ſit ingreſſus, licet tantiſper ſecundæ opinioni inclinatus adjudicetur. Henricus quoque Spondanus ſubſcribitur Guillimanno,quamvis hujus tertiæ opinionis cum quadam Murenſi Cænobij Genealogia (ut alibi tetigimus) ſemiſectator vocari poſſit. Deceptus à Petro Mantuano & hic à ſupradictoGuillimaño,qui ut ſuo loco patebit,inadvertenter Rudolphum deducit à genere materno Comitum de Habsburg. Non enim è paterno ſanguine antiquorum Comitum deHabsburgo,ſed tantũ è materno Rudolphum Imperatorem ipſe autumat. Cujus ſententiam,inquit, præ alijs laudat, & confirmat *Petrus Mantuanus* à ſecretis Bernardini Fernandez de Velaſco Conneſtabilis Caſtellæ lib. idiomate Hiſpanico titulo *Animadverſionum in Hiſtoriam Patris Joannis Marianæ:* qui inter alia ex eodem Guillimanno repræhendit,quod ſcripſerit Rudolphum deſcendere à Regibus Francorum. Argumenta quibus Spondanus ſuum confirmat placitum ſunt tantum negativa, à Guillimanno mutuata. Siquidem extremas reſpuendo opiniones,ita convicioſo atramento & acri calamo eas pungit, parum à Guillimanno differens.

Ibid.cap.2.lib.1 Guill non benè ſentit de opino. Gerard. de Roho.

Lib. 1.an.pag.4.

Loco citat. ann.

Spondanus ſemiſectator huj⁹ III. ſent.

Lib. Hiſp. Matriti impreſſo an 1613.

Alij ait Fabulatores ad Romanos referunt Habsburgios Auſtrios, gentemque Aniciam. Nugaciores etiam ex prima Regum Francorum familia Principibuſque Auſtraſijs derivant, quò ſi ſuperis placet, etiam ipſum Regnum Francorum ad eam pertinere demonſtrent. *Filij Hominum ut quid diligitis vanitatem,& quæritis mendacium?* Non eget præclariſſima familia fucatis hiſce pigmentis, ut compta, & formoſa appareat in oculis hominum. Quare & ſunt plurimi ex ipſiſſimis veſtris (ut alios taceam) quos ejuſmodi commentorum puduit : etiamſi & idem ipſi non paucas alias quiſquilias veris narrationibus immiſcuerint,quibus non immoramur.

Ad quod confirmandum ſuum eundem Ducem Guillimannum hiſce verbis affert. Quos inter Franciſcus Guillimannus prædictas hariolationes prolixè confutãs omninò contendit fictam eorum eſſe & inanem opinionem, qui Comites Habsburgienſes aſſerunt ab Auſtraſiæ Regibus natos, haud ſecus quam qui Romanos & Petri Leonis poſteritatem dicunt : invehens in tot Habsburgienſis familiæ & Auſtriæ Ducum & Archiducum originis novos ut loquitur Architectones, qui optimos Principes ſua vaniloquentia temerè hucuſque varijs eorum de ortu & ſtirpe

figmentis, & ſomnijs, an ádulamentis, induxiſſe & circumduxiſſe, quique dum dicerent, & gratiam pararent & pretium, quæ dicerent, & unde ſuſque deque habuiſſe videntur.

Eandem palinodiam canit D. Dominicus Monaſterij Murenſis Abbas in libello inferius citando in ultimo examine pro tertia ſententia. Nã in Hendicaſyllabo, verſibus ſtylum Terentianum pro comediis lapidè conficiendis imitantibus pleno, utramque pungit ſententiam, ac utriuſq; Auctores ſubſannat: Sed illos ſecundæ ſententiæ acrioribus verbis objurgat. Inter ſectarios verò ſecundæ ſententiæ Wionem, Seifridumque hoc modo carpit.

Quis hic VVionum.
Extorres patriâ, fugâq; lapſos
Occultabit Avos? abi Sifride
Subduc te procul, inficete Lazi
Et quoſcunque juvant Petri Leones
Et delirium Anile Aniciorum.

Sed quam fidem præſtare huic ſcriptori debeamus, inferius in primo examine primæ opinionis omninò patebit.

Sentiamus modò ipſummet Guillimannum, à quo illum impugnandi modum per conyiciatoriam utriuſque ſententiæ excluſionem Spondanus didicit. Inſurgit ergo acriter hic hiſtoricus duplici ſimul argumento in extremas ſententias; ſed non ita amarus contra primam, veluti contra ſecundam oſtenditur. Propterea quod cum eam in medium adduxiſſet uno tantum capitulo, deinde in ſequentibus cum aliqua reverentia, & honeſtate de eadem locutus eſt, ipſam tali modo excludens. Hæc omninò prima de ſententia, quæ mihi quidem viſa aut intellecta: ſpecioſa ſi perinde probata. Nam hi quidem ſcriptores omnes, qui ſcilicet uſque Româ Habsburgienſe genus ferunt, haud aliud mihi videntur conſecuti, quam Habsburgi Auſtriacorum Principum geſtis, & virtutibus altiorem, aut digniorem originem, quam ab Urbe, magno illo quondam virtutum omnium domicilio, quæ eadem Provincijs Reges, orbi Imperatores dedit, fingere nequiviſſe. De Perleonibus ſcio præclarum nomen, magnam potentiam, Eos Aventinum tenuiſſe, fortè, & per tumultum Urbe exactos eſſe non diſputaverim. Et de ijs multa eximia, & proba ſupra memoratus Wion, quæ ut refutare animus non eſt; ità Habsburgios inde ortos non eſſe, vanamque & futilem, quâ maximè nituntur, Volaterrani opinionem, omnes intelligent, qui multò priuſquam eſſe cæperit Petrus ille Leo, aut ab Urbe cum Fridericus Ænobarbus expulerit, Vernerum III. Vernerum II. Vernerum I. omnes Habsburgi Comites præcipuèque Vernerum Epiſcopum Argentinenſem, Caſtri Habsburgi, undè genti poſtea fama, & nomen novum Auctorem & Conditorem

Lib. 1. c. 1. & 4.

I. Guilliman. argumentum. Specioſa dici poteſt I. ſententia, quia benè à Seifrido probata. Magnum virtutum omnium Domiciliũ Romam prædicat. Perleonum nomen & potentiã celebrat.

II. Argumentũ ex temporis ſupputatione.

rem Raphbotumque ejus Fratrem, & Ladolum & Albertum, alioſque Habsburgios, magnâ apud Impp. Conradum II. Henricos III. IV. & V. Lotharium II. Conradum III. auctoritate, & honore fuiſſe; Habsburgum verò Argovianum (ut eodem quoque utar cum Wione vocabulo) ducentis propè ante Fridericum I. Ænobarbum jam ſtetiſſe annis, perſpicere, & cognoſcere ſequentibus libris, publicis ex inſtrumentis, monumentiſque dignum judicabunt, adeoque nullum omninò in familia Habsburgenſium, Auſtriacorumque Petrum, aut Perleonium, ut ne digna quoque confutatione ſententia hæc videatur. Hæc & alia, quæ uſque ad finem illius capitis adducit Guillimannus, examinando antiquos Auctores primæ ſententiæ, ac modernos confutando, nullius roboris fuere Seifrido, ut in primo examine, inferius adducendo, patebit.

Ubi tandem duob⁹ ſequentibus Capitulis ſecundam ſententiam refert, eamque explodit, ita loquitur. Francorum Regum, aut Principum progeniem qui Habsburgenſes prodidere, multi quoque, & diverſis argumentis, eaque ſententia propè evaluit. Neque tamen quis repererit primus facilè affirmaverim. Auctores enim ejus veluti plures, ita penè omnes æquales, & ante Maximilianum I. Imp. quem ſciam nemo. Præcipui ſunt Joannes Trithemius, Jacobus Manlius, Joannes Stabius, Ladislaus Sundheimius, Joannes Aventinus, Hieronymus Gebuillerus, poſtremò Wolfgangus Lazius. Horum deindè omniū opinionem, ac inter ſe diſcordias indicando, concludit in fine ejuſdē Capituli. Et iſta quoq; ipſius Lazij ipſumque Michael Eintzingerus, Pontus Heuterus, Joannes Baſſius, Gerardus de Roho, Valentinus Rotmarus, Joannes Engerdus, Jacobus Keraſtlitus, alij penè recentiores omnes ſequuntur.

Secundæ ſententiæ confutatio.

Nemo invenitur ante Maximil. I. pro 2. ſententia.

Auctores 2. ſent. qui.

Lazij ſectatores.

Sed capite quarto immediato cenſuram, & judicium proprium tum ſententiæ, tum ejus Auctorum profert hoc modo. Sed hæc Lazij, & illa Trithemij, reliquorumque ejuſdem ſectæ, quam incerta, ignara, incognita, falſa ſint, omnes vident. Quid enim ait rei eſt, aut cauſæ, Sigebertum Auctorem, & patrem gentis Habsburgienſis eſſe, quod Theodobertus pater bello cruento cum Theodorico fratre decertarit? Quod Sigebertus ipſe reparato exercitu, ex acie victus Coloniam effugerit, aut etiam ad cognatos in Franconiam evaſerit? Quod poſtremò eximiæ pulchritudinis ſororem habuerit? Quamvis quod de hac quoque Sigeberti exercitus reparatione, pugnâ, & fugâ refert Lazius ipſe, Heuterus, alij, falſum ſit, neque ex bono ullo ſcriptore probabitur. Non enim ille Sigebertus, qui propè Coloniam flumen (alij Axonam vocant) cum Clothario II. conflixit, & poſtea à ſuis proditus, cum fratre Corbo interfectus eſt, Theodoberti, ſed Theodorici fratris filius nothus fuit. Hæc ille & ſatis luculenter, ac verè.

Acra in 2. ſententiam redargutio.

Sigebertus filius nothus Theodorici fratris.

Denique tam Roho hæſitans, qui etiam hac in re ſuam mentem aperuit

ruit in Poemation ad Arborem Auſtriacam in principio ſuorum Annalium impreſſum dicens,

Et licet à Phrygijs genus hoc detraxerit,ortum
Non tamen iſtius primordia ſumere ſtirpis
Eſt animus,nec ab Auſtraſijs,&c.

quam Guillimannus, & alij poſt ipſum aſſeverando, extremas opiniones refellunt,& à Guntraño Divite incipiunt.Ipſe autem eodē modo ſeriem hic Genealogicam adducam uſque ad Rudolphum I. Auguſtum, ejuſque filium Albertum Cæſarem per Generationes decem, quo D.Joannes Dominicus Abbas Monaſterij Murenſis, infra expreſſius adducendus, affert in aliquibus Guillimannum redarguens. Nam fortaſſis Auctor iſte in ſuo opuſculo meliori diligentia perplexos nodos diſſoluit, revoluitque ſui Cænobij monumenta, Comitum Habsburgicorum locupletiſſimi, illa à pulvere,& à tineis liberando.

In examine 3. ſententiæ.

Lib. 2. c. 1. & lib. 4. cap. 3. apud eundem Libellū pag. 14.

Unum tamen ſciendum ex Guillimanno, & ex alijs communiter, quod Comites Vindoniſſenſes ijdem poſtea fuere ac Altenburgenſes, & poſtremò nova ab arce Habsburgi Habsburgienſes. Ergo ſubijciamus Stemma Habsburgicum, ejuſque viros conſpicuos pro hujus tertiæ ſententiæ complemento.



De

DE inſignibus Gentis Habsburgiacæ Cantor quidam Turegi panegyrico carmine ad Rudolphum Habsburgium Regem Romanorum ita in fine cecinit.

Tu Comes in clypeo tuleras inſigne Leonis,
Quem velut ad pugnam diſtento corpore ponis.

Cui concordant antiquiora ſigilla, aliaque monumenta. Ad colorem quod ſpectat, credit libellus quidam paulò poſt in tertio examine cũ ſuo Auctore fuſius citandus, niſi aliud ſibi monſtretur, ſemper fuiſſe Leonem purpurei, clypeum aurei coloris. Sed illud inquit quæri poteſt, an iſthæc inſignia ſimul cum Habsburgi Caſtro ſint nata, & ab ejus conditore Vernero, vel fratre Radebotone primitus aſſumpta; an verò ſint vetera Comitum de Altenburg, & in Habsburgienſes duntaxat tranſlata? Mihi ait veroſimilius videtur eſſe vetera: neque enim ſubeſt ratio, quare Habsburgienſes Comites Majorum ſuorum, ac tam illuſtris familiæ inſignia prorſus abjecerint; vel, ſi Habsburgo nova confixerunt, ſaltẽ veteribus, ut fieri ſolet, non conjunxerint. Dimidiato Leoni, qui ſupra galeam aſſurgit, plerique pinnulas Pavonis adpingunt, ſed Ægidius Tſchudius lib. de armis nobilium familiarum, quæ olim in Helvetiâ ſedem habuerunt, aſſerit non pinnulas Pavonis antiquitus, ſed nolas fuiſſe. Hactenus opuſculi Auctor, cujus Genealogicam ſeriem breviori ordine hoc modò X. Generationibus exhibemus. Ac ſimul quotquot illuſtres Perſonas ſub Stemmate Habsburgico tantum floruere connumerabimus.

Apud Domin. Abbas Monaſt. Muren. pag 14. & 15.

Inſignia Habsburgica vetera, & nova.

Tſchudius lib. de arm. nob. famil. Helvet.

GVNTRANNVS.

COMES DE ALTENBVRG, cognomento DIVES.

Vixit Guntrannus Sæculo X. nempe Anno Domini CM. L. ut Gerardus de Roho lib. I. Ann. conſignavit. Filium reliquit Hæredem nomine KANZELINVM.

Generatio Prima.

KANZELINVS.

COMES DE ALTENBVRG.

De hoc Kanzelino, ſicut & de Patre Guntranno, liber Fundationis Monaſterij Murenſis expreſsè teſtatur. Ejuſdem Cœnobij monumenta quatuor filios tribuunt Kanzelino eidem, RADEBOTONEM, Rudulphum, Lanzelinum, & Wernherum, ſeu Wernharium.

Generatio Secunda.

RADEBOTO

COMES DE ALTENBVRG, PRIMVS DE HABSBVRG cognomento CONSTANS.

Idem liber qui ſuprà & commemorationem Radebotonis facit, & ipſi tres filios aſſignat; videlicet Ottonem, Albertum, & WERNHARIVM. Auctor Genealogiæ Fundatorum addidit etiam filiam nomine Richenzam.

Generatio Tertia.

WERNHERVS,

SIVE WERNHARIVS,

PRIMVS COMES DE HABSBVRG, cognomento PIVS.

Quàm juſtè Wernharius Pij cognomentum ſit adeptus, facilè eſt intelligere ex ijs, quæ ex libro Fundationis prolixius de eo commemorat Guillimannus lib. 5. cap. 1. ad quem lectorem remitto. De obitu Wernharij idem liber Fundationis mentionem facit; qui etiam eidem duos filios tribuit, OTTONEM & Adelbertum: & Genealogia Fundatorum addit quoque filiam nomine ITAM.

Generatio Quarta.

OTTO

COMES DE HABSBVRG, cognomento DOCTVS.

De Ottone liber Fundationis continuatâ ſerie duo inter aliqua ſubnectit; unum, quòd per aliquot annos advocatiam ſeu protectionem Murenſis Cœnobij tenuiſſet, alterum, quòd poſt aliquot annos ab Heſſone quodam nobile de Utimberg in domo ſua Butentheim interfectus eſſet: corpusque ejus ibidem in Clauſtro ante Ianuas Eccleſiæ ejuſdem Monaſterij ſepultum.

Generatio Quinta.

WERNERVS II.

COMES DE HABSBVRG.

De iſthoc Wernero in unico duntaxat Inſtrumento Monaſterij Murenſis fit mentio expreſſa, circa finem libri Fundationis. Guillimann. lib. 5. cap. 4. hunc Wernerum erroneè Ottonis Nepotem facit, deceptus uno

Wernero

Wernero Comite de Habsburg, qui in rerum naturâ nunquam extitit. Liberi Werneri in Genealogiâ Fundatorum adnotantur his verbis: *Idem VVernerus genuit* Adelbertum, *Gertrudem de Mampelgard, Richenzan de Fierrito.*

Generatio Sexta.

ADELBERTVS I.

COMES DE HABSBVRG, cognomento DIVES.

Guillimannus loco ſuprà citato aſſerit, Werneri Comitis filium fuiſſe non hunc Adelbertum, ſed Wernherum alterum: idq; probare conatur ex monumentis Murenſibus. At præfatus Abbas Dominicus, qui integram Fundatorum Murenſis Cænobij brevemq; adnotavit Genealogiâ Guillimannum eiſdem quibus alios oppugnat armis funditus expugnat, ut in examine hujus tertiæ ſententiæ fuſius oſtendemus. De Vxore atque liberis hujus Adelberti Divitis eadem Genealogia ſic habet: *Albertus per* Itam *Comitiſſam de Pfullendorff filiam ſororis Ducis VVelph, genuit* Rvdolphvm *& Comitiſſam de Linigen.*

Pro hoc ſolo Alberto Divite certant Romani, Galli, Theutonici.

Generatio Septima.

RVDOLPHVS I.

COMES DE HABSBVRG.

Rudolphus per Agneſam filiam Gotfridi de Stouffen, quod eſt inter Wormaciam & Spiram, genuit Albertvm, Rudolphum, Wernherum, Helvigam, Gertrudem, Uxores Hermanni & Ludovici fratrum Comitum de Froburg: ita Genealogia Fundatorum. De hoc Rudolpho Comite nulla prætereà mentio reperitur in monumentis Cænobij Murenſis.

Generatio Octava.

ALBERTVS II.

COMES DE HABSBVRG, cognomento SAPIENS.

Genealogia Fundatorum, de Uxore & liberis Alberti hæc habet: *Albertus per Heilvvigam, filiam Vlrici Comitis de Kiburg, genuit Albertum, Hartmannum.* Alia monumenta Monaſterij Murenſis addunt etiam tertium filium Rvdolphvm. Ita enim in Faſtis legimus:

Domina Heidvvigis de Habsburg, nata de Kiburg, Comitis Alberti Uxor, & Regis Rudolphi prædilecta Mater, quieſcit in Monaſterio Muri. Quoddam aliud inſtrumentum adducit Auctor, in quo Albertus ipſe Comes Canonicus Argentinenſis & Baſilienſis vocatur.

Generatio Nona.

RVDOLPHVS II.

COMES DE HABSBVRG PRIMVS ROMANORVM REX, ET AVSTRIACÆ SOBOLIS PROTOPARENS.

De hoc Rudolpho, quem Iuniorem, & de Patruo ejus Rudolpho, qué Seniorem appellabant, agitur in quadam Bullâ Pontificiâ Innocentij Summi Pontificis ſub Dat. Lugduni Kalend. Februarij, Pontificatus ejuſdem anno VI. quæ Bulla incipit DILECTIS FILIIS, &c. De tempore quo Rudolphus in Romanorum Regem fuit electus, deque ejuſdem præclaris dotibus & factis extant in pervetuſto Codice manuſcripto Bibliothecæ Muri quędam poemata à coævis decantata, licet aliquanto ſub obſcura & inſulsâ phraſi, quæ hîc ponere ſuperfluum judico. Alibi enim, ac præcipuè in penultimo Gentilitio, ubi agendum de Auſtriaca Pietate Virtutibus ac facinoribus conſpicuis Fortunata, ejus præclara geſta familiari ſtylo enarrabimus.

Unum tamen hoc in loco notandum ex Gerardo de Roho lib. 1. p. 7. Rudolphum ſcilicet Imperatorem natum fuiſſe eodem anno Virginei Partus 1218. eodemque die, quo Berchtoldus Zaringenſium Ducum ultimus è vivis exceſſit, ipſis nimirum Kalendis Maij. Zaringenſis familia inter Germanorum Soboles ac Proſapias nobiliſſimam, ut oſtendimus ex Guillimanno, eadem eſt cum illa Proavorum Rudolphi I. Imp. Comitum de Habsburg. Sicut etiam Gerardus ipſe antequam ſcriberet Guillimannus faſſus eſt loco ſuperius citato pag. 3. Quare juxta hanc tertiam ſententiam rerum omnium Conditor ſapienter benignèque diſpoſuit Zaringenſium Ducum ſanguinis claritatem defectum pati in Berchtoldo extincto quantum ad extrinſecam denominationis notam, ſed quantum ad eſſentiam in Rudolpho affine adeo reviviſcere fecit, ut jam experientia conſtet, illam per totum orbem coruſcantes radios inſtar familiarum Solis mirum in modum emittere.

Gerar. de Roho.

Generatio Decima.

ALBERTVS III.

COMES DE HABSBVRG, CÆSAR AVGVSTVS AVSTRIACORVM PRINCIPVM PRIMVS.

Albertus

Albertus Rudolphi filius ex Habsburgi Comite, I. Dux Auſtriæ, ac tãdem etiam Romanorum Imperator factus; non longè ab Habsburgo interficitur. Rem geſtam, ut memoratus libellus conſentit, exactè deſcribit Gerardus de Roho lib. 2. Auſtriacæ Hiſtoriæ. Mortem Alberti Cæſaris Rudolphus de Liebegge Scholaſticus Beronenſis verſibus planxit; quos ex pervetuſto codice citato hîc adnectere incongruum video. Ab hoc Alberto Cæſare deinceps ordine recto Duces & Archiduces Auſtriæ deſcendunt: quorum Genealogia ſemper apud Hiſtoricos certa & indubitata reperitur. Hæc omnia à libello præfato ſunt deſumpta, cujus Auctor totum ſuum laborem his tantum generationibus X. compaginavit, ac in rebus nonnullis deceptum Guillimannum oſtendit.

EXCVRSVS X.

Tria examina ſuumque pariter judicium circa has tres opiniones de origine Domus Auſtriacæ Auctor proponit.

IUdicem hic agere promiſi, non ad dirimendas lites, quæ uſque ad hæc tempora monſtruosè excreverunt, ſed ad ea examina proferenda, ex quibus tam ego ipſe disquirere ac ſcire poſſem, quam etiam mecum unuſquiſque, quod nimirum harum trium ſententiarum aſſertum probabilius extiterit, quodque ſecurius, ſeu parum conſtans. Quia verò totum meum in hac re judicium ab aliorum ſcriptorum judicijs ortum habuerit, omnes quidem cognoſcent, munus à me ex hac parte aſſumptum, non me cauſarum arbitrum, verùm aliorum placitorum adductorem conſtituere.

Auctoris excuſatio.

Itaque tribus examinibus ea omnia in hoc excurſu adducam, quæ pro eadem re ſufficientiſſima erunt. Primum examen ad principem vetuſtioremque ſententiam, alterum verò ad ſecundam, quæ inter ſcriptores modernos hucuſque magnum nomen nacta eſt, ſed poſtremum ad tertiam, quæ nec ſuis ambagibus caret, pertinebit.

In tres partes Excurſus ſecat.

Examen unicum.

In quo quatuor modis major probabilitas primæ ac capitalioris ſententiæ ſupra ſecundam oſtenditur.

EXamen hujus ſententiæ, poſtquam eam, penè oblivioni demandatam, atque à Neotericis propter ſuos errores fabuloſam dictam, Seifridus fecit iterum reviviſcere, ab illis cenſuris primò deſumendum

Primus modus. eſt, quas ante ejusdem Auctoris operis impreſſionem tam approbatores Theologicæ Univerſitatis Viennenſis, ubi opus illud prælo dandum erat, quam Relatores literis ſuis manu propria conſignatis effecere.

Et quidem ſi de approbatoribus relatoribuſque nobis erit ſermo, hæc impreſſa poſt Cæſaris privilegum ibidem immediatè reperio.

APPROBATIO FACVLTATIS Theologicæ Vniverſitatis Viennenſis.

GENEALOGIAM hanc Auſtriacam, quoniam nihil habet Catholicæ Religioni, aut bonis moribus adverſum; & doctiſſimam & digniſſimam eſſe cenſet Facultas Theologica, quæ typis evulgetur. Cujus nomine ſubſcribo.

Ego CAROLVS HITTENDORFFER SS. Theologiæ Doctor, Eccleſiæ Cathedralis Vratislavienſis Canonicus, & pro tempore ejuſdem Facultatis Decanus.

RELATIO

DE REVEREND. D. JOANNIS SEIFRIDI ABBATIS ZWETHALENS opere Genealogiæ Auſtriacæ Hiſtorico

AD

ILLUSTRISSIMUM, GENEROSISSIMUM, ET Ampliſſimum Sacræ Cæſar. Majeſtatis interius & ſanctius Viennæ relictum Conſilium.

Sebaſtiani Tengnagel, V.I. Doctoris, & Cæſarei Bibliothecarij.

ILluſtriſſimarum Amplitudinum Veſtrarum Decretum (quo mihi Reverendiſs. D. Abbatis Zvvethalenſis perſpectio & cenſura operis Hiſtorici injungitur) manu ex priſco ritu labris admota, venerabundus, uti debeo, accepi; eique è veſtigio obſecutus, antedictum opus accurata animi ingenijque contentione evolui, lectitavi, & à capite ad calcem uſque ſedulò excuſſi. De quo ut judicium liberè inter

ponam meum, Illuſtriſs. Amplit. Veſtrarum, quibus abnuere ſummum nefas, Dictatoria auctoritate compellor.

Genealogiæ itaque Auſtriacæ à Reverendiſs. & Doctiſs. D. Abbate Zvvethalenſi ſummo ſtudio, incredibili labore, atq; omnifaria multijugæ lectionis copia contextæ opus, quo inclitæ, & cœli Soliſque vijs, ut ait ille, conterminæ gentis Auſtriacæ ſeriem ab Anicia & Perleonia familia Romana vetuſtiſſima, nobiliſſiima & ſemper florentiſſima longò deductam ordine arceſſit, dignum omninò, quod in Principum & litteratorum manus exeat, publicique juris quam primum fiat, exiſtimo.

Dignum prædicat Seifridi opus & meritò.

Vulgaria enim opinio, quæ Inluſtriſs. hujus Domûs ſtemma Regum Francorum nothæ & adulterinæ originationi inſerit, ſub Maximiliano I. & Ferdinando AA. Impp. in Stabij, Menlij, Trithemij & Gebuilleri officinis primum procuſa; deinde à Lazio varijs teſſellis incruſtata, falſoque interpolata, magna confuſione, repugnantia, temporum inſcitia, teſtium omni exceptione majorum penuria, & quod familiam ducit, hominum ſuppoſititiorum inſertione laborat.

Contrariam opinionem deridet.

Hæc verò quam R. D. Abbas tuendam atque exornandam ſuſcepit, ante Stabium, & reliquos ſupra enumeratos auctores, vulgari ac trito omnium, atque adeò ipſorum Archiducum ore celebrata, conſtanti famà divulgata, denique auctorum antiquitate, nobilitate, ac eruditione illuſtrium ſcriptis jam inde à Rudolpho I. Habsburgico variè aſſerta, & huc uſque propagata. Nam ut plures inſuper habeam, extant in Bibliotheca Cæſarea, tres veteres non contemnendæ notæ manû ſcripti auctores, qui in hanc manibus, pedibuſque, ut fertur, concedunt ſententiam, eamque ut communem, paſſivam, atque cunctorum auribus linguiſque uſurpatam produnt.

Antiquiorem ſententiã à Seifrido expurgatã, illuſtratamq; celebrat.

Sunt quidem nonnulla, quæ in diſquiſitionem (utpotè in nodo perplexo, & dubia, creperaque ſcriptorum luce veluti per nebulam emicante) acriorem non immeritò vocari poſſunt, de quibus aliquã multi vitilitigatores haud dubiè reciprocabunt. Sed ne Jupiter omnibus ſatisfacit: primus enim hic glaciem, licet lapſanti aliquando fortaſsean pede, ſecuit; & rei Cimmerijs inante tenebris offuſæ, quantum ſcivit, potuitque, Hiſtoricæ lucis ingenij ſui facula adſperſit.

Nonnulla reperiri in opere Seifridi aliquantò dubbia autumat

Qua de cauſa, ut paucis faciam, cùm Reverendiſs. D. Abbas Sereniſſimam hanc familiam, jam diu ſitu ſqualoreque oblivionis, æternis quaſi damnatam tenebris, denuò dias in luminis oras feliciter eruerit, & antiquiſſima, celſiſſima, totiuſque Europæ ſupereminentiſſima Romanorum Conſulum, Impp. Regum, Ducum, Pontificum, Epiſcoporum & diverſorum Sanctorum cognatione ac ſtirpe in multifidos diſſecta ramos præclarè illuſtraverit, ac demùm politioris litteraturæ, cui Doctorum Senatus, & Eques haud dubiè applaudent, non vulgarem è penitiſſimo antiquitatum radiorum conditorio ſplendorem attulerit, magnam ſanè ab univerſa

Eminentiam Anicianæ Sobolis tangit.

ſi huic

Republica Litteraria, Illuſtriſſimæ Amplitudines Veſtræ inibunt gratiam, ſi huic operi, politiſſimi & limatiſſimi ingenij ſui calculum adijcere, & auctorem eruditum, ne diutius hæc monimenta publico invideat, hortari, & curentem, ut aiunt, incitare dignatæ fuerint. Hactenus relatio hæc.

Ex his duo infert Auctor.

Ex quibus omnibus duo poſſum abſque ulla inferre hæſitatione. Vnum eſt, quod licet Seifridus ipſe poſt multam exhibitam diligentiam, nequaquã ita certam inſtauratam ſententiam reddere potuerit, ſicut in ſimilibus veritas hiſtorica deſideraret, ea quin intra opinionis limites remaneret; nihilominus tantam probabilitatem ſuis rationibus, ac veriſimilitatibus eidem contulit, & adeò ab omnibus mendis expurgatam reddidit, ut meritò digniſſima ac doctiſſima ab illo Viennæ Theologorum cætu, & à præfato relatore Sebaſtiano adulterinæ originationi inſerta æmula diceretur, & exiſtimaretur. Alterum eſt, quod nullus bona facie meipſum carperet, ſicut nec quemlibet alium, eo quia huic primæ ſententiæ me inclinatum agnoſceret. Etenim ſi in rebus moralibus tuta erit conſcientia opinioni probabili adhærendo, quanto magis quodlibet ingeniũ in re hiſtorica ſecurum foret id amplectendo, quod rationibus & monumentis oſtenditur, licet cum aliqua formidine de oppoſito?

II. Modus examinis per locum à comparatione.

Poſtea aliundè ſumendum eſt examen hujus ſententiæ, nimirum ab antiquitate inter ſemetipſam & adverſam opinionem, & à comparatione inter ſuos ſcriptores & illos extremæ ſententiæ tam quo ad eorum numerum, quam quo ad eorum auctoritatem. Hoc modo uſus eſt Seifridus ad oſtendendam majorem probilitatem ſuæ opinionis, minoremque alterius oppoſitæ.

Lib. 1. cap. 2.

Explicatis igitur graviſſimorum virorum ſententijs, quas in Auctores adverſariæ opinionis tulere, liceat mihi, inquit, etiam meo arbitrio loqui, & quid de ijſdem ſentiam liberius aperire. Cum ea opinio, quæ Habsburgenſes Principes à Romanis oriundos tradit, ſola ſemper, ut ingenuè profitetur Stumphius, à tempore Rudolphi Primi uſque ad Maximiliani Primi ætatem omnium hiſtoricorum, qui eâ de re ſcripſere, ſuffragijs ſit celebrata, calculiſque confirmata, nullo modo leviuſculæ illæ rationes, quas primo capite recenſuimus, apud prædictos auctores tantum momentum, ac pondus obtinuiſſent, ut in animum inducere debuerint ſuum contra omnem antiquitatis fidem novam eorundem Principum comminiſci Genealogiam, ſi perfectam conſummatamque ejus Romanæ Familiæ, ex qua Habsburgij propagati ſunt, nempè ſtirpis Perleoniæ cognitionem habuiſſent.

Lib. 1. c. 3. in fine.

Hinc pergit ad alteram partem examinis, & ita inquit. Comparatione inter adverſariæ opinionis ſectarios, & noſtræ ſententiæ auctores, (hos ſuperius diſtinctè attulimus.) ipſi potiùs, quam hi vulgi nomine cenſendi erunt, quippè qui noſtris nec claritate generis, nec dignitate, nec auctoritate, nec eruditione, nec fidei integritate ullo modo ſunt æquiparandi.

Quare

Quare tutiſſimum eſſe putat idem Seifridus ſectari hac in re veterrimam opinionem,quæ olim vulgata,& ſola fuit, & hactenus ab eo explicata,quam amplexati ſunt,& celebra vere (procul dubio nixi vetuſtiſſimæ à Majoribus traditioni certiſque monumentis) Maximilianus primus, & Carolus quintus Imperatores, Sigiſmundus Auſtriacus & alij Principes Auſtriç,ut ſuperius oſtenſum eſt.Sed ante Seifridum Arnoldus Wion parag. 6. hanc concluſionem jecit. His igitur auctoritatibus tantorum virorum, eorumque rationibus,nec non & traditione perveteri, jam quaſi ab omnibus receptâ,motus,verũ eſſe exiſtimo,quod ſupra explicandum propoſui. Gentem ſcilicet Auſtriam Habsburgiam, eandem cum antiqua Perleoneâ, Frangipaniâ, Olibriâ, Probâ, Aniciâ fuiſſe. Lib. 1. cap. 11.

III. Modus examinis per reſpõſa ad argumenta adverſariorum.

Tertiò majoris propabilitatis examen hujus opinionis petendum eſt à veritate reſponſionum ad argumenta adverſariorũ, quibus eorum fundamenta diſſolvuntur. Et quidem illud, quo Habsburgios ab Avendô caſtro in voſagis montibus ſito derivari volunt, nullius planè eſt roboris, ac firmitatis. Nam etiamſi hoc gratis concederemus, nihil tamen nobis negotij faceſſet,cum demonſtratum ſit Habsburgios Auſtrios nullo modo genus ab antiquis illis Habsburgicis, niſi fortè maternum duxiſſe. Reſp. 1. ad ar.

Reſp. ad II. arg. Loc. cit. l. 1. c. 2

Ad aliud de inſignibus,ac titulis à fundamentali conſtructione Caſtri Habsburg longè ante per multos años quã Perleones in Alemanniã tranſmigraſſent anteceſſorum Comitum poteſtati tradita(quã de re Franciſcus Guillimannus exultare, ac triumphare videtur) ex dictis patet reſponſio. Nam etſi aliqui primæ ſententiæ ſectarij, quos ſupra retulimus, circa hoc erravere,meliori tamen ſtudio, temporumq; concordantiâ à Seifrido proſpectâ, ac detectâ,oſtenſum eſt,Perleones in poſſeſſionẽ illius ditionis veniſſe ratione connubij, nunquam tamen conſtructores illius Caſtri, unde ſtemmatum gentilitia, Comitatus nomen & prærogativæ jam pridem alijs devenerant, extitiſſe. Concedimus ergò conplura antiquitatis monumenta reperiri, è quibus perſpicuè argui poſſit, Comitum Habsburgenſium memoriam in Helvetiæ oris antiquiorem eſſe, quam ut poſſint à ſtirpe Perleoniæ derivari,non tamen inde neceſſario ſequitur,poſteriores Habsburgenſes Comites,quos graviſſimis, vetuſtiſſimiſque auctoribus à Perleonibus Romanis oriundos tradidimus, ab ijſdem in rectâ & paternâ linea propagatos eſſe: quamvis eandem cum veteribus ab eodem Caſtro Habsburg denominationem actualem uſurpare reperiantur.

Optima comparatio in præſentibus ad convincendum adverſarium.

Quemadmodum enim non rectè colligeret quiſpiam, Habsburgios Auſtrios ex eadem planè proſapia oriundos eſſe, ex qua priſci Auſtriæ, Styriæ, Corinthiæ Duces prodiere,quoniam ijſdem titulis ac inſignibus, quibus illi olim, hi etiam nunc utuntur: ita etiam perperam concluditur,Habsburgios poſteriores,eò quod in nomen ac poſſeſsiones veterum Habsburgenſium Comitum ſucceſſerint, eorundem ſtirpis propria germina eſſe; præſertim cum certorum teſtificatione auctorum ſit comper-

tum, hos ab illis genere planè diverſos fuiſſe. Nam ſucceſsio in nomen ac bona alterius non ſolùm hæreditate, quæ tamen multis etiam hominibus obvenire ſolet; ſed & emptione, donatione, jure belli, alijſque modis acquiri poteſt, quorum plurima obviaque paſsim ſunt exempla, ut ſupervacaneum ſit diutius in his immorari.

Legatur examē III. Ubi tandem adverſarij auctoritate libelli fundatorum Murenſis Cænobij, S. Benedicti in Helvetia ab anteceſſoribus Rudolphi Primi fundati, aſtruunt Albertum divitem Werneri III. Habsburgici filium fuiſſe, non Leonis Maximi Perleonis Romani, Seifridus ſtatim occurrit dicendo. Ac major apud me eſt fides Epiſtolarum Rudolphi Auguſti, cæterorumque quos pro ſententia noſtrà adduximus, auctorum; quam nudæ aſſertionis Murenſis Monachi; qui cum Albertum memoratum Wernero in Comitatum Habsburgium ſucceſsiſſe ex annalibus ac vetuſti Monaſterij ſui inſtrumentis didiciſſet, non dubitavit eundem Wernero prognatum aſſerere, ſed quam incerta ac futilis hæc Genealogiæ inveſtigantæ ratio, quæ innumeris exemplis convelli poteſt, jam ſuperius dictum eſt. Lib. I. cit.

Quorum principalius haud incongruè exiſtimandum venit inſtrumentum quoddam Rudolphi Primi Romanorum Regis, quod Stumphius ex autographo deſcripſit, & cuiusque nos alibi partem ultimam attulimus, ſic ſe habet.

Stumphius alibi datus. Comites de Habsburg, videlicet Rudolphus, Landgravius Alſatiæ, Rudolphus Canonicus Eccleſiæ Baſilienſis, Gotfridus & Eberhardus Fratres ejuſdem Landgravij patrueles. Vniverſis, &c. Noverint igitur quos noſſe fuerit opportunum. Quod cum nos curtes & prædia noſtra in Duetigkon & Slieron ſita, jure proprietatis ad nos & noſtros progenitores pertinentia à prædicta Domina, & Matre noſtra, videlicet prędicti Landgravij Helviga Comitiſſa, cui ipſæ curtes & prædia in recompenſationem donationis propter nuptias titulo pignoris fuerunt obligata, &c. Quidquid juris habemus in prædictis Vniverſis & ſingulis bonis, tam nos quam bonæ recordationis progenitores noſtri Comites, videlicet Albertus mihi Landgravio Pater, nobis tribus Fratribus Patruus, Rudolphus Avus, Albertus Proavus, ratione proprietatis vel infeudationis ab imperio uſque in præſentiarum diviſim vel conjunctim & communiter habuiſſe & poſſediſſe dignoſcuntur, &c. Data Anno Dom: 1259, 16. Nov. Kalend.

Kalen. Novembr. Ind, 3. Alexandro Papa. IV. Romanam Eccleſiam gubernante.

Ubi Seifridus inquit. Hactenus inſtrumentum à Stumphio deſcriptum, quod maximè noſtræ ſententiæ ſuffragari videtur. Nam dum Rudolphus ac patrueles ejus tam curatè genus ſuum repetunt, & non altius quam à Proavo; manifeſtè inſinuaſſe videntur, ſe plures ac vetuſtiores progenitores, qui Comites Habsburgij fuiſſent, & à quibus illa bona ab ijſdem jure partim proprietatis, partim infeudationis ab imperio acquiſita, ſucceſſione & hæreditate accepiſſent, in illis partibus minimè habuiſſe. Certe idem Stumphius in minutis Helvetiorum Annalibus quos poſt Chronicon ſuum limatius edidit, conſcientiæ vi & pondere preſſus, maluit potius paternum dicti Alberti genus ſilentio præterire, quam ex libello Monachi Murenſis ſupradicti, ſicut in Chroncio fecerat, incertum aliquid de eo, aut falſum affirmare. Nam cum à Guntranno, Divite cognomento, uſque ad præfatum Vernerum ſingulorum paternum genus diſertis verbis expreſſiſſet: ubi adhuc, de quo nobis ſermo eſt, ad Albertum pervenit, præter morem ſolemnem atque inſtitutum ſuum, nullam paterni generis fecit mentionem. Quod profectò factitatum ab homine illo eâ de causâ exiſtimat Seifridus, quoniam cum diverſum à priori ſua ſententia de Alberti genere à vetuſtis auctoribus proditum tandem depræhendiſſet, dubius & anceps animi fuit utram in partem concedendum foret.

Lib. 1. cap. 11.

Notandum ſatis ad propoſit.

Quare ſicuti Guillimannus de Volaterrano, ita Seifridus de hoc Murenſi Monacho pronunciat, non ipſi duntaxat eſſe tantam auctoritatem, quæ perſuadeat; quippè qui cum poſterioribus temporibus ſcripſerit, diverſiſque ex inſtrumentis donationum libellum ſuum confarcinarit, facilè eo, quo diximus modo potuit hallucinari. Imò etiamſi certioribus monumentis aliquod indicium reperiri poſſet, quo ſignificaretur Verneri filium fuiſſe hunc, de quo loquimur, Albertum, id tamen potius de filiali adoptione, quam de naturali propogatione interpretandum foret: ſiquidem aliundè certius eſt compertum Rudolphi I. Imp. progeniem, cujus ut viſum eſt Proavus fuit Albertus Dives, originem habuiſſe à Perleonum familia.

Genealogia Monachi Murenſis Cænobij parvifacienda.

Ex dictis patet reſponſio ad Patrem Joannem Gans; qui quæ breviter tetigit in hac materia dubia prorſus videntur, ac parum certa. Quandò inquit apud Belforeſtium quoſdam eſſe, qui Merovæum, illum à Brunnechilde necatum, evaſiſſe dicant, & familiæ Auſtriacæ Auctorem, verum affert. Sed ubi ſubinfert, meliùs meo judicio ſentirent, ſi Merovæũ Theodorici filium à Clothario tanquam patrino ſervatum, atque in Neuſtriam adductum in Gobodo Graffioni commendatum, atque ab eo clementiſſimè nutritum fuiſſe opinarentur: certè poſſet aliquis de Gans judicio idem judicium ferre, quod affert Belforeſtius citatus de illorum opinione,

Reſpondet Auctor ad Joannẽ Gans.

Inquit

liquet:in quos cæca etiã mente,capitalem vetuſtamq; ſententiam fabulis confertam alij prius, erroribus ſupra enarratis innixi ceciderunt. Noluit immorari Spondanus ad illa oſtendenda pigmenta,quorũ artificio Auſtriaca familia,quam jure meritò præclariſſimam ſupponit, nequaquam, ut ipſe fatetur,indiget: & ad multas enarrandas quiſquilias, fictiones, vanitates rebus veris ab alijs chymericè immixtas, aliud eſt enim opus, & officium ab Annaliſtis ſuſceptum,aliud à diſceptatoribus,& defenſoribus. Immoretur ergo (ita inſtanter rogo) aliquis alius in re hac; demonſtret ſi placet, hæc fabuloſa & ementita firmis rationibus, probetque monumentis poſt nova Seifridi argumenta; ut poſſit deindè cum Spondano, Guillimanno, Roho, & alijs de primæ ſententiæ expugnatione victoriam canere, meque cum eodem poſt triumphantem Rhedam catenis vinctum victum ducere.

Alia argumenta adverſariorum ex auctoritate rhythmographi,& ex ratione temporis deſumpta facile reijci poſſunt.

Contra ergo primam,& ſecundam opinionem quoſdam verſiculos de Rudolphi filiarum connubijs afferuntur, quos ſi non deſcripſit Roho,tamen apud eundem Guillimannum ſic ſe habent. Lib.2.cap.3.

Rex Rudolphus & Inluſtris Regina dat Anna,
Natio quod floret jam præ reliquis Alemanna.
Nam Rudolphus & Anna,quibus precor omnibus annis
Vt ſit honos, virtuſque,trahunt genus ex Alemannis.

Poeatarum fides multoties lubrica in rebus hiſtoricis.

Quibus ſic Seifridus reſpondet. Verùm non arbitramur his ſine auctore verſiculis tantum auctoritatis ac ponderis ineſſe, ut propterea ab antiqua illa de Habsburgiorum modernorum genere ſententia diſcedere cogamur, quæ ſola à tempore Rudolphi primi,uſque ad Maximilianum I. viguit,omnium qui hac dere ſcripſere hiſtoricorum calculis roborata; præſertim cum in hujuſmodi rhythmicis verſiculis condendis multa hyperbolica, ac præter veri rationem immiſceri ſoleant, rhythmi neceſſitate urgente: exempli cauſa ut in illo Fuldenſi Monaſterio. Loc. cit.

Antiſtes Lullus, quo non eſt ſanctior ullus.

Et in alijs ſententijs quorum infinitus eſt numerus. Quanquam paternum ejuſdem Rudolphi genus in Germaniam tranſplantatum jam quartum generationis gradum attigerat,ſicut dictum eſt; ut non immeritò Poëta ille exiſtimare potuerit, cæteros etiam ejuſdem progenitores Germanos fuiſſe. Imò ſi & uxoris eiuſdem Annæ,quæ germen fuit Comitum Habsburgiorum,genus paulò altius repetijſſet, illud non ex Alemannis (de paterno enim loquor,non materno) ſed ab Hermanno Veronenſi deductum deprehendiſſet,ut apud Arnoldum Vion legitur,& nos ſupra retulimus,nec inficiatur Lazius. Scio quidem recentiorem Guilli-

Mens Rhytmographi aperitur.

Inſtantia adverſus Seifridum.

mannum contrà ſentire; ſed utitur illo ſuo ſolemni argumento, quod tetigimus, & abſolutè prolatum parum efficatitatis habet. Quare ut Rhytmographum illum vera ceciniſſe ſentiamus, neceſſe eſt ut fateamur, ipſum ſicut de Annæ ita etiam de Rudolphi materno duntaxat genere locutum eſſe, ſiquidem aliundè compertum eſt, utriuſque paternum genus origine Italum fuiſſe.

Sed occur. Auctor.

Hanc Seifridi rationem quo ad genus paternum Annæ memoratæ parui eſſe momenti fortaſſis aliquis, potiuſq; in hoc curandū Guillimannū, diceret, ſi ejus argumenti pondus accuratè diſcuteretur. Reſpondeo auctorem locutum eſſe ſecundum aliorum ſententiam, pro qua ſicut ſolemnis ratio Guillimanni de antiquitate Comitum Habſburgenſium ante commigrationem Equitum Perleonum in Helvetiam ſic abſolutè prolata ab eodem Seifrido parum efficax judicatur (ab ijs enim Comitibus antiquioribus de Habsburg genus tantum maternum traxiſſe Rudolphum probabiliore ſententia ſatis oſtenderat) ita ſanè horum verſiculorum argumentum, cum alij hiſtorici contrarium autument, de paterna Annæ ſobole nihil certi, ac ſolidi concludere rationabiliter arbitratur.

Lib. 1. Ann.

Seifridus argumẽtatur ad hominem contra Roho.

Sed quàm lubrica fides ſit, quæ ejusmodi ſine auctore verſiculis adhiberi ſolet, ipſius Gerardi exemplo Seifridus didicit. Ipſe enim ſcribit, quod dum idem auctor agit de Lauſannenſi congreſſu Rudolphi Imper. cum Papa Gregorio X. relicta communi hiſtoricorum via, qui congreſſum illum anno 1275. conſignatum habent, vulgatos quoſdam verſiculos ſequitur, qui biennio ante eorundem ſummorum Principum conventum Lauſannæ celebratum tradunt his verbis.

Erraſſe Roho hiſtoricè oſtenditur.

Bis ſexcenti ſeptuaginta tresque ſtetere

Anni, Lauſannadum Rex, & Papa fuere.

In Epitome Romanorum Pont.

Verum Gerardum prævijs his pſeudoverſiculis longè à veritatis tramite ab erraſſe, ex ipſius Rudolphi litteris inferius Seifridus oſtendit. Cum enim ex ijs conſtet Pontificem ſoluto illo conventu ſtatim Romam eo conſilio contendiſſe, ut ad proximum paſchæ feſtum Rudolpho ſacrum Imperij diadema impertiret: quo in itinere morbo prægravatus Aretij in Tuſcia vita functus eſt; fatendum omninò eſt, Conventum illum Lauſannæ anno 1265. celebratum: ſi quidem Gregorius diem obijt extremum ut teſtatur Panuinus 4. Idus Januarij vertentis anni nempè 1266. Hæc Seifridus loco citato lib. 1. cap. 4. ubi advertendum in fine illius pag. 22. mendum fuiſſe ſcribę, aut typographi, qui pro anno 1275. & 1276. poſuit 1265. & 1266. abſtulitque ab utroq; tempore annos decem. Quod mendum haud rarò contigit in ſimilibus. Ex rebus enim antecedentibus mens auctoris ſatis clarè demonſtratur atq; ab omni erroris macula exempta:

Loc. cit.

Vbi ſupra.

Dixerat

Dixerat enim ſuperius congreſſum illum inter Rudolphum I. & Gregorium X. ann. Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quinto eveniſſe. Poteſt etiam dici, quod ubi per extenſum advertenter Auctor debitos annos appoſuit, eos deindè ſub illis characteribus Romanis inadvertenter ſignavit, annis decem ſeorſim relictis.

Tandē ſentiamus Franciſcū Guillim. Arnoldo Wioni, ſectario Moderno primæ ſententiæ ita obſtrepentem. Wionis quidem inquit, ut ſunt, ut ſint cætera de Argentinenſi Alberto verba falſiloqua, ubi ſcribit, à Perleonibus Habsburgios proceſſiſſe, cōfirmat Albertus Argentinenſis: Repete ejus ſupra & quæcunque alia. Nuſquam ne per ſomnium Perleonia in eo memoria. Repetamus dicta ejuſdem Alberti ab eodem Guillimanno. Rudolphus, inquit, Comes de Habsburg ex antiquis progenitoribus ab Vrbe Roma traxit originem. Olim namque duobus fratribus perpotentis P. R. occiſionem eliminatis ab Vrbe, propter eorum nobilitatem, Romanus dans cuilibet immenſam pecuniam, ipſos juſſit abire in partes remotas, qui ſe in ſuperiori Germania receperunt. Antiquior autem ad emptionem prædiorum, & munitionum, junior autem in Vaſſallorum multitudinem contendebant. Patre autem eorum poſt aliquos annos filios viſitante, cum vidiſſet Senioris prædia, ab eo empta, ejus prudentiam commendavit: requirens autem Juniori, quid egerit, illum ſe in fortiſſimam quandam munitionem collocaſſe vidit. Et juſſis omnibus Vaſſallis ſuis cum eorum liberis maſculis armatis venire ad montem, ubi Caſtrum Habsburg eſt collocatum, illuc patrem traducens, illam fortium multitudinem oſtendit, quos & omnes eorum poſteros maſculini ſexus ſuæ poſteritati fideles fore ſperaret. In illius ergò animoſa nobilitate gaviſus magnum theſaurum deſtinavit eidem. Ex his itaque duobus Fratribus omnes de Habsburg poſtea proceſſerunt. Ita Albertus, inquit Guillimannus. Secutus Raphael Volaterranus, ſed jam repertâ, nominatâque Romanâ gente. Et tamen Wion Wolfgangum Lazium aſperrimè inſectatus eſt, quaſi quæ contra ſe eſſent callidè diſſimulaverit, neque Alberti, aut Perleonum meminerit; in unum Volaterrannm inſurrexerit, controverteritque. O Virum ſimplicem! qui, quæ

Repetit Auctor Alberti verba in majorem ejuſdē mentis intellectum.

Vbi ſupra cap. 2. ctiato.

Guillimannus carpit Wionem.

quæ ut diximus, nusquam eſſent, fingere ſicuti Wion, neſcierit: prudentem ſi noluerit, & potius Albertum præterire maluerit, quatenus aliud certi non affirmat, quam Româ in Germaniam Perleonios, ſibi, ut Habsburgiæ genti ignotos, & ignoratos adducere.

Lib. 2. c. 2. pag. 39.

Sed alibi idem auctor, ubi agit de Civitatis perantiquæ Vindoniſſenſis excidio poſtremo, de Caſtro Vindoniſſæ, & in eo Romanâ legione, Comitumque prima origine, & quomodo Habsburgienſes Romanæ ſtirpis videri poſſint, mentem Alberti ad hoc probandum tanquam ejus interpres flectit his verbis. Quod ſi eatenus denique Habsburgienſes, ſive Vindoniſſenſes Comites Româ oriundos adfirmant, quatenus Vindoniſſæ, & Caſtri Vindoniſſenſis Comites Præfecti Romani fuêre, ſive à principio Romanorum Imperatorum, eo in loco gubernatores, & Miniſtri, non longè fortaſſe à vero diſceſſerint. Et animi fallor, aut ea Vlrici Khrieg, & Alberti Argentinenſis, & nonnullorum veterum, cum ita ſcriberent, neque Romanæ hiſtoriæ cognitionem aliam haberent, mens & opinio fuit, ſuperinſita vulgo cui nihil admirabile & egregium niſi ex conditoribus Romanis, aut auctoribus. Sed dicendum ſinceriori ingenio ſatis, ac magis proximè tetigiſſe mentem Alberti Argentinenſis Volaterranum, alioſque ſectarios, quam Guillimannum, qui longè nimis, licet perplexo calamo, eandem interpretatur. Idcircò Ioannes Seifridus, poſteaquam oſtenderit, ut ſupra retulimus, ſe multum admirari, nullam Stumphij Guillimannum feciſſe mentionem, cum tamen penè omnia, quæ in hanc ſententiam affert, ab eodem ſit mutuatus; tali modo argumento reſpondet.

Guillimannus aliter interpretatur Albertũ Argentorat.

Sed omninò fallitur.

Probatur ex Seifrido ubi ſupra qui Alphonſum Ciacconiũ pro ſe affert.

Quod, inquit, ad Albertum Argentinenſem attinet, nulla quidem Perleoniæ gentis mentio reperitur fragmento Chronici ipſius, quod Cuſpinianus typis edendum curavit; quia tamen Alfonſus Ciccaonius Biacenſis Ord. Prædicat. & Apoſtolicus Pœnitentiarius, qui in Anacleto II. Pſeudo-Pontifice hanc eandem noſtram ſententiam de origine ſtirpis Habsburgiæ Auſtriæ à gente Perleonia ſequitur, Vaticanâ uſus eſt Bibliothecâ, autographorum feraciſſima, atque Gundelfingenſem ea, quæ de Perleonia gente ſupra prodidit, ab eodem Alberto mutuatum eſſe, non improbabiliter augorari licet; non ſum equidem ad coarguendum tam proclivis, ut ob id Ciacconium malæ fidei accuſem. Contingere enim potuit, aut librariorum, aut typographorum incuriâ, aut etiam deditâ quorundam operâ, ut ſit prætermiſſum in cæteris exemplaribus, quod in autographo invenitur clarè expreſſum.

Confirmatur ratione Seifridi mens.

Quæ quidem opinatio cum à recentioribus adverſarijs non admittatur, parum nobis officit quin dicamus, aliam eſſe Alberti mentem ab ea, quam Guillimannus quaſi vaticinando profert. Nullus profectò ſanæ mentis diceret, Albertum eodem modo ſentire, quo Guillimannus, cum nulla firma ratione probari poſſit; eundem Albertum ita à longè

Le-

Legiones & præfectos Romanorum perſpexiſſe, cum Patris duorumque filiorum exulantium in Alemanniam meminerit præpotentis populi Romani, nomine & cognomine eorum derelicto. Quæ generalis denominatio, cum præcipuam, propriamque horum profugorum ſobolem ſcitu facilem non explicuerit, faciliter in ſuſpicionem nos ducit, ut credamus eam non abſque malitiæ macula ab exemplari expunctam fuiſſe, ne amplius principalior, communiorque ſententia memoriæ poſterum traderetur.

Fateor, multa dubia, multoſque errores à medio Seifridum abſtuliſſe in gratiam primę ſententię, ac propterea facili negotio argumentis adverſariorum ſatisfeciſſe, eamque novarum rationum vi probabiliorem reddidiſſe. Attamen extra fines opinionis eam eduxiſſe, ita ut omnem formidinem de oppoſito ab ea abſtulerit, ac hiſtorica veritate demonſtrativè aſſertivèque probaverit, non auderem affirmare.

Judicium Auctoris circa ſcripta Seifridi.

Ex quo fit manifeſtum, quod nec Seifridus ipſe potuit ita certam antiquiorem ſententiam reddere, quin intra opinionis limites remaneret. Eò vel maximè, quia contra eundem alij ſcripſere, quorum opera nondum poſt multam adhibitam diligentiam ad manus noſtras pervenerunt.

Demùm ultimus modus propoſiti examinis quæri poteſt ab alijs ſcriptorum recentiorum rationibus, qui poſt Seifridum, & expreſsè contra ipſum calamum acuere. Audivi ego à quodam meo amico, quendam Auctorem contra Seifridum ſcripſiſſe, cujus nomen ignoro, licet hucuſq; perquirere curaverim, ut eum habere poſſim, & quidem ſemper fruſtra. Quare ſi nondum adverſarium illum viderim, ſique neſciverim quam ſententiam ſit amplexus, ſecundam ſcilicet, an tertiam, poſſum adhuc ex quadruplici modo hujus exanimis judicium ferre de majori probabilitate primæ opinionis ſupra ſecundam. Et in hoc arbitrio tutus permanere uſque dum præfatum Seifridi oppugnatorem, vel quempiam alium perſimilem ad manus meas pervenerit. Pater Gans citatus nulla facta mentione de Seifrido reſpuit ſuam opinionem, ſed communibus argumentis, quibus eam impugnarunt quotquot ante eundem Seifridum ſcripſere. Unde ſicut mihi perſuadeo hunc Auctorem legiſſe Seifridum, cujus opus Viennæ fuit impreſſum, ita faciliter crediderim, meliores oppugnationes in eum minimè reperire potuiſſe, quibus ejus convelleret fundamenta. Quod ſi verum eſſet, parvi quidem momenti fortiori ratione ſubſequentia aliorum argumenta adjudicarentur, cùm jam omnia adverſariorum antecedentia à Seifrido, & ab ejus ſequacibus ſint ſoluta. Solus unus Abbas Dominicus citatus poeticè Seifridum reprehendit, nomen ipſius tantùm non autem rationem aliquam adducendo, quia antecesſorum ſcriptorum convicijs ſe ſubſcribit, nihil aliud curando.

IV. Modus, & ultimus hujus examinis.

Concludit Auctor majorem probabilitatem I. ſententia ſupra ſecundam

ADDITIO APPONENDA
poſt. 2. §. hujus primi Examinis.

IN Sectione ſecunda excurſus I V. ſub adnotatione V. erroris fol. 123. paragrapho 2. Caſtrum Habsburg ab illo Avendi aliud eſſe, ac properea alios quoq; illius, alios hujus Comites, demonſtrare promiſi. Locus proprius ad hoc efficiendum poſt paragraphum 2. hujus primi Examinis ordinẽ requirebat. Sed quia ejus jam peractâ impreſſionẽ ſolùm hoc adverti, coactus fui per hanc appoſitã additionem promiſſis ſatisfacere. Verùm ut tota vis adverſariorum, quibus adducta ratio fundamentalis eſt, funditùs convellatur, quale ex hac parte judiciũ ferat Franciſcus Roſierius vir Gallus, & in hac controverſia arbiter incoruptus in medium proferre, neceſſarium fore exiſtimavi. *Nec certè, inquit, hic ſubticere poſſum & Auſtriæ & Belgarum Hiſtoricos longè hallucinatos eſſe, cum Habsburgenſium Comitum primariam referunt originem ad nonnullos Auſtraſiæ Reges, illoſque prædicant Avendi Caſtrum in Voſagis Montibus occupaſſe, haud procul à Moſellæ fluminis continenti, qui locus hodie Romarici mons vocatur. Etenim multi aſſentationis potius quam veritatis imaginè ducti, ex Theodoberti Auſtraſiæ Regis conjugio Sigebertum, ſeu Sigisbertum manaſſe ſcribunt, atque ex hoc ceteros Auſtriæ Duces: immò Theodobertum & Sigebertum Avendi caſtrum in bonis habuiſſe.*

Fran. Roſier. to. 5. ſtemm. Ducũ Loth. hiſtoricæ capitali 79.

Avendi Caſtrũ ubi ſitum.

Quantũ ad primũ attinet, certũ eſt ex Annalibus Theodobertũ Auſtraſiæ Regem Brunechildis Conſilio Theodorici Fratris manu nefaria periiſſe juxta Leucos, tandemq; ipſum Theodoricum victorem Theodoberti liberos extinxiſſe, quamvis plerique Sigebertum evaſiſſe ſcribant. Quod an verum ſit, alij judicent. Quod ſi etiam veritate ſubnitatur, hoc unum tamen falſum eſt, Theodobertum, ejuſque Filium Sigebertum Avendi Caſtrum & Comitatum obtinuiſſe. Nam ex hiſtorijis claret, Theodoricum præmiſſum, Theodoberto liberiſque occiſis rectà Metim profectum fuiſſe, ibique Romulphum Romarici Avendi Comitis patrem interfeciſſe, bonaq; fiſco applicuiſſe. Non igitur Theodobertus & Sigebertus jam interempti Avendi Comites extitere. Quinimmò Theodorico cæſo, Aridij Epiſcopi tum cura, tum etiam, gliſcente morbo Brunechildis, Romarico iniquè bona rapta reſtituit. Vno igitur eodemque tempore non fuerunt Avendi Comites Theodobertus, Sigebertus, Theodoricus, Romulphus & Romaricus, ſiquidem erant coetanei, ut ex datis Auſtraſiæ Regum ſuperius deſcriptorum, ac ſequenti diplomate videre eſt, cujus tenorem ſubijcio.

Ubi Theodobertus à Fratre Theodorico interfectus ex Brunechildis conſilio.

Concluſio evidentiſſima.

In

In Nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, Amen.

QVoniam Mundus in maligno poſitus Legitimas fidelium Donationes impiè conatur infringere, idcircò ratio poſtulat, ut ea, quæ pro augumento Eccleſiarum Donata ſunt, nos quoq; rationabiliter confirmare curemus. Noverit igitur omnium Catholicorum tàm præſentium, quàm futurorum univerſitas: quod ego Romaricus Avendi Comes videns viros virtutis voluntaria paupertate, pauperis JESV ſtigmata in ſuis corporibus circumferre, *Et cætera quæ ſequuntur ibidem, & infra.* Factum eſt hoc donum IV. Non. Martij, Anno ab Incarnatione DOMINI 620. Clotario glorioſo Francorum Rege regnante.

Diploma Romarici Avendi Comitis.

Hæc Roſierius, ex quibus non ſolum refelluntur ij qui Theodobertum & Sigebertum Avendi Comites eſſe dixerunt: ſed etiam inſignis mendacij arguitur Lazius, qui tradit Otbertum fictitij illius Sigeberti Filium primum Avendi caſtri conditorem extitiſſe. Cautiùs ſanè Gebuilerus & qui in ejus penè verba juravit Eizingerus, Otbertum non Avendum Caſtrum extruxiſſe, ſed ejus Comitatus titulo primùm uſum eſſe ſcribunt. Quod cognomen, ut ipſi inquiunt, Germani ſuâ lingua interpetrati, primò Avenſpurg, poſtea verum literarum immutatione Habsburg protulerunt. Verùm jam ante Otbertum & Romulphum & Romaricum Avendi Comitatus titulũ uſurpaſſe, ex Roſierio modò audivimus.

Laz. de gentium migrationibus l. 3. ubi agit de Ducibus Francorum, & lib. 7. de Genealogia Landgraviorũ Alſatiæ.

Quanquam ſi vero conſentaneum eſt, quod aſſeverat Lazius, Avendi nempe Comites eoſdem fuiſſe, qui ab alio quoque Caſtro ſuo Comites ab Egeshaim ſunt cognominati, ejuſdemque ſtirpis fuiſſe Leonem IX. Pontificem Romanum: planè adverſarij in magno verbi adulterio deprehenduntur. Nam Comites illos ab Egshaim non Habsburgenſes, ſed Dagsburgenſes dictos eſſe, cùm alij, tùm ipſe Lazius imprudens docet. Lenoem etiam IX. omnes quotquot ejus genus & natalia ennaraverunt ex Dagsburgenſibus Comitibus natum teſtantur. Et quidem Onuphrij Panvini hæc ſunt verba, *Leo Papa IX. Bruno antea vocatus, natione Germanus, Provincia Alſatia, Patrem habuit Hugonem, virum nobiliſsimum, ex Regio Comitum Dagsburgi, alias Egeshaim genere ortum.* Eodem modo Card. Cæſar Baronius *Poſt menſes quinque* inquit, *vacationis ſedis ab obitu Damaſi Papæ, Bruno ex Comite Dagsburgenſi, & Epiſcopo Fullenſi in Leucis, maximo bono totius Catholicæ creatur*

Loc. cit. lib. 8. in Gen. Landgr. Alſatiæ.

Ibid. & in Gen. Ducum Zaringiæ.

De Rom. Pont. in Leone.

Tom. XI. Ann. Eccl. ann. Chriſti 1047. num. 1.

Pontifex, dictusque eſt Leo IX. Sed & ipſe Lazius neſcio quomodo immemor inſtituti ſui, dum alibi incidit in mentionem hujus Leonis IX. antequam ejus opera eguiſſet ad infarciendam commentitiam Habsburgenſium Genealogiam, libero & ipſo veritatis ore profitetur, eundem non ex Habsburgenſium, qui titulus tunc nec dum exſtabat, ſed ex Dagſburgenſium proſapia oriundum fuiſſe. Dum enim agit de Nordmannis, Calabriam in Regno noſtro devaſtantibus, quos Conradus ſaliquus Imperator decretis ſtipendijs ab ultimis Galliç finibus exciverat, hæc de ijſdẽ ſubjungit. Itaque præſidiales milites adſuefacti agri fæcunditate, adſciſcentes multa ex Gallia Nordmannia gentilium millia, utrique Imperatori non ſolum terrori deinceps fuerunt: verùm etiam contempto imperio Domini, qui conduxerat eos, proxima quæque in Apulia loca juris ſui fecère: donec Leo IX. Papa, homo Germanus ex Comitibus à Dagſbergo oriundus, animadverſa quæ inde emerſura aliquando eſſet pernicies, fulmine tactos, bello eos inſuper aggreſſus eſt.

Ibidem lib. 3. In Genealogiæ Ducum Nordmanniæ.

Ita quidem Lazius & verè de progenie Leonis olim: ſed dum ad texendam Habsburgenſium Genealogiam ventum eſt, arderetque cupidine regium Francorum ſanguinem in eam derivâre, adulterato verbo Dagsburg, illud commutavit in Habsburg, Leonemque, Hunnifridi Filium fecit, cujus tamen patrem Hugonem nominatum fuiſſe Panvinus & alij tradunt.

Loco cit. lib. 8. in Gene. Landgr. Alſat.

Examen Alterum

In quo unico tantum Argumento ſecundæ ſententiæ aperiuntur difficultates, propter quas eam debiliter conſiſtere imò funditus corruere adverſarij demonſtrant.

ARgumentum hujus ſecundi Examinis ex malè ordinata Genealogia Habsburgiorum per rectam lineam à Faramundo & Sigeberto deſumitur. Inter hujus Genealogiæ ſectatores Hortentius Pallauicinus Mediolanenſis Soc. Ieſu adhuc vivens idem pro comperto hac tempeſtate ſupponit, dum Merovæum Clodij Crimiti ſive Clodionis ex Francorum faſtis (ut ait) filium, Pharamundique Nepotem vocat. Quam ſententiam neque rationi, neque hiſtoricæ veritati convenire poſſe breviter cum Seifrido dicendum.

Seifr. lib. 1. c. 3.

Omnes penè Galliæ Hiſtoriographi conſentiunt, Clodioni Capillato, qui filius Pharamundi fuerat, nullos fuiſſe hæredes, ſed Merovæum affinem ei in regno ſucceſiſſe. Quod inter innumeros hic relinquendos non ſolum egregiè teſtatum fecit Franciſcus Belforeſtius Nobilis Cominenſis Regiuſque Hiſtoriographus, ſed etiam totam illam Genealogiæ ſeriem à Lazio, ac alijs confictam tanquam à veritate multùm aberrantem, nul-

nulliſque Veterum hiſtoricorum auctoritatibus ſuffultam omninò exploſit his verbis *Anno igitur gratiæ 448. Merovæus factus eſt tutor, & rector cùm liberorum, tùm etiam terrarum & ſubditorum Clodionis: & ideo recipiendus non eſt Lazius in ſuis migrationibus; qui Merovæum Clodionis filium facit, aut ſaltem ex uxore ejus egreſſum, ex commixtione neſcio cujus Belluæ marinæ ſpeciem bouis refigurantis: ita quod à maculis ipſius Belluæ, quibus reſperſus eſt in ortu ſuo inventus; Merbizus linguâ patriâ ſit appellatus. At ſicut narratio eſt fabuloſa, ita & conſequentia eſt reijcienda, cùm nullus antiquorum hujusmodi mendacia unquam excogitarit: Et Gregorius Turonenſis, qui ſub Merovingis vixit, Merovæum Clodionis filium non aſſerat, ſed tantum ſanguine conjunctum; & eadem teſtâtur Aimonius Monachus, qui duo ſunt antiquiores omnium, quos habemus pro ſtabilienda hiſtoria Gallica.* Franc. Belf. contra Laziũ, ſuosq; ſectarios in 1. magnorum Analium volum. lib. 1. c. 2. 4. & 29.

Hæc Belforeſtius, & quidem verè nam Gregorij Turonenſis hæc ſunt verba *Clodio autem miſsis exploratoribus ad urbem Camaracum, perluſtrata omnia ipſe ſecutus Romanos proterit, Civitatem apprahendit: in qua paucum tempus reſidens uſque Suminam fluvium occupavit. De hujus ſtirpe quidam Merovæum Regem fuiſſe aſſerunt, cujus fuit filius Childericus.* Apud Aimonium verò Monachum hæc de eodem Merovæo leguntur. *Poſt hæc Clodione Rege vitâ decedente, Merovæus ejus affinis Regni Francorum gubernacula ſuſcepit.* Quorum etiam ſententiæ ſubſcribit Berardus de Gerardo Nobilis Burdegalenſis in elogijs Franciæ Regum, qui cum de Merovæo agit, hoc eum encomio adornat. Greg. Tur. Ann. Francorum lib. 2. cap. 9. Ann. Franc. lib. 1. cap. 6.

Hunnos & Gothos vicit Merovæus, & orbem
Liberat exitio, haud Clodionis filius, illo
Non minor, at ſimili dignus Patre, magnus uterque. Berardus de Gerardo.

Conſtat igitur horum auctorum teſtimonijs Merovæum non fuiſſe filium Clodionis, ac propterea à Pharamundo ad eum non fieri gradum in recta Genealogiæ linea.

Quis autem verus Merouæi Pater fuerit Auctor appendicis ad Lambertum Schafnaburgenſem indicat, qui tradit eum Merovigum nuncupatum Regem Thuringorum fuiſſe; & ne ipſum de alio quam de Merovæo, de quo nobis ſermo eſt loqui exiſtimes, eundem Dagoberti Regis tritavum fuiſſe affirmat, ait enim; *Anno DC. XXXVII. Dagobertus Rex Chriſtianiſſimus conſtruxit Manaſterium in Erffort, in monte,* Auctor append. ad Lambertum.

quem antiquitus vocavit Meruuisburg, à Merbizo (ſic Merovæum patriâ lingua nominat) *pagano Rege Francorum, qui filius fuit Meruvigi Principis de Thuringia, & tritavus ejuſdem Dagoberti Regis, deletoque paganico nomine, ejuſdem urbis vel Montis S. Petri nomen nuncupavit; ibique monaſticam vitam, ſicut jam pari modo in Felſenburg fecerat, inſtituit.*

Hunc autem Merovigum cognatione junctum fuiſſe Clodioni Francorum Regi quidam Auctor anonymus refert, qui res à Landgravijs Thuringiæ geſtas ſtylo hiſtorico eſt proſecutus; cujus verba citat Arnoldus Wion hunc in modum: *Anno Dominicæ Incarnationis 426. regnante Theodoſio Imperatore Romani nimium cæperunt defluere, & in poteſtate deficere, & Franci cæperunt creſcere. Quapropter Franci ipſos officiarios Romanos undique Franciâ ſcilicet à Rheno uſque ad mare occidentale expulerunt, etiam aliquos occiderunt, & ſibi iteratò inter ſe Regem creaverunt. Qui in brevi tempore omnes Provincias Galliæ à mari uſque ad mare ſuo ſubjungavit imperio. Hoc audientes Thuringi, de altera parte Rheni habitantes ad orientem de Conſilio Regis Francorum, Merovigum cognatum Regis Francorum, in Regem ſibi elegerunt, qui Caſtrum conſtruxit in monte, ubi nunc eſt Monaſterium S. Petri in Erfordia, & Caſtrum propè Erfordiam, ubi nunc eſt Eccleſia S. Dioniſij, quod vulgares nominant Meruversburg. Poſt Meruvigum regnavit in Thuringia Baßinus, cujus uxorem duxit poſtea Hildericus Rex Franciæ.*

Arnol. cap. 4. in opuſculo §. 3.

Ex his igitur manifeſtum eſt, & teſtatum prædictos auctores non potuiſſe in recta Genealogiæ linea gradus à Pharamundo ad Merovæum deducere: ſiquidem hic non illius Nepos, ſed duntaxat ex latere cognatus fuit; cujus cognationis intuitu Clodioni filio Pharamundi, cum is legitimo hærede careret, in Regno Francorum ſucceſſit.

Quæ ſeries jam ſemel in Merovæo contexta ab adverſarijs, ſed re vera non recta, ſed interciſa, altero exindè atque majori intervallo, in fictitio illo, ſeu ſpurio Sigeberto mutila hiulcaque apparet.

I. Argument.

In epiſt. dedicatoria.

Probatur primò Argumento ad hominem hoc modo. Confitetur Lazius Sigebertum ſuum filium Theodoberti fuiſſe, quem tres liberos, unáque ſpecioſiſſimam filiam etiam habuiſſe teſtatur. Peribetque, Clotharium & Guntrannum unà cum ſorore vinculis conſtrictos, Metim miſſos eſſe, ibique ab Avia Brunichilde crudeliſſimè necatos: Merovæum verò parvulum in ipſo prælio ad Tolbiacum, in quo Pater captus eſt, juſſu Theodorici apprehenſum, & ad petram alliſum ſcribit. Ubi ergo Sige-

ber-

bertus? Nam ſi idem is fuit, qui Merovæus, aut Clotharius, aut Guntramnus, jam ex Lazij ipſiuſmet confeſſione conſtat, Sigebertum Theodorici & Brunechildis manus non evaſiſſe: Si verò diverſus fuit, fateatur neceſſè eſt, Theodobertum quatuor filios habuiſſe. Cum igitur alij omnes, præſertim Galliæ Hiſtoriographi, tres duntaxat filios habuiſſe Theodobertum tradant, undè quartus ſurrepit Sigebertus? quibuſque auctoribus hunc à mortis diſcrimine ſervatum aſſerit? cum antiquiores annales conſignatum habeant, univerſam Theodoberti ſtirpem radicitus exciſam fuiſſe, ne quis ſupereſſet, qui patris mortem ulciſceretur?

Lazius ſibi ipſi contrarius.

Reſpondet Lazius, Gregorium Turonenſem, & Aimonium Monachum vetuſtiſſimos Francorum Chronographos harum rerum habere auctores. Magnæ ſanè auctoritatis & integræ fidei ſunt hi teſtes, quos dum Lazius profert, non ad ejus placitum confirmandum affert, ſed magis ac magis ad illud infirmandum; imò ad oſtendendum, quod ſicut ipſi nihil ſuper hanc rem propterea attulerunt, ita ejus opinio omni veritatis lumine caret: omnique fide: Quę tunc ſanè ſine ſpe iterum reſurgendi miſerrimè corruit, quando putat vanè alienis adminiculis fulciri. Nam Belforeſtius & Roſierius Gallicanam conſcribendo hiſtoriam, diligentiſſimè omnia antiquitatis monumenta ſunt perſcrutati, ſummoque ſtudio Turonenſem, & Aimonium evoluerunt: & tamen ingenuè fatentur, ſe nihil in ijs reperijſſe, quod ad Lazij ſtabiliendam opinionem quippiam ponderis videatur afferre. Arnoldus etiam Wion non ſolum Gregorium & Aimonium, ſed etiam Auctorem appendecis ad Gregorium maxima diligentia perlegit, nec tamen quidpiam eorum, quæ Lazius horum auctoritate aſtruit, potuit invenire.

Lazij reſponſio.

Belf. cit. Roſierus.

Arnol. VVion.

At quid, addit Seifridus, cum tam apertò, ac impudenti mendacio diutius digladiamur? denudemur tandē *fundamentum eius uſq; ad collū*, caputque ei à cervicibus amputemus. Quo enim pacto potuit aut de Theodoberti cæde, aut de Sigeberti exilio quicquam ſcripſiſſe Gregorius Turonenſis, qui jam ante annos ferè octendecim, nempè circa annum Domini 595. è vita exceſſerat? cùm Theodobertus à fratre captus & juſſu Brunechildis cæſus eſt, quæ cædes juxta Baronij ſententiam incidit in annum Chriſti 613.

Iterum objurgatur Lazius, & mendacio convinitur à Seifrido.

Probatur ſecundò. Cardinalis Baronius, qui totos trigenta annos in evoluendis & perluſtrandis veterum ſcriptorum voluminibus conſumpſit, antequam annales ſuos Eccleſiaſticos in publicum ederet, quique accuratiſſimè non ſolum ex Aimonio, ſed etiam ex Jona Monacho, qui vitam S. Columbani conſcripſit, alijſque compluribus utriuſque cædem, nempè Theodoberti, & Theodorici, proſequitur; non ſolum nullius Sigeberti, qui neci ſubtractus ſit, facit mentionem; verum etiam una cum alijs Hiſtoricis tradit, Brunechildem ſæviſſe in filios Theodoberti, eos omnes neci tradentem. Nimirùm S. Columbani vaticinium erat implendum,

Series Regum Auſtraſiæ in Sigeberto duplici argumento mutila penitus oſtenditur.
Baron. tom. 8. Ann. Eccl. Jonas in vita S. Colūbani cap. 11, 12. & 18.

plendum,qui ſicut apertè prædixit Deum Theodorici ſtirpem funditus eradicaturum: ita etiam non obſcurè ſignificavit, Theodoberti progeniem omninò delendam eſſe, ut Clotharius trium regnorum Monarchia ſolus potiretur. Hæc omnia à Seifrido deprompſi, ex quibus etiam ſuum circa hanc ſententiam judicium varijs modis proferam.

Lib. 1.cap. 2. in calce.

Itaque, inquit,cum animo ſtaret fixum, hujus novæ opinionis ſectarios aucupari ſuorum Principum gratiam, eorumque ſtemmata longo ordine recenſere,pictoſque,ut Poeta ait, oſtendere vultus, quia hoc per Perleoniã familiam commodè præſtare non poterant,cùm propter ignorationem antiquitatis, & prærogativarum illius familiæ; tum propter indiligentiam (quâ maximè notatus eſt Lazius à Belforeſtio, & alijs) in rebus quæ ad decus & honorem Patriæ ſuæ ſpectabant, indagandis; Viam ſibi per fas & nefas in Genealogiam Regum Galliæ à Gallicis ſcriptoribus jam contextam aperuerunt, ut ſine magno labore & ſtudio avita Regum inſignia,regaleſque faſces, quibus progenitores Perleonum caruiſſe exiſtimabant,in gentem Habsburgiam Auſtriam derivarent.

Pag. 34.

Sed propè finem capituli 6. ejuſdem libri primi poſtquam in paragrapho penultimo adeò viæ ſuæ Duces habuiſſe Arnoldum Wionem Belgam Duacenſem Monachum Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſſinenſis, alias S. Juſtinæ de Padua (qui de Genealogia Principum Auſtriacorũ controverſiam illa ſua ætate præ cæteris,quos ipſe vidit,ut ait, fuſiùs accuratiuſq; pertractavit) ac manuſcriptum hac de re commentariolum Hieronymi Bardi, cujus alibi meminit, ut tandem maxima ex parte libero pede ſe incedere teſtetur,hæc alia demùm protulit.

Dives Seifridi Arnoldus, & Hieronymus Bardi.

Ibid. in fine.

Hanc igitur de Familia Habsburgia Auſtria ex Perleonia ſtirpe profecta, tantorum virorum ſuffragio & teſtimonijs probatam, confirmatamque ſententiam, quis non jure illi antependendam duxerit, quæ nulla veterum auctoritate nixa, ſed duntaxat leviſſimis quibuſdam conjecturis fulta gentem Habsburgiam Auſtriam ex Gallicano Regum ſtemmate ortam eſſe comminiſcitur: renuentibus etiam Belforeſtio & Roſierio præcipuis noſtri temporis Galliæ Hiſtoriographis,qui Galli cum ſint, gloriarique meritò deberent, Sereniſſimam Domum Auſtriacam ex Francorum Regum ſanguine propagatam: profitentur tamen ingenuè ſe nihil invenire potuiſſe pro hujuſmodi Genealogia ſtabilienda, quod ſatis ex fide ab ejus aſſertoribus traditum eſſe convincatur..

Loco cit. 1. lib.

Vltima amaraque Seifridi objurgatio in Lazium,ejuſq; Comites.

In ep. dedicatoria.

Hinc demùm ad finem cap. 3. hæc annectit.Videſne igitur, amice Lector, quo ſtudio, & qua fide Lazius, cæterique ejus ſectæ Comites ſine verſati in celebranda nobiliſſima familia Habsburgia ? ut nimirum controverſum ſit, laudarene eam inſtituerint, an potius vituperare? Quæ enim hæc laus à generis Nobilitate, eos gentis Habsburgiæ progenitores per quos maximè Regium Francorum ſanguinem in eam derivare volunt, aut fabuloſos, aut ſpurios fingere? nam diſertis verbis Lazius Theodoberturn

tum

tum illegitimo procreatum thoro aſſerit, quod tamen falſum eſſe Belforeſtius annotavit; neque verò melioris notæ fuiſſe Sigebertum exulem, ſi tamen unquam fuit, ex dictis eſt manifeſtum.

In magn.ann. Franc. lib. 1. c. 28. & 29.

Valeat ergo, claudit, Lazius cum ſuo fictitio Sigeberto, laudatiſſimamq; Domum Auſtriam hac ſua ſordida laude laudare deſiſtat, quæ etſi vera, & non ficta eſſet, potius tamen reticenda, quam commemoranda foret. Hactenus Seifridus.

Cui ex meo rudi ingenio nullam aliam cenſuram afferre potero, niſi tantum illam, quam ſuperius attuli: Nimirum primam ſententiam minoribus carere ambagibus, ſed maioribus gravioribuſque implicari ſecundam, quæ cum tot habeat ſectatores ante & poſt Seifridum, licet non tanta auctoritate, ac probabilitate potiatur, minus temen probabilis gratis dici poteſt. Eo vel maximè quia Seifridi rationes etiã poſtquã Volaterrani, Arnoldi Wionis, nonnullorũq; errores (propter quos prima ſententia nomen perdidit, ac inter fabuloſa figmenta à ſcriptoribus fuit collocata) feliciter detexit, non adeo ſunt certæ, ac indubitatæ, ut aliqua tergiverſatione oppugnari nequiverint.

Et ut verum fatear, ſi juxta Canonicas, ac Civiles leges Juriſconſultoſque in rebus Hiſtoricis major fides preſtanda eſt (quemadmodum ſuperius diximus) monumentis marmoreis, quam Auctoribus quibuſcumque, quam ſcripturæ cuilibet; cum nec unum ſimile monumentum ac Perleonum memoria afferatur, ad comprobandam omninòque muniendam, ſtabiliendamque primam ſententiam, eſſerendum conſequenter venit, eam tantum opinativè, non verò aſſertivè tenendam.

In ſtemm. 3. &c.

Inſtrumenta quæ Seifridus adducit, ac Rudolphi Epiſtolas non adeo cõvincunt, ut alium ſenſum ab illo quem ipſe profert minimè admiſerint. Ejus conjecturæ, ac veriſimilitates perſuadent ſanè hiſtoricam veritatem, ſuper eam fundandam, ubi aliud nobis certius nequaquam occurrit, ſicut ipſe ſupponit: Attamen non ſemper hæſitationes omninò tollunt ita ut nec poſſit aliquis vel eas ſolvere, vel impugnare. Certum eſt indubitanter, Perleones Frangipanes in varias extra Italiam partes ſe tranſtuliſſe, & propter varias occaſiones ac diverſis temporibus. Certum quoque eſt mattimonia contraxiſſe, familiaſque inſtituiſſe, ac ſobolem propogaſſe;

ſed fuiſſe in Helvetia duos Petri Leonis filios, quorum alter cum filia ac hærede Wernheri ultimi Comitis de Habsburg matrimonium contraxerit, ac in poſſeſionem Comitatus pervenerit, probabile eſt, ac veriſimile eo modo quo diximus, & non alio. Demum antiquitas primæ ſententiæ, concorſq; plurimorum Actorum ſcriptorumq; haud contemnendæ authoritatis nihil aliud ei preſtare valent, niſi id quod poſt ejus expurgationem, â Seifrido dilegenter, feliciterque peractam, idem Auctor præſtitit. Qui, ut teſtati ſumus, eam probabiliorem ſupra ſecundam reddidit; at non adeo certam tutamq; ut hiſtorica veritas extra omnibus ambagibus ſalva, & incolumis in ipſa conſtiterit.

Examen poſtremum

Quid de Tertia Sententia Opinandum.

QUidam amicus meus miſit ad me Anno præterito 1652. breve opuſculũ, prælo datum Conſtantiæ apud Joannem Geng Typographum Epiſcopalem Anno 1651. Quod prius nondum Anno integro elapſo, ab alio amico M. S. ſine Auctoris nomine acceperam. Ejus Titulus.

Origo & Genealogia Glorioſiſſimorum Comitum de Habsburg Monaſterij Murenſis Ordinis S. Benedicti in Helvetia Fundatorum.

Ex antiquis, & authenticis ejuſdem Cœnobij monumentis à Guntranno Divite uſque ad Albertum Cæſarem rectâ, & nunquam interuptâ lineâ ſuccinctè quidem, & clarè demonſtratur. Auctore D. Dominico dicti Monaſterij Murenſis Abbate, ad Sereniſſimos Habsburg Auſtriacos Principes. Conſtantiæ, &c.

In

IN prooemio ejuſdem opuſculi hæc Abbas ille advertit. Quot & quam diſcordantes opiniones hactenus in lucem prodierint de origine ac Genealogia Habsburgi Comitum, vix, inquit, credo doctiorũ eſt aliquis, qui ignoret. Refutare ſingulas, quas vel referre piget, ſupervacaneum exiſtimo: illud duntaxat generatim aſſeveraſſe ſufficiat, nullum hucuſque in tanto numero quantumvis perſpicacem Indagatorem fuiſſe repertum, qui hanc materiam abſque vitio pertractaverit. Nam præteritis illis, qui figmentorum & fabularum coacervatione riſum potius, & contemptum excitarunt, quam illuſtrem ac ſempiternam Habsburgi Comitibus Domum: Sane Lazius cum aſſeclis ſuis & originem ignorat, & Genealogiam haud ex omni parte perfectam continuat.

Verba Abb. Dom. citati in proœm. ſui libelli.

Gerardus de Roho Genealogiam rectè quidem deducit, ſed de origine hæſitat, & in alijs quibuſdam impingit, ut facilè animatvertet, qui hæc noſtra cum ejuſdem hiſtoria Auſtriaca contulerit. Franciſcus Guillimannus etſi originem in archiuo Monaſterij noſtri Murenſis olim deprehenderet, Genealogia tamen adeò infeliciter contexuit, ut Habsburgienſes Comites ſtirpitus de terrá ſuſtulerit, hodieque nihil eorum ſuperſit, niſi nominis memoria, velut ſuo loco perſpicuè probabitur. Hæc Monacus ille, qui nec à varietate, nec ab infelicitate liberam hanc tertiam opinionem effecit, licet quidquid præfatis ſcriptoribus (qui ſi adhuc viverent, contrarium abſque dubio adverſus ipſum afferre ſatagerent) defuit, ſibi ſuæque arroget Genealogiæ, quam propterea nos ab eo, alijs rejectis, ſuperius reſcripſimus.

Loc. cit. lib. 1, pag. 3.

Carpitur Guill.

Quamobrem qui genealogicè de Gente Habsburgica tractavere, recurrendo ad Murenſe Cænobium, à Comitibus de Habsburg fundatum, locupletatum, in quo (ut fatentur) eorundem Comitum antiquæ authenticæque memoriæ aſſervantur, non ab alijs ſuas mendicaſſe relationes (ob quam rem ſæpenumero vel propter librariorum incuriam, vel propter ſcriptorum hallucinationem, vel propter aliquid aliud hiſtoricam veritatem non ſolum diminui, verum etiam labefactari contingit) ſed ab ipſo fonte hauſiſſe ſe jactitant. Et nihilominus hi quoque non omnes pari claritate rivulos, quos ab eo ſumpſerunt, paginis demandavere, cum inter ſe, aquas deturbando, in nonnullis diſſideant. Poteſt quidem eſſe, quod fons ipſe alijs defæcatus, alijs verò cenoſus, ſe ipſum transformando, exhibeatur. Vnde haud obſcurè colligimus, quod ejuſdem Cænobij monumenta, ſcripturæ, Inſtrumenta, & cætera hujuſmodi vel malè in aliquibus fuerunt adnotatæ, vel aliquot mendis, ac vitijs labefactatæ. Id quod fortaſſe potuit contingere in generatione Alberti Divitis, quem genere Romanum prima opinio

Varijs de cauſis veritas hiſtorica paſſim diminuitur.

contendit, alia verò Gallum ex Francia Orientali per Reges Auſtraſiæ hæc autem tertia Germanum facit, ac utramque commemoratam deriſoriè contemnit.

Ut hanc diſcrepantiam inter hos fontales Genealogicos probem, ſanè non gravabitur lector meus, imò magis inſtruitur ad clariorem ſupradictarum rerum intellectum, ſi inter cætera, quæ in Guillimannum profert citatus libellus, in hoc loco id afferam, quod à ſexta deſumptum eſt Generatione. Franciſcus, inquit, Guillimannus loco ſupra citato aſſerit WERNHERI Comitis filiũ fuiſſe nõ hũc de quo agimus, ALBERTVM, ſed WERNHERVM, idque probare conatur ex monumentis Murenſibus: ſed quam feliciter audiamus. Non me fugit, inquit, quī hactenus Habsburgienſium originem ſtemmaque prodidere, omnes WERNERVM III. hunc WERNERO II. natum ignoraſſe, aut utriuſque nomen vitamque in unum contuliſſe, patrem filiumque eundem putaſſe. Major apud me fides libelli fundatorum Murenſis Monaſterij, ſuper antiqua Inſtrumenta. Is libellus expreſſim WERNERO OTTONIS filio non ADELBERTVM, ut illi, ſed WERNERVM, iſtum ſcilicet, quem proponimus & RVDOLPHUM tribuit filios, hoc eodem porro WERNERO ALBERTVM natum. Sic enim Genealogiam ducit, cum OTTONEM, & ex eo genitum WERNERVM memoraſſet. ITA de Tierſtein, ſive Homberg genuit WERNERVM, & RVDOLPHVM de HABSBVRG. Idem WERNERVS genuit ADELBERTVM, Gerthrudem de Mimpelgart, Richenſam de Fierrito.

Hæc Guillimannus, quem virum ſanè preſtaret, aut Monaſterij noſtri Murenſis archivum nunquã luſtraſſe, aut ea, quæ inde hauſerat, maiori ſtudio curã, & fide tractaſſe: nam vel unico iſthoc tam pernicioſo errore parum abfuit, quin antiqua, & authentica ſcripturarum documenta, quibus ubique in ſuis Habsburgiacis utitur & gloriatur, viris doctis de veritate ſuſpecta redderet. Sed adſcribamus hic integram Genealogiam Fundatorum, quam ſupra promiſimus, ut Guillimannus eiſdem, quibus alios oppugnat armis expugnetur. Ea libro Fundationis vetuſtiſſimo præmittitur cum hoc titulo.

Gen. 6. à pag. 85. uſque ad 99

Verba Guillimanni affert auctor.

Audiat Guillimannus, vel eorum ſectatores ſuperſtites, ac retundent hæc flagella, ſi poſſent.

Conatur hic Abbas Guillimannũ, ac Guilimanniſt. ſuiſmet armis expugnare.

ISTA EST GENEALOGIA NOSTRORVM PRINCIPVM.

THeodoricus Dux Lotharingorum, & Chuno Comes de Rinfelden Fratres fuerunt. Horum ſoror fuit ITA Comitiſſa de Habsburg reparatrix hujus Murenſis Cænobij. Genuit autem Theodoricus Gerhardum Ducem. Ille vero genuit Gerhardum de Egisheim patrem Vdelrici & Stephani. Chôno Comes de Rinfeldem genuit Rudolphum Regem.

Regem. Et ille genuit Agnetem matrem Cunradi Ducis. Ita de Habsburg genuit VVernhervm Comitē & Richenzam ſororem ejus de Lenzburg. VVernhervs genuit Ottonem, & Itam de Tierſtein. Otto genuit VVernhervm & Adelheidem de Huneburg. Richenza de Lenzburg genuit Arnoldum. Chôno Comitem VVernhervm de Baden. Rudolphus genuit Hunbertum, Vdalricum, Arnoldum, Rudolphum, & ſorores eorum. Arnoldus etiam de Baden Filius Richenzæ de Lenzburg genuit Richenzam de Chiburg. Ita de Thierſtein, ſive Homberg genuit VVernerum & Rudolphum de Habsburg. Idem VVernhervs genuit Adelbertvm, Gerdrudem de Mumpelgard, Richenzam de Fierrito. Albertvs per Itam Comitiſſam de Pfullendorf Filiā ſororis Ducis VVelph genuit Rvdolphvm, & Comitiſſam de Linigen. Rvdolphvs per Agneſam Filiam Gotfridi de Stoffen, quod eſt inter VVormatiam & Spiram, genuit Albertvm, Rudolphum, VVernherum, Helvvigam, Gerdrudem, vxores Hermanni & Ludouici Fratrum Comitum de Froburg. Albertvs per Heilvvigam Filiam Vlrici Comitis de Chiburg genuit Albertum, Hartmannum. Sed Rudolphus Fratrer dicti Alberti per Filiam Lutoldi de Regenſperg genuit Gotfridum, VVernherum, & alios quàm plures.

Hunc Albertum alij genere Romanū, alij verò Gallum faciunt.

Ab hac advertētia, & ex ſequēti etiam ſumuntur arma contra Guillima, qui ex ſua deceptione oſtenditur deductor Rudolphi I. Cæſaris nō à genere Habsburgico paterno, ut ipſe contendit probare, ſed materno tantū per Itam Habsburgicā Comitiſſam de Tierſtein, Comitis Rudolphi uxorē. Sumūtur etiam arma cōtra Petrum Mantuanum, & Spōdanum ſuperius in ſect. III. Exc. III. adductos.

Pro clariori intellectu hujus Genealogiæ obſervandum in primis eſt, quod quidam anonymus de eadem accuratè notavit in hæc verba: Actorum (hos Librum Fundationis nuncupamus) Collector, quamvis anonymus fideliſſimus ſanè ac certiſſimus auctor Monachus fuit Murenſis Monaſterij, vixitque ante annos ferè quingentos: nimirum, ut ipſe teſtatur, ſub Kanzelino Abbate, de quo ibidem agitur in Inſtrumentis annorum 1128. & 1132. Scripſit autem, ut videtur paulo poſt obitum Adelberti Comitis circa annum plus minus 1142. Monuitque poſteros, ut ſicut ipſe quæ vel ante eum vel ſuis temporibus huic ſanctæ Eccleſiæ collata fuerant deſcripſerat: ſic & illi facerent, qui poſt ipſum venturi erant. Vnde non vana forte fuerit eorum conjectura, qui Genealogiam Actis prefixam non unius tantum authoris fuiſſe dixerint, ſed duorum. Quorum prior fuerit, vel idem actorum ſcriptor, vel alius ejuſdem Cœnobij Monachus ipſi coætaneus, qui Genealogiam duxerit uſque ad Richenzam de Fierrito, quæ idem ſæculum non longè exceſſit: ubi ſtemmatis pars prior non incommodè conſtitui poterit. Rectè enim partem alteram ſeu ſupplementum conficient, quæ ſubſequuntur ab Alferto marito Itæ de Pfullendorff & deinceps diverſo omnino ſtylo, & ſpeciali loquendi formula conſcripta (per Itam, inquit per Agneſam, per Helvvigā, per filiam Lutholdi &c.) quæ Continuatorem potius redolent, quam primitiuum auctorem, qui priorem partem verbis diverſa prorſus ratione conceptis traduxerat, fœminas ſemper maritorum cognominibus potius quam paternis ac Gentilitijs diſtinguens. *Itam* videlicet de *Habsburg*, *Richenzam de Lenzburg*, *Itam de Tierſtein*, *Adelheidam de Huneburg*,

Duo fuerūt Auctores qui acta Murenſia ſcripſerunt, ut optima conjectura colligitur.

Diverſo tamen ſtylo ſcripſere de Comitibus de Habsburg.

Richenzam de Chiburg, Gerdrudem de Mumpelgart, & Richenzam de Fierrito. Quod continuatori non ita placuiſſe conſtat, cum aliam dictionis formam uſurpare maluerit. Quot verò tempore continuator ſuum Genealogiæ ſupplementum attexuerit, hinc colligi videtur, quod inter liberos ALBERTI & HELVVIGÆ duos tantum filios ALBERTVM & HERMANNVM recenſeat, omiſſo tertio ab anno 1242. paſſim celebrato, qui nunc vel nondum natus vel inter hujus Eccleſiæ benefactores nondum referri meruerat, ſaltem Monachis nondum innotuerat. Quamob rem paulò ante annum 1240. adſcriptum fuiſſe hujuſmodi ſtemmatis ſuplementum non immeritò conijcere licebit. *Hæc ille.*

Quare cōtinuator Genealogiæ Com. de Habs. reliquit tertium fratrem Alberti, & Hermanni.

Hoc notandum hallucinationē ſupradictorum ſcriptorum planè oſtendit.

Sciendum prætereà, in hac Genealogia ex profeſſo quidem Comitum de Habsburg originem & ſucceſſionem deduci, una tamen etiam aliorum quorundam lineam gentilitiam inſinuari: nempè Comitum de Lenzburg, de Baden, de Tierſtein propter Comitiſſas de Habsburg, quæ harum familiarum Comitibus matrimonio junctæ, eorundem quoque maritorum cognominibus appellari conſueverunt. Sicut enim in hac Genealogia Ita Lotharingia dicitur de Habsburg, non quod Comitem de Habsburg patrem habuerit, ſed maritum putà Radebotonem, ſic etiam Richenza vocatur de Lenzburg, & alibi de Baden, quod Virici Comitis de Lenzburg & Baden conjux fuerit: erat autem filia RADEBOTONIS, & ſoror WERNHERII Comitis de Habsburg. Demum alia ITA nominatur de Tierſtein, ex quo ſuſcepit duos filios, Wernherum & Rudolphum de Habsburg, ſic dictos à ſtemmate paterno Itæ Matris, quæ fuit filia Wernharij, ſoror autem Ottonis Comitis de Habsburg. Ex his quaſi digito demonſtrari poteſt Guillimanni lapſus, dum VVernhero Comiti de Habsburg Ottonis filio, non Adelbertum, ut nos, ſed VVernherum Itæ Tierſtein filium ſupponit, cum tamen Ita de Tierſtein ſoror fuerit Ottonis Comitis de Habsburg. Fefellit credo Guillimannum pronomen IDEM qui ratus id VVERNHERVM immediatè præcedentem indicare, non advertit ibi ad Auctore Genealogiam Comitum de Habsburg propter Comites de Lenzburg, de Baden, de Tierſtein interruptam reſumi, ac deinceps ordine deduci uſque ad Albertum & Hartmannum fratres Rudolphi Regis Romanorum, dicendo: IDEM VVERNHERVS (id eſt Ottonis filius) genuit ADELBERTVM, *Gerdrudem de Mumpelgard, Richenzam de Fierrito, &c.* alioqui in VVERNHERO Ottonis filio Habsburgicæ familiæ proles maſcula prorſus defeciſſet. VVernherus enim iſte quem Guillimannus lineæ Habsburgicæ interſerit, non fuit Comes de Habsburg, ſed, ut dictum, Comes de Tierſtein & per conſequens etiam ADELBERTVS, ſi ejus Filius, ceterique omnes qui longiſſima ſerie ſibi mutuò ſuccedunt Comites, Principes, Duces, Reges, Imperatores uſque ad Ferdinandum Tertium, nunc Romano orbi glorioſiſſime Dominantem.

Ita Lotharinga de Habsburg propter Patrem Radebotonem.
Richenza Habsburgica vocatur de Lenzburg, & alibi de Baden propter virum ſuum.
Alia Ita Habsburgia dicitur de Tierſtein ubi maritus ejus Comes erat.
Lapſus Guillimanni aperitur.
Modus dicendi cōtinuatoris declaratur.
Hūc VVernherū Comitē de Tierſtein, & filiū Rudolphi Itæ Habsburgicæ de Tierſtein mariti, inſervit in ſua Genealogia Guillimannus, & ideò maximè hallucinatus eſt: & cum ipſo Matthæus Mantuanus, & cū hoc Hēricus Spōdanus.

tem, paterno ſtemmate ex Comitibus de Tierſtein deſcendunt. Quis credat? imò quis non indignetur? Abſit enim, ut Habsburgica Domus tot invictiſſimorum Heroum procreatrix ulla vi dirui poſſit, æternum ſtabit & regnabit, quod quidem promeretur vel innata Pietas in DEVM Cujus eximium profectò ſpecimen hic ipſe de quo tractamus, ADELBERTVS Comes dedit, & facto docuit, quid poſteros ſuos de SACROSANCTA EVCHARISTIA, de incruento Miſſæ ſacrificio, deq; animabus in purgatorio ſtantibus ſentire vellet. Cognoſcimus hæc ex brevi Inſtrumento, quod in fine libri fundationis habetur in hanc formam.

Indignatio Auctoris libelli in hos ſcriptores certè digna videtur.

Notū ſit omnibus tam futuris quam præſentibus. Quod ego Adelbertus *Comes accepi unam hubam in predio meo* Walteſvvil *perſolventem annuatim in cenſum ſextum decimum dimidium modium avenæ & ſiliginis aridi, & in feſtivitate ſancti Thomæ III. ſolidos ad viſitationem, & dedi ſancto Martino ad Mure in mutationem pro prædio, quod Clauſtrū adhuc in Vitarmis Ruti cum quo inbeneficiavi Dominum VVernherum de VVilliſouu. Accepi iterum in* Waltiſvvil *prædio meo duo diurnales perſolventes in cenſum duos modios tritici, & dedi ſancto Martino,* ut ex ipſo tritico fiant oblatæ ad Divinorum Myſteria peragenda & dentur omnibus Eccleſijs in Provincia, ut in omnibus illis Eccleſijs fiat memoria patris mei, & omnium parentum meorum. *Adelbertus* cum ſacra militia in Orientem profectus ibidem deceſſit, ut non obſcurè colligi poteſt ex quadam vetuſta ſcriptura noſtri Monaſterij, in qua iſta leguntur. *Vniverſis præſentium inſpectoribus, &c. Gerdrudis relicta Burchardi, dicti de Barro, quondam ſculteti in Bremgarton & Iacobus filius ipſorum Notitiam ſubſcriptorum. Noverint quos noſſe fuerit opportunum, quod nos de bonis in VValtoſvvile ſitis in parochia Boſuuile, videlicet tribus menſibus, quos à Monaſterio Murenſi ad vitam noſtram habemus, & habere debemus, qui manſus fuerant quondam Arnoldi militis de VValtoſvvile, & quos piæ memoriæ quondam* Albertus *Comes* de Habsburc, qui tranſmarinis partibus obijt, *Monaſterijs in Mure & in Hermozuuile, pro remedio animæ ſuæ tradidit & donavit.* Has literas multis annis poſt obitum Adelberti confectas, pronepotes ejus Albertus & Hartmannus fratres Comites de Habsburg & Kiburg Sigillis ſuis communiverunt, nempè anno Domini M. CC. LXXIX. Nonis Junij Indic. VII.

Adelberti Pietas ergaEuchariſtiā, ac incruentum Miſſæ Sacrificiū. Quā Rudolphus Imperator Primus feruentiori ſtudio eſt imitatus.

Ex hac vetuſta ſcriptura apparet, Albertū hūc Divitem cum ſacra militia in Orientem profectum ibidem deceſſiſſe.

Guillimannus tradit obijſſe Adelbertum Anno M. C. XCIX. & poteſt eſſe, vixiſſe tamen adhuc eodem anno conſtat ex notabili cornu noſtri

ſtri

ſtri Monaſterij (dentem Elephantis fuiſſe plerique exiſtimant) quo in venationibus uti ſolebat, cum hac iſncriptione literis grandiuſculis.

Notum. Sit. Omnibus. Cornu. Iſtud. Aſpicientibus. Quod. Comes. Albertus. Alſatienſis. Landgravius. de Habsburg. Natus. Sacris. Reliquijs. Cornu. Iſtud. Ditavit. Hæc. Acta ſunt Anno M.C. XC. VIII.

Scribit non nemo ADELBERTVM ita fuiſſe opulentum, ut quavis rerum inopia laborantibus ad ipſum aditus pateret, unde Divitis cognomentum accepit. De Vxore demum atque liberis Adelberti Genealogia Fundatorum ſic notat, ALBERTUS *per Itam Comitiſſam de Pfullendorff filiam ſororis Ducis VVelph genuit* Rudolphum & *Comitaſſam de Linigen*. Hactenus Abbas Dominicus, & certè accuratè, & ut video ſincerè.

Dives hic Albertus & ſimul miſericors erga egenos.

Totum ergo examen hujuſque tertiæ ſententiæ ſcrutinium poteſt in hoc conſiſtere. Quod nimirum ex vario ordine contexendæ Genealogiæ Comitum de Habsburg inter Anonymum citatum ac ejus continuatorem aliquod mendum fortaſsè irrepſerit, ex quo deinde lapſi ſint alij Genealogiſtæ, qui deindè genus Rudolphi contra extremas ſententias non ſine vitio tractaverint.

Auctoris placitũ

Præterea Seifridus, alibi datus hanc illius Monachi Anonymi adnotationem, quæ ſuis non caret ambagibus, aientis Albertum divitem filium VVernheri II. extitiſſe, alio modo explicat, ut nimirum ſcriptor ille de filiatione tantum adoctiva intellexerit: Imò priuſquam hanc gloſſam eidem concederet, parvi eá facit in ordine ad tot ſcriptores auctoritate, & nomine celebres, & ad tot monumenta, argumenta, conjecturaſque, quas ipſe affert in contrarium. At ſecundæ opinionis ſectatores eandem Genealogiam nequaquam admitterent ſuſpectamque haberent, nec ſatis ſinceram. Ac inſuper eundem Albertum ex genere Gallicano per ſuos maiores ſtirpem traxiſſe affirmarent.

Loco cit.

Concludendum ergo hanc ſententiam ſecurè tantum pedes figere à Guntranno uſque ad Wernherum. II. Quotquot enim Comites in hoc ordine reperti ſunt Germani fuerunt genere & natione. Neq; ex hac parte à prima ſententia ea diſcordat, licet diſcordet à ſecunda, cujus probabilitas debilibus innitur fundamentis, ut omnes tam primæ, quam hujus tertiæ opinionis ſectarij fatentur. Sed ubi per Albertum Divitem utramque excludit, tot adverſarios habere oſtendit, quot aſſeclas ambæ habent ſententiæ: ac propterea multos ſimul conviciatores, qui ſanè poſſent adverſus ipſam acriorem eâ canere palinodiam, quã ipſa canit contra præfatas opiniones.

Concluſio Auctoris.

Augu-



Auguſtiſſimæ Auſtriacorũ Principũ Familiæ ſtemmatis cauſam hic afferre ſupervacanea res eſſet, eo quia in tertio Gentilitio loco ſuo proprio tam de Chriſtiana Pietate Domus Auſtriacæ in Legitima rerum temporalium copia, quam de omnium ejus Ditionum inſignibus, ac ſingillatim Provinciæ Auſtriæ ſemel & iterum in recenſiora commutatis, agendum. Maximè quia noſtra in hac parte intentio eſt non armorum qualitatem, Orbi toti hodie pernotam, ſed tantum eorum imaginem (ſub qua Genealogicè, ac ſimul Chronologicè à Rudolpho I. Comite de Habsburgo Romanorumque Imperatore hujus nominis primo ad hæc uſque tempora omnes utriuſque ſexus Perſonæ, quarum quælibet, paucis exceptis, & virtute & dignitate claruit, deſcribuntur) ſubijcere: quod quidem omnibus ſatis erit. Quamobrem ſicut poſtremò explere promiſſa, lectori meo facta, penitus non deſiſtam, ita etiam omnia ſanè ei ad præclariſſimam ac antiquiſſimam Domus Auſtriacæ originem, cujus PIETAS maximè fortunata propterea inclareſcit, ſpectantia, cumulatiſſimè exhibebo.

Deindè non mirum eſſe debet, ſi inſignia hæc intra pectus Imperialis Aquilæ excudi curavi aliorum exempla ſecutus; etenim ea non ſolum cum Imperatorio culmine in Alberto I. Rudolphi I. ſecundogenito ac Cæſare Auguſto initia ſunt ſortita, verùm etiam idem imperatorium culmen hæreditarium propemodum huic Pijſſimæ, ac Feliciſſimæ Domui effecère.

Filij Rudolphi I. fuerunt ſeptem,

RVdolphus, qui anno 12. ætatis ſuæ obijt. Hunc aliqui Chronographi ad ſolium Bohemicum evehunt, ſed cum diligentiores rerum Bohemicarum ſcriptores Rudolphum Mitem Alberti Cæſaris filium primum Regem Bohemiæ Auſtriacum inter ſuos numerent; illorum ſtandum eſt ſententiæ, quod ſimilitudo nominis non abduxit à vero. Legatur Pallavic.cit. in Synopſi Rudolphi, I.

Albertus (à Cuſpiniano in Auſtria etiam Rudolphus cognominatus) primus ſui nominis Imperator, & ſtemmatis propagator, qui duodecies collatis ſignis Victor, venenum etiam oculo admiſſo, vicit; ſed tandem à nephario Parricida ac Cæſaricida Ioanne, ex Rudolpho altero fratre ac RegeNepote, quod diutius Regni Bohemiæ ſe excludi, & in tutela retineri videret, Amnem Ruſſium traijciens propè Vindoniſſam confoſſus eſt Kal. Maij 1308. & Spiræ propè Patrem ſepultus.

Hartmannus } hi ſine liberis deceſſere.
Fridericus }

Rudolphus alter, Dux Sueviæ, Landgravius Alſatiæ, Comes Ergoviæ, Advocatus Turgoviæ, qui duxit Agnetem (Onuphrius Eliſabetham) Filiam Othocari Bohemiæ Regis hac conditione, ut ſi frater hujus Wenceslaus ſine hæredibus obiret, ipſe in Regnum ſuccederet; quod & factum, cum filius Wenceslaus Iunior Olmutij tribus vulneribus à ſicario confoſſus eſſet: ſed primo anno à Bohemis Rudolphus veneno ſublatus filium tantũ reliquit Ioannem, interfectorem, ut diximus, Patrui ſui Alberti; quâ de causâ in Italia captus, ac Cæſari Henrico VII. traditus, Piſis in Monaſteriũ Heremitarũ S. Auguſtini incluſus, ibidẽ innuptus perijt. Alij hiſtorici tradunt, quod Rudolphus Mitis Alberti I. filius, ac Rudolphi I. Nepos in Bohemia cum uxore profectus objerit Pragæ anno 1289. relicta uxore Agnete pregnãte, quæ Ioannem poſthumum peperit, ab Alberto Patruo in ſui perniciem educatum. Hunc errorem tam apertum Eiconographus Wolffgangus Kilianus Auguſtæ commiſit, dum imagini, æri inciſæ pro Rudolpo 2. Filio Rudolphi I. Imp. hanc inſcriptionem jecit. Rudolphus II. Mitis Alberti I. Filius; quæ inſcriptiò nimis diſcordat ab adnotatione, ibidem contra in alia pag. ducta pro eodem ubi omnia ad Rudolphum Fratrem ejuſdem Alberti pertinent, & Mitis cognomentum ad ejus Filium.

P. Gans ubi ſupra ex alijs Hiſt,

Error Wolfgãgi Kiliani in ſua Genealogia.

Hartmannus II. cui Juveni filia quædam Regis Anghliæ deſponſata eſt; & adhoc ei Alſatia à Patre tradita: ſed antequam convenirent, in Rheno cum undecim nobilibus apud Rhinam ſubmerſus ann. 1278. in Feſto S. Thomæ, & Baſilicæ in ſumma æde ſepultus.

Carolus, in pueritia mortuus, pro qua fortaſſis alij Chronologiſtæ eum tacent, ſexque tantum maſculos Rudolpho attribuunt. Itaque

omnes Rudolphi I. Ditiones,& Provinciæ ad unicum Albertum,ejuſque Filios pervenerunt. Idem porrò hujus etiam Alberti ſex liberis evēnit.

FILIÆ RUDOLPHI I. FUERUNT VII.

Auctor ſequitur ſeriem Cuſpinianam.

Octo filias Rudolphi I. recenſet. Henningius, Pacerus verò in Chronico, & Cuſpinianus ſeptem. Lazius, Roho, & Raſchius ſex. Heuterus denique tantum quinque puberes numerat; neque minus in iſtarum maritis atque ordine nativitatis variant. Tres porrò ex his, Antiſtite Moguntino, & ſummo Pontifice Gregorio X. adnitentibus, Comiteque Zolleriano mediatore (ut Guillimannus) Aquiſgrani tribus Electoribus ſunt elocatæ: tres deindè aliæ tribus Regibus ſunt deſponſatæ. Quidquid tamen ſit de hujuſmodi controverſijs, quas narrat P. Ioannes Gans, ad ſeriem Cuſpiniani, cujus fides in ſimilibus magna eſt, deveniamus.

Annotat. in Arb. 4.

Euphemia Sanctimonialis in Monaſterio Tulnenſi, quæ etiam primam Auguſti generis gloriam cœleſti hymeneo conſecravit.

Gutha ſeu Jutha (quod germanicè in latinum Bonitas ſonat) Wenceslai cognomento Pij Othocari Filij uxor, quæ ſolij, thalamique regij ſocia, mariti pietatem ſuâ geminavit.

Pietas pietati juncta dignum ligamen.

Mechtildis, Ludovico ſeniori Duci Bavariæ in matrimonium elocata, cui Ludovicum V. Imperatorem peperit, eodem tempore duorum Cæſarum Friderici Auſtriaci, & Ludovici Bavari dulciſſimis titulis Auguſta Mater, & amita, quod nulli fortaſſe poſt natum Romanum Imperium contigit.

Agnes, quam duxit in uxorem Albertus Saxo Septemvir.

Catharina Ottonis Bavariæ Ducis, Regis Hungariæ electi uxor, ſed prius Sponſa Ducis Vratislaviæ, ante debitam ætatem defuncti.

Anna (ſeu cum alijs Hedvvigis) Conjux Ottonis Marchionis Brandenburgenſis.

Clementia Carolo Martello Neapolis, & Hungariæ Regi elocata.

Gradus

GRADUS I.

ALBERTUS I.

TRIUMPHATOR,

SECUNDOGENITUS RUDOLPHI I.

PIUS, FELIX, AUGUSTUS.

REX GERMANIAE,

ARCHIDUX AUSTRIAE,

DUX STIRIÆ,
LANDGRAVIUS ALSATIÆ
DOMINUS CARNIOLIÆ,
VINDORUM MARCHÆ, PORTUS NAONIS,
COMES HABSBURGI &c.

ELigitur canonicè ſecunda vice (primam enim electionem tanquam parũ legitimam generoſusHeros reſpuit)inRegem Romanorũ ann. Chriſti 1292. Pontificatus Bonifacij VIII. anno 4. Imperij orientalis Andronici anno 5. Ambitio à Principe aliena miraculum.

Menſe Iunio ejuſdem anni Aquiſgrani coronatur in tanta hominum frequentia,ut Albertus Saxo Elector,& novi Cæſaris affinis, præſſurâ hominum ſuffocatus ſit. Ejus coronatio Alberto Saxoniæ Electori Mors.

Tempore hujus Imperatoris, anno ſcilicet immediato 1300. ex Bellarm. & alijs ſtirps Othomana exivit : & ubi Auſtriacæ ſobolis prorupêre incunabula, hæc barbara Progenies inſtar colubri perniciosiſſimi ſumpſit initia. Deo ita diſponente, ut Principes Auſtriaci, totius mundi Orthodoxi ne dum Germanici Imperij conſtanti Pietate,ac pari fide ſtrenui defenſores,perennes adverſarij in eandem viderentur. Id quod non ſecus ac à principio probat indies operis exhibitio. Stirps Othomanna cum Auſtriaca exorta.

Rexit Imperium magnanimiter, ac laudabiliter ann. 10. At ejus inopinatus obitus impiè à crudeli Nepote ferro inflictus,omnium occulos ad magnumfletum excitavit. Moritur ab impio Nepote confoſſus non abſque totius Orbis fletu

Chronologia P. Bebi è Societate JESV ubi ad Imperium hujus Cæſaris Auſtriaci ventum eſt, dicit eum imperaſſe ann. 3. m.q. d. 5. in Epiſtola verò ad lectorem hæc habet. Quamvis tanta ſit ſententiarum in Chronologia accuratius digerenda diverſitas,ut de illa verè dici poſſit

Quot capita tot ſententiæ (ut ex 4. Societatis noſtræ Patribus ſcilicet P. Iacobo Salliano, P. Petauio, P. Henrico Samerio, P. Henrico Philippi, alijs interim omiſſis, liquère poteſt) tamen operæ pretium viſum eſt, ut una cum P. Turſellini Chronico brevis aliqua Chronologia adderetur, ex qua adoleſcentes noſtri generalem quendam temporum (maximè ſacrorum) notitiam conſequerentur. Duos itaque Cardinales noſtri ſeculi facilè Doctiſſimos ſcilicet *Bellarminum*, atque *Baroniũ* delegimus, ex quorum uno hiſtoria veteris teſtamenti; ex altero (ſaltem ultra annum milleſimum) novi teſtamenti Chronologia hic adjungeretur. Et quanquam Turſellinus alijque complures non ita adamuſſim cum Bellarmino con ſentiant, tamen hiſtoricus noſter in annis collocandis ferè addit (*circa annum, vel circiter, &c.*) quibus verbis facilè indicat, ſe ad nullum præcisè annum hocce opus ſuum voluiſſe adſtringere. Atque in Baronio conſectando facilè fuit ea, quæ in ipſo deerant, ſupplere ex D. Henrici Spondani auctorio, pro ut alij nonnulli, tam ex ipſa Societate, quam ex alijs ordinibus præſtiterunt. Hæc Bebus.

Spondanus Continuator Annalium Baronij ab ann. 1299. uſque ad ann. 1309. initium terminumque Imperij Alberti I. eaque omnia, quæ ſpatio ann. X. evenerũt fideliter ſcribit Ergo ſententia Baronij ex eodem Spondano, quam etiam amplectitur Bellarminus, omneſque communiter quos hucuſque vidi, Albertum hunc 10. annis imperaſſe affirmant. Ergo aut Bebus juvenum Magiſter erravit in hoc cum ſuo Duce; aut fortè, quod facilè crediderim, Typographus.

Multorum liberorum Pater.

Conjugem duxit Albertus Eliſabetham, Duciſſam Charinthiæ, ac filiam Mainardi Comitis Tyrolis, & Goriciæ. Ex ea 21. juxta Cuſpinianum, ſecundum verò Lazium 26. liberos procreavit: è quibus (cæteris in pueritia extinctis) ſex Mares, & quinque fæminæ ad pubertatem pervenerunt.

Circa initia Archiducatus Auſtriæ Hiſtorici non conveniũt.

Notandum:

Auſtria primò ſub nomine Marchionatus.

Quia hunc Cæſarem Auſtriæ Archiducem titulo etiam, ac dignitate (uti & generatione; unde poſtea Habsburgia Familia mutato nomine dicta eſt Auſtriaca) vocamus, nec conſors eſt in hoc hiſtoricorum aſſertio, aliqua hic obiter adnotare fas erit. Igitur ſciendum, Leopoldo V. Marchioni Auſtriæ (Auſtria ſiquidem olim antequam Ducatus, Archiducatuſque titulo potiretur, nomen tantum Marchionatus retinebat) ſucceſſiſſe Henricũ fratrem, quem primò Ducem vocavit Fridericus I. Ænobarbus anno 1156. multiſque privilegijs, & honoribus ſupra reliquos omnes Imperij Principes, & Principatus

evexit

evexit,& cumulavit:ita Franciſ:Guill. Verùm quo ad initium nominis, & prærogativæ Archiducatus non eſt eadem hiſtoricorum aſſertio. Guillimannus idem ubi narrat, Henricum IV. Cæſarem in fine unius ſui diplomatis, ſeu conceſſionis ſub dat. 1058. vocaſſe Erneſtum Auſtriæ Marchionem ob ſuam contra Hungarorum incurſiones aſſiduam, fidelem, felicem navatam operam, ſtrenuum, ac S. R. I. Priorem, ſtatim in pagina ſequenti adjungit: Sed prioris poſtea vocabulum,dignitatemque,& ſuperexcellentiam in Archiducis titulum vertit Fridericus I. Imperator. Æmilius Veronenſis ſcribit hoc modo: Nomen hoc Archiducis primùm Brunus frater Othonis I. Imp. aſſumpſit (regnavit autem Otho ann. 936. titulo Regis, ſed ut Imperator Anno 962.) & id deinde Principes Carinthianorum uſurparunt: quibus extinctis, ad Auſtriam primariam familiam unà cum Ditione pervenit, & inde ſucceſſu temporis ad Auſtriacos Principes tam Germanos, quam Hiſpanos, qui recta linea ab Alberto ſuam repetunt originem, omneſque tam Mares, quam fœminæ jure Sanguinis, & hæreditatis Archiduces, atque Archiduciſſæ adnaſcuntur. Ita communiter Auctores.

M. S. cit. apud me lib. 1. c. 4.

Lib. 3. hiſt. Fräc. apud Don. Gart. Maſril. de Magiſtr. lib. 4. cap. 4. num. 8.

Principes Auſtriæ Germani, Hiſpanique hæreditario jure Archiduces naſcuntur.

Tamen inter eoſdem eſt aliqua diſcrepantia. Alij enim dicunt in prima inveſtitura Rudolphum Habsburgicum Imperatorem Alberto I. filio ſuo Auſtriam ſub titulo Archiducatus contuliſſe. Alij Rudolphum Imperatoris Alberti I. prædicti filiū ann. 1298. Auſtriæ Archid. creatum tradunt. Cuſpinianus in Alberto I. ubi loquitur de Rudolpho 4. altero filio Alberti ſapientis, filij Alberti Cæſaris, inquit, *Rudolphus ſe ſe Archiducem Auſtriæ Privilegio Friderici II. uſus ſcripſit.* Ex quibus dum libro meo Italico, Antverpiæ impreſſo, Albertum Cæſarem Ducem, non autem Archiducem appellatum aliquis repererit, opinionum varietati me conformatum intelligat.

Tertia opinio, quos citat & ſequitur Reinck lib. 1. d. 4. c. 10. n. 5.

Gerar. de Roho lib. 2. ann. Auſtr.

Cuſpin. in Alb.

Filij

Filij Alberti I. fuerunt VI.

P. Jo. Gans Cuſpiniã. Raſchius.

Rudolphus cognomine Mitis, quem Ioannes Gans contra Cuſpinianum in Alber. & Raſchium facit ſecundò genitum. Prima ejus Vxor Blanca, Philippi III. Francorum Regis filia (Gans dicit ſororem, contra eundem Cuſpinianum ibidem) ſecunda uxor Eliſabetha (ut alij, ut Hen. Rixa, quod, ut putat Gans, verius videtur) jam vidua Wenceslai junioris (ut Heut. pag. 15. ut verò Roho pag. 74.) maioris.

Henn. Heut. Roho. Annot. in. Arb. I

Advertendum ex Gans, quòd per eandem Viduam, cui proceres omnes Bohemi valdè addicti erant, Rudolphus Bohemiæ ſibi Regnum firmaverit. Hoc enim Henricus Carinthiæ Dux ob Annam ſororem junioris Wenceslai poſt mortem Rudolphi Sueviæ Ducis, ſive ſenioris filij ejuſdem nominis I. Imperatoris, invaſit: ſed per parentem Rudolphi junoris Albertum vel ejus electio, vel invaſio irrita reddita eſt, & filius Rex creatus, non tam diutius, quam uno anno rexit, veneno etiam extinctus: atque ita ſpatio quatuor annorum præter dictum Henricum quatuor diverſos Reges Bohemia habuiſſe videtur: Wenceslaum duntaxat ſeniorem ann. 1305. 26. Junij defunctum, & filium, occiſum ann. 1306. 26. Auguſti: Rudolphum deinde ſeniorem ann. 1307. & Juniorem ann. 1308. 20. Junij (ſecundum Albitium, & Reuſner. & non ut Raſchius 1303.) nullis liberis relictis, Pragæ ſepultum.

Albit. Reuſner. Raſchius.

An ſit excludẽdus Fridericus hic à ſerie Imp. alibi demonſtrabitur.

Roho lib. 3. pag. 98. Gans. Cuſpinian.

Fridericus Eelegans Archidux, & ideo cognomento *Pulcher*, Cæſar Auguſtus, ſed in competentia Ludovici Bavari. Hunc Gans primogenitum facit. Vxores ejus duæ, Eliſabetha, Aragoniæ Regis filia, ex qua genuit Fridericum alterum, paucis annis vivum, & duas fœminas, Eliſabetham Ioanni Bohemiæ Regi deſponſatam ut Roho, ut Gans (apud quam nulla mentio Friderici memorati infantis emortui) Cæſari Carolo IV. (quanquam Cuſpinianus Sponſam dicat Ioanni Lucemburgico, Cæſaris dicti Patri) ſed ante nuptias mortuam: & Annam, quæ Poloniæ Regis filio promiſſa, cum is quoque mortuus eſſet, Ludovico Romano Bavariæ Principi, & poſt ejus obitum Ioanni Comiti Goricio nupſit. Altera Vxor Kunegundis Ludovici Bavari Cæſaris, hoſtis ſui acerbiſſimi, filia, quam, carcere liberatus, duxit, procreavitque ex eâ filios, qui omnes infantes obiêre. Quâ mortuâ fidem dedit Eliſabethæ Geldræ, ſed morte præventus, eam non duxit. Pater Gans circa filias Friderici diſcrepat cum Roho in aliquibus, ut apud ipſum legi poteſt.

Roho, & Gantis diſcrepantia.

Leo-

Leopoldus Equitum Gloria. Ejus prima uxor Catharina Henrici VII. Imp. filia, ex qua tantum duas filias genuit, Catharinam, Vxorem primam Ducis Schvvenichiæ vel Suenicij,& Agnetem Principis Groſſæ in Sileſia I. Conjugem, deinde, hoc mortuo, Baronis Conchiaci in Francia. Henninges primam 1. huic dicit elocatam, ac deinde Henrico IV. ferreo Duci Saganenſi, Agnetem verò Duci Suidnicenſi Boleslao nuptam, & viduam Ducatum uſque ad 1392. poſſediſſe. Altera Leopoldi Vxor ejuſdem nominis Catharina Amadæi Comitis Sabaudiæ genita, ut Henninges. Henninges.

Hericus Comis&Placidus, quem Raſchius contra Cuſpianum non quartum, ſed ſecundum filium facit: Gans verò contra utrumque quintum: ac inſuper ipſum fuiſſe Canonicum, & futurum Antiſtitem Moguntinum affirmat: ſed mortuo Fratre Rudolpho, relictis Sacerdotijs, factus eſt Rex Bohemiæ, donatuſque eſt ab Henrico VII. Cæſare hæreditate Joannis Sueviæ Ducis,& Cæſaricidæ. Ex Eliſa, filia Ruperti Palatini, & ex Iſabella (hanc ſolam nominat Cuſpinianus) filiâ Joannis Comitis Friburgenſis, liberos non reliquit. Raſch. Cuſpin. Gans.

Albertus II. Pius & Sapiens (numero 6. à Gans, à Cuſpiniano, & alijs quinto poſitus) è Canonico Patavienſi poſt Fratrum ſine liberis mortem Habsburgi aliarumque Provinciarum Hæres, ac Dominus factus eſt. Dictus etiam contractus manuum, pedumque à Cuſpiniano propter ægritudinem, ſed ab alijs ſcriptoribus ob hauſtum venenum à Medicis, in neruos ex neceſſitate diffuſum. Duxit Joannam Vlrici ultimi Comitis Ferretæ (Phyretharum, ſeu Phyred in Suevia) clariſſimi ſanguinis de Burgundia unicam filiam,& Hæredem: ex eaque ſex liberos progenuit paulò feliciori ſucceſſu, quam Pater & Avus. E duobus enim uſque ad quartam generationem ſaltem pervenit, tum iterum ad unum Maximilianum Majoratus quaſi devolutus eſt. Gans. Cuſpin. alij. Cuſpin. Alij.

Otho cognomine Jucundus, Pulcher, Audax, quem ex alijs Gans quartum facit. Ejus prima Vxor Eliſabetha, filia Stephani Ducis Bavariæ (hanc ſolam nominat Cuſpinianus in Alberto) liberi ex ea ſuſcepti ante pubertatem mortui ſunt. Secunda Vxor Anna, Cæſaris Caroli IV. ſoror, è qua editus filius infans obijt. Raſchius Annam dicit primam Conjugem fuiſſe, Eliſabetham ſecundam, ac Friderici & Leopoldi nomine matrem. Henninges Eliſabethæ primæ filiam adſcribit cognominem, Eduardo Anghliæ Regi deſponſatam, ſed ante diem nuptiarum ſponſus obijt, deinde filium Fridericum natum 1326. & mortuum 1344. Secundæ Annæ ſolum Leopoldum in infantia mortuum tribuit. P. Gans. Cuſpin. in Alb. Raſchius. Henning.

Filiæ Alberti I. fuerunt VI.

HEutterus conſors in hoc Cuſpiniano quinque filias tantum Alberti I. enumerat: Lazius ſex apud Gans, & hoc ordine ab ipſo ponuntur, ut prima ſit.

Cuſpin. Catharina (quarto loco à Cuſpiniano & ab Henningio, ſed ſecundo ab Heuttero) Henrico VII. deſponſata; ſed à Ruperto Siciliæ Rege poſt mortem Sponſi filio ejus Carolo Calabriæ Duci tradita.

Cuſpin. Henn. Heutt. Gutha (Cuſpiniano III. Henn. & Heut V.) Comiti Ludovico Oentingenſi in Rhetia, qui prius ſororem Comitis de Wirtemberg duxerat, ex quâ duos liberos ſuſcepit.

Ann. in Arb. 3. Anna (apud Cuſpinianum ſecunda ſed. 3. apud Gans) duobus Connubio juncta, primùm Hermanno longo Marchioni Brandenburgenſi, qui etiam ab aliquibus Elector nominatur, dives, & potens Princeps, qui ex conjuge unicum filium genuit Joannem V. ILLVSTREM cognominatum, ann. 16. ætatis ſuæ mortuum, & quatuor filias. Secundò Henrico VI. & ultimo Duci Vratislavienſi, ex quo genuit filios & filias.

Henn. Heutt. Agnes (Cuſpiniano V. Henn. & Heutt. prima) quæ duos Maritos ſuſcepit nimirùm quendā Principem Romanū de familia nobiliſſima Colūnenſi cujus nomen cum apud hiſtoricos reperire non potuiſſem tandem certior factus ab Emin. Domino Hieronymo Columna Vice Oratore Cæſareo audivi eum vocatum fuiſſe Fridericum. Sed eo extincto, Andream, Regem Vngariæ ſibi elocavit, Stephani ex Thomaſina Maurocena Veneta filium.

Gans. Lazius. Cuſpin. Heutt. Roho. Albit. Reuſn. Eliſabetha (Prima, & unica apud Cuſpinianum ibidem) deſponſata, ait Gans, non Theobaldo, ut Lazius, (ſed Cuſpinianus non Theobaldo dicit, ſed Theodoro) aut Theodorico, ut Heutterus; ſed (ut benè, Roho pag. 79. Albitius, & Reuſnerus) Friderico ejus filio cognomento ATHLETÆ, Lotharingiæ Duci.

Annot. in arb. 1. ex Albitio. Heutt. Eliſabetha altera (de qua nulla mentio apud Cuſpinianum ibidem in Alberto) nupta Othoni Bavariæ Duci, poſtulato Regi Vngariæ. Verius autem videtur, ut Gans obſervat, quod Albitius ponit, Catharinam duntaxat Rudolphi I. filiam hujus Othonis Conjugem fuiſſe, aut quod Heutterus dicit Annam (filij ejus ex ſecunda Vxore, filiâ Ladislai Glovienſis) Joannis V. Naterburgici Vxorem. Albitius verò Annam facit filiam Friderici Auſtriæ Ducis, quem errorem ex filiabus Fridericorum, recitatis à Gans, Lector deprehendere poteſt. Henninges cælibem illum ex ſaltu crus fregiſſe, atque inde obijſſe dicit.

ORIGO

GRADUS II.

ALBERTVS II.
ARCHIDVX AVSTRIAE, QUINTOGENITVS ALBERTI I. IMPERATORIS
COGNOMENTO PIUS ET SAPIENS.

PRinceps iſte ob venenum, ut diximus, ſibi à Medicis exhibitum, ad manuum, pedumque contractionem, & penè ad ſobolis excitandæ impotentiam devenit, qua de cauſa contractus communi nomine vocitabatur. Cuſpin. Roho. Gans. & alij.

Admiranda ſanè in hoc ac ſingularis apparuit Dei providentia contra Dœmonum aſtutiam, hominumque malitiam, à quibus ſalvator cavendum in Evangelio nos admonet. Quæ ex uno homine infirmo, arido, & ad inſtar cadaveris Auſtriacam ſtirpem, per hujus Alberti fratrū extinctionem è vivis ſublatam, reſurgere, ac reviviſcere viſa eſt. Certè hucuſque experientia conſtat, eò amplius Divinam clementiam peregrinis adjutorijs Domui Auſtriacæ adeſſe, ac prçſidere, quò magis urget neceſſitas: Atque nominis Chriſti Hoſtes, Eccleſiæq; Romanæ, optimæque gubernationis ac Imperij Germanici conſervationis inimici imprudenter, impudenterque triſtantur de ſecundis ejus eventibus, uti & de contrarijs, qui in dies accidunt, lætantur. Letantur quidem, licet ipſi quoque verſatili Rota continuâ, communique vertigine revoluantur, ac in dies ſuoſmet oculos ſuper proprias calamitates ad ſanguinis fletus excitare non deſinant.

Præcipua Dei Providentia in Sobole Auſtriaca excitanda.

Matt. cap. 10.

Dei clementia neceſſitatibus imminētibus Domui Auſtriacæ ſemper parata.

Ergo Gubernium Provinciarum poſt Patris obitum Hæres Albertus ſuſcepit ann. Chriſti 1338. Pontificatus Benedicti XI. ann. 4. Imperij occidentis verò Andronici Junioris ann. 4.

Hæres Provinciarum factus eſt.

Rexit laudabiliter ſuum Dominatum ann. 24. Vxorem duxit Joannam, Comitiſſam Phyretarum, ex qua genuit quatuor nobiliſſimos Principes, treſque fæminas; & per quam Phyretarum Comitatus Auſtriæ acceſſit.

Ejus Vxor per quam acceſſit Auſtriæ Comitatus Phyretarum.

Filij Alberti Pij fuerunt IV.

Ejus Vxores Cuſpin. Gans.

RUdolphus, qui Conjugem duxit (ut Cuſpinianus, à quo Gans non diſſentit, ſicut alij faciunt) Catharinam, filiam Caroli IV. Imperatoris. Mortuâ Catharinâ (inquit Gans) ſibi elocavit Margaritam (de hac nulla mentio apud Cuſpinian. in Alb.) Henrici, Carnorum Ducis, Bohemiæ pro tempore Regis filiam, ac Hæredem. Sed ſine liberis veneno (ut quidam volunt) comitatus ſocerum Cæſarem in Italiam Mediolani in flore ætatis, id eſt ann. 26. mortuus eſt.

Pro hoc Friderico in adoleſcentia defunctos P. Gans in Cuſpinianum invehitur. in ann. arb. 1. §. liberi Alb. 2.

Fridericus in adoleſcentia extinctus, quem Gans ex alijs Auctoribus quarto loco ponit, & pro quo in Cuſpinianum, qui eum ſecundò genitum facit, ita invehitur.

Quartus Fridericus Liberalis, occiſus ab Ernliebo de Pottendorff in venatione 1326. Aliqui volunt hoc S. Leopoldi Abnepoti Friderico eveniſſe. Verum plures hunc in prælio contra Belam. IV. Hung. Regem propè Neoſtadium ſcribunt occubuiſſe. Neque lapis ſepulchralis ad S. Crucem cum fræno ſculptus quicquam in contrarium ſuadet, quaſi hoc à Domino de Pottendorff ſtrangulatus ſit, quin potius columnæ propè dictum Neoſtadium teſtantur, hunc ſaucium ab equo delapſum, & tanto ſpatio protractum, uſque dum equus à fræno & Domino liber profugerit. Chronicon Vienennſe hunc in Campililiorum Monaſterio propè Patrem docet ſepultum. Illud porrò nimis à veritate alienum, quod memoratum Chronicon cum Cuſpiniano hunc Fridericum liberalem, filium Alberti Pij non agnoſcant, atque hic pro eo ſecundum Leopoldum illi affingat: eundemque tamen mirabiliter cum primo ad Sempack occiſo confundat. Verſus in Eccleſia S. Stephani ſuper januam Cuſtodiæ S S. reliquiarum lapidi inſculpti, erroris eum convincunt.

Chron. Vienn. apud Gans ibidem.

Anno milleno tricent. XI. quoque ſeptem
Sabto ſubterna Fridericus naſcitur Hora
Alberti nati Ducis Auſtraliſque Ioannæ
Principis, ac terna Sabti deceſſit in Hora
Vivis ex membris, Idus quartaque Decembris
Anno milleno C. ter L. Xq. ſecundo.

Viennæ

Viennæ ſepultus,& haud dubiè unus ex tribus ſine inſcriptione in Crypta reconditus.

Hæc Gans & quidem accuratè in annotatione Arboris primæ. Sed audiamus Cuſpinianum, in Alb. I. ſic loquentem de ejus maſculis, Quatuor genuit nobiliſſimos Principes Albertus II. Rudolphum IV. Fridericum, qui in adoleſcentiâ moritur. Albertum III. cognominatum cum Trica, & Leopoldum, Militiæ decus, ab Helvetijs propè Sempack oppidum occiſum. Ergo hoc loco Cuſpinianus pro Friderico non affingit Leopoldum, quem nomine, & cognomine ſeorſim expreſsè commemorat: Neque duos Leopoldos enumerat, alterum cum altero confundens. Et licet idem Cuſpinianus in Auſtria hoc faciat, Chronicon ſupradictum, aut fortaſſis aliorum relatum ſequendo, debebat tamen P. Gans eum inconſtantem, ſibique contrarium, aut ſaltem problematicum oſtendere, dum id, quod expreſſerat in Alberto, in Auſtria deindè tacuerit. Auctor textum Cuſpiniani in Alber. adducit, ubi hiſtoria à Gans adducta non diſſentit.

Albertus cognominatus cum Trica, & ob ejus ſtudium, ac literarum peritiam Aſtronomus. Hic Princeps aliquam prolem ex priore Conjuge Eliſabetha, Caroli IV. Imperatoris filia (de qua nulla mentio apud Cuſpinianum, & Gans, alioſque, ſed apud Marcum Henningiũ) minimè protulit: At ex poſteriore Beatrice, filiâ Burggravij Norimbergenſis, filiam Annam, Vxorem Henrici D. Bavariæ, ac filium ſui nominis Albertum, Mirabilia Mundi dictum, quod juvenis in Terram Sanctam profectus, mirabilia orbis viderit. Hunc Albertum (inquit Roho) cognomento Patientem & mirabilia mundi alicubi appellatum reperio, quod mira quædam ab eo perpetrata eſſe, fabulatores quidam, materia ex itinere Hieroſolymitano detorta, ſuis Rythmis evulgarunt. Idem etiam duxit Alberti Bavari Hollandiæ, ac Hannoniæ Comitis filiam Joannam, eâque defunctâ Mechtildem Ludovici Bavariæ Ducis filiam ſterilem (memoratus Roho, ait, Malè huic ſecundam Vxorem Lazius attribuit Mechtildem Palatinam, quæ Alberto Saxo multis poſt annis juncta fuit) Ex qua Albertum V. genuit, qui Cæſaris Sigiſmundi filiam Eliſabetham duxit Vxorem, & Socero, poſt Vngariæ, & Bohemiæ Regna accepta, Imperio ſucceſſit, vocatus exinde Albertus II. Hic Cæſar à quo Auſtriacum Imperium velut hæreditario tramite incepit, tres proles ſuſcepit, Eliſabetham, Vxorem Caſimiri Poloniæ Regis, quorum connubio B. Joannes Capiſtranus Regni Neapolitani apud Sannitas Franciſcanus

In Eiconibus Principum & Comitũ Tyrol.

Lib. 4. pag. 139.

Vbi ſupra.

Alber. V. Imp. hujus nom. 2. Alb. II. Auſtr. Cæſar.

B. Joannes Capiſtranus S. Frãciſci Alumnus matrimonio interfuit Regis Caſimiri cũ Eliſabetha Auſtriaca, quibus contulit benedictionem P. Gonzaga in Chron.

ciſcanus ex ſtrictiori Obſervantia interfuit, ac inſtar Legati ſummi Pontificis benedictionem Sponſis tradidit, ex quo poſtea connubio Sanctus Caſimirus Polonus natus eſt. Suſcepit & Annam, Vxorem Wilhelmi Saxoniæ Ducis; ac Ladislaum poſthumum, qui cum in Vxorem ducturus eſſet Magdalenam, Caroli VII. Francorum Regis filiam, ann. 19. ætatis ſuæ veneno extinctus eſt.

Leopoldus Probus, ac Militiæ Decus, tertiogenitus apud Gans, & alios, qui occiſus ad bellum Sempacki, ex Vxore Virida filiâ Barnabonis (Principis ex Cuſpiniano, Ducis ex alijs, Vicecomitis ex Gans Mediolanenſis) habuit quatuor filios, & tres filias, ut infra patebit.

Filiæ Alberti Sapientis fuerunt III.

Lib. 3. pag. 212. Duas tantum fœminas nonnulli cum Roho genuiſſe Albertum ſapientem, nempè Joannam (Roho Catharinam) & Margaritham aſſerunt. Gans inquit tres, & alia nativitatis ſerie. Inter eas prima apud ipſos eadem Catharina, ſed apud Gans tertia tali ordine.

Margaritha, Vxor Othonis Marchionis Brandenburgenſis, filij Ludovici IV. Imperatoris (ut Henn. pag. 201. & (ut idem) Vidua Meinardi ex Fratre hujus Othonis & Maultaſchia nati. Roho dicit hanc in Viduitate duxiſſe Joannem Moraviæ Principem, Caroli Imperatoris Auguſti Fratrem.

Agnes, nupta Henrico II. Duci Jaurenſi.

Catharina, quæ cælibatum amplexa Monialibus D. Claræ apud Viennenſes præfuit.

GRADUS IV.

LEOPOLDUS PROBUS, ET MILITIAE DECUS ARCHIDUX AUSTRIÆ AC ALBERTI II. SAPIENTIS QVARTOGENITVS.

Sumpſit Gubernium, compoſitis cum Fratre Alberto diſſidijs, poſt mortem Rudolphi IV. utriuſque Germani, & diviſis inter ſe Provin-

cijs

cijs, anno Chriſti 1362. Pontificatus Vrbani V. ann. 1. Imperij Occidentis Caroli IV. ann. 14. Orientis verò Caroli Ioannis ann. 14.

Dominium Veldkirch (emptum ab ipſo ex Roho cum alijs bonis) Auſtriæ adjecit, inquit Cuſpinianus, cum Comitatu Hehenberck in Suevia, & cum Tergeſto, ac Triuiſanâ Marchâ. Ibidem in Ann. ibidem in Alber.

Regnavit ann. 24. cum ad pugnam Sempachianam, ſtrenuè inter primos dimicans (jam ſuo declinante exercitu) eſſet occiſus.

Conjux ejus, ut diximus, Virida, ex qua genuit filios & filias.

Filij Leopoldi Probi fuerunt IV.

GVilielmus duntaxat qui Curialis, Civilis, Aulicus, Leopoldus, qui Ambitioſus, Erneſtus, qui ferreus, Fridericus, qui magnificus: Ita Cuſpinianus in Alberto, Roho, qui non Guilielmum, ſed Erneſtum facit Primogenitum. Sed Pater Gans ibidem non numero, ſed ordine tantum ac in paucis diſcordat, tali enim modo ab eo ipſi enarrantur. Lib. 4. 134.

Guilielmus Cognomine Ambitioſus, qui Tripolitanos Turcarum obſidione liberavit, & è tribus Vxoribus ex Gans (ex Roho duabus, Hedvvige Polonâ, & Joannâ Duraciâ Caroli Pacis, Hungariæ, & Apuliæ Regis filiâ) nullam reliquit prolem. Lib. 4. pag. 137.

Leopoldus Craſſus, qui ex Catharina, filiâ Philippi Audacis, Ducis Burgundiæ (alij Sequanorum Principis) vel unicam ſuſcepit filiam. N. Comiti Goricenſi nuptam juxta Lazium, vel nullam prolem ſecundum alios.

Fridericus Comes Tyrolis, à Sgiſmundo proſcriptus, pleraſque Ditiones auctas perdidit; atque hinc Princeps vacui marſupij dictus (Italicè *Prencipe della borſa vota*) Qua de cauſa ipſe, ut omnibus oſtenderet, hoc dicterium ſibi falsò adaptari, Prætorij Cameræ Archid. tectum, à cujus judicibus tum tota hæc Regio, tum quidquid in Suevià Ditionum florentiſſima Domus Auſtriaca poſſidet, jus petunt in hac civitate Oenipontana, magna impensâ ducentorum millium Vngarorum inaurari fecit, quod hucuſque magnificentiam, ac ſplendorem liberalitatis Friderici omnibus repræſentat. Ex Anna Brunſvvicenſi unicum filium genuit Sigiſmundum ſimplicem Tyrolenſem, Lauffenbergenſem, ac Phirdæ Comitem; item Advocatum Seckingenſem Sueviæque Landgravium, qui Carolo pugnaci Burgundo ditiones ſuas ad Rhenum oppignoravit; cumque è Catharina Saxonis, ac Eleonora Scotiæ Regis filiabus, unicum edidiſſet filium, Tridento in juvenili ætate defunctum, ac ſepultum, Tectum aureum hujus Oenipontanæ Civitatis ab hoc Friderico extructum.

pultum, Maximilianum I. adoptavit, eique omnes Provincias tradidit, certâ penſione ſervatâ. Mortuus deinde 1497.

Addamus nonnulla alia ex Marco Hennigo: qui loquẽs de eodem Comite Tyrolis, quem facit ultimum filium Leopoldi Probi, inquit in calce annotationis, Roho in multis ſequendo. Conjuges duas habuit Fridericus Eliſabetham Ruperti Cæſaris, Comitis Palatini (Roho pag. 181. Ruperti Bavari Romanorum Imperatoris, quod idem eſt) filiam, quæ cum cognomine ſibi Prole ſtatim à partu interijt: & Annam Friderico Brunſuicenſium Duce genitam, è qua ſuſceptis quatuor liberis, unum tantum, de quo ſuprà egimus, Sigiſmundum (alter ex Roho Wolfgangus dicebatur) poſt ſe ſuperſtitem reliquit, ac VII. Cal. Julij ann. 1439. Spiritum Deo reddens, apud utramque uxorem, & liberos Stamſiano in Cœnobio ſepultus eſt.

Ex Muſæo Raim. Fuggeri Ferd. Arch. Cubicularij ac comment. Marci Henningij ad ſingulas Comitum Tyrolenſ. icones.

Stambs Ciſtercienſis familiæ quæ in tota Germania Doctrinâ, ac Sanctimoniâ floret, ſepulchris Tyrolenſium Principum Comitum propè CCCC. ab hinc annis deſtinatum, Cœnobiorum hujus Provinciæ percelebre eſt. Ibi ipſe interfui anno præterito cum Sereniſſimis Archiducibus, ac totâ Aulicorum catervá; tumultumque ſupradictũ exactè obſervavi, ut certior hujus hiſtoriæ fierẽ, *ſcriberem iſtius Conventus prærogativas innumeras, quas in dies auget Abbas ſuperſtes, cujus regimen tanti facit Sereniſſimus Archidux noſter, ut meritò ei Vicem Præſidentis hujus Cameræ Oenipontanæ contulerit, ſi hæc mihi non prohiberet occaſio, ſique neſcirem, quod ubi eadem cumulatiſſimè totam per Germaniam de ſe ipſis laudes promeritas loquuntur, etiam elegantiſſimæ Doctorum virorum enarrationes, nedum rudes, quales illæ mei calami procul dubio apparerent, ſupervacaneæ exiſtimantur.*

Cœnobij Stamſiani relatio.

Ejus Abb. ſuperſtes Cameræ Archiducalis Vicem gerit. Præſidentis.

Erneſtus Ferreus, ita ob animi, & corporis magnitudinẽ ac fortitudinẽ vocatus, qui Bononiæ literis operam dedit, & Avi exemplum ſecutus, ſepulchrum Domini inviſit; At fratribus ſine liberis extinctis, dimiſſis quoque, ut Avus, Sacerdotijs, uxorem accepit Margaritham, Ducis Stetini filiam, Cæſaris Sigiſmundi amitam. Sed eâ ſine prole mortuâ duxit Cimburgim, Vitoldi Lituaniæ Principis (Roho; & Henn. Semoviti, Moſaviæ Ducis) filiam, quæ ei novem liberos peperit, ut ſuo loco dicendum.

Roho. Henn.

Filiæ

Filiæ Leopoldi Probi fuerunt III.

Quatuor filias Leopoldum genuiſſe nonnulli affirmant: inter quas primam Annam, ſecundam Alexandriam nominant, & utram innuptam è vivis deceſſiſſe narrant. A Gans verò tres tantum, ac omnes maritis elocatæ tali ordine numerantur. P. Gans ubi ſupra.

Margaritha, nupta Mehinardo, Duci Bavariæ, eoque mortuo, Ioanni, Moraviæ Marchioni, filio Cæſaris Caroli IV.

Eliſa Vxor Henrici Comitis Goricenſis.

Catharina Conjux Conradi Burggravi Magdeburgici, qui & Comes erat Harticenſis in Auſtria.

GRADUS V.

ERNESTVS
ARCHIDUX AUSTRIAE,
ULTIMUS LEOPOLDI PROBI FILIUS, PROPTER UTRIUSQUE HOMINIS INCOMPARABILEM FORTITUDINEM
Cognomento ferreus.

Sumpſit Gubernium, diviſis jam Provincijs cum Leopoldo, & Friderico Fratribus, ann. Chriſti 1406. Pontificatus Gregorij XII. ann. I. Imperij occidentis Roberti ann. 4. Orientis verò Andronici III. ann. 30. Tyrolim ab ann. tantum 1415. uſque ad 1416. pro fratre Friderico gubernavit: & 8. quibus ſupervixit annis Styriam, Carinthiam, & Carniolam laudabiliter rexit. Ex Chronol. Tyrol.

Ex Conjuge Margaritha Stetinenſe, ſeu Pomerana prolem non habuit, uti habuit ex Kiburga, Semoviti Moraviæ Ducis filiâ.

Filij Erneſti ferrei fuerunt V.

Non eadem omnino eſt ſententia hiſtoricorum circa numerum Maſculorum Erneſti ferrei. Henningius ubi ſupra duos tantū commemorat, nempè Fridericū (de quo ſolùm apud Roho pag. 181. fit mentio) Marc. Henn. 16. Roho. pag. 181. P. Gans, loc. cit.

tio) & Albertum. Gans tamen tres alios enarrat, ut ſinguli quintum numerum tali ordine expleant.

Frider. IV. Imp. natus eſt in hac Civitate Oenipo̅nti. Roho ad ann. 1515.

Fridericus IV. Romanorum Imperator, natus M. CCCCXV. XI. Cal. Octobris (Roho expreſſius IX. Cal. Octobr. in hac Oenipontana Civitate) qui ſtemma, & bona omnia ad poſteros propagavit. A Fratre Alberto bellum ei motum in Auſtria, & penitus indè pulſus à Matthia Hunniade, quinque annis per Imperium cum 800. equitibus vagatus, pacem ubique compoſuit. Vxor ejus, & liberi infra patebunt.

Erneſtus, qui Anno 1525. innuptus obijt.

Rudolphus, qui puerulus è vivis ſublatus eſt.

Leopoldus, in pueritia defunctus.

Albertus Cognomento Mitis, qui poſt bella contra Fridericum Fratrem fundavit Friburgenſem Academiam, & ſine liberis obijt. Ejus Conjux, quam Gans ſilentio præterit, ex Roho, Henn. & alijs Mechtildis Palatina, quam ſanè malè Lazius (ut idem Roho advertit) huic Alberto V. elocatam dicit, cum potius VI. multis poſt annis juncta fuerit.

Lib. 4. pag. 139. Roho. Henn.

Filiæ Erneſti ferrei fuerunt V.

ETiam hiſtorici Chronologiſtæ in numero fœminarum Alberti ferrei diſcordant: nam apud alios duæ ſunt, apud nonnullos verò quinque, tali ordine.

Alexandrina, in pueritia defuncta.

Anna, item juvencula è vivis ad ſuperos vocata.

Margaritha, nupta Erneſto, ſeu Friderico, Saxoniæ Electori.

Catharina, Conjux Caroli I. Marchionis Badenſis.

Eliſabetha, elocata Comiti Wertembergi.

GRADUS VI.

FRIDERICUS IV.

ARCHIDUX AUSTRIAE, ET IV. CAESAR AUGUSTUS, PRIMOGENITUS ERNESTI FERREI COGNOMENTO PIUS.

PArùm intereſt ſi multorum ſententia hunc Archiducem III. & non quartum Regem Romanorum autumet

met, ut alterum Fridericum Pulchrum, qui competitor extitit Ludovici Bavari, è Cæſarum Cathalogo excludat. Nam ſufficit mihi aliorum placitum ſequi, & alibi loco ſuo proprio in 6. Gentilitio tum rationes pro parte affirmativa adducere, tum argumentis adverſariorum ſatisfacere.

Declaratur ergo concorditer Fridericus ab Electoribus in Regem Romanorum Francofordiæ poſt Alberti obitum circiter Cal. Januar. ann. Chriſti 1441. Pontificatus Eugenij IV. ann. XI. Imperij verò Orientalis Ioannis Paleologi ann. 22. Bell. 2. p. Chron.

Coronatur Aquiſgrani 8. Idus ejuſdem Menſis. Colluviem Gallorum evertit, Majorum exemplo Hieroſolymam, Romamque viſitavit, ubi primo in laudem & gloriam Auſtriacæ Proſapiæ Calendæ Apriles Cæſareorum Conjugum inauguratione ſolemni celebratæ fuere, Nicolao V. ſummo Pontifice Reginas dexteras jungente, atque Auguſtos ritè creante, diademate impoſito, alijſque Imperij inſignibus, acclamante interim Populo Romano in has voces Friderico Pacifico vita & victoria. Nam primus Imperator, ex Domo Auſtriaca Romæ coronatus, iſte Fridericus fuit. Imperavit ann. 53. & menſibus 4. toto Imperio, & ferè Orbe in pace compoſito.

Hic Imperator ex ſtirpe Auſtriaca primus Romæ coronatus fuit.

Ejus Uxor Eleonora Eduardi Regis, & Reginæ Ioannæ Portugalliæ filia, è qua quinque liberi in lucem prodiere.

Filij Friderici IV. fuerunt III.

CHriſtophorus, in infantia extinctus.

Maximilianus I. Imperator, qui annis fermè 30. habænas Orbis terrarum feliciter moderavit: de quo infra.

Joannes, qui obijt infans.

Filiæ Friderici IV. fuerunt II.

HElena, in annis puerilibus defuncta.

Cunegundis, quam, aſtu Patre ignorante, Albertus Bavariæ Dux ſibi Vxorem copulavit, treſq; ex eâ Filios & Filias quinq; progenuit.

GRADUS VII.

MAXIMILIANVS I. IMPERATOR, ARCHIDUX AUSTRIAE.

SECUNDOGENITVS FRIDERICI IV. IMPERATORIS

PROPTER SINGULAREM HONESTATEM, AC CONJUGALIS CASTIMONIÆ PVRITATEM COGNOMENTO VIRGINEVS.

P. Gans. in Arb. Cuſpin. in Max. Belar. 2.p.Chro. Phil.Bebus inſua Chronol.

Electus in Regem Romanorum Aquiſgrani, vel ut Gans 1486. XIV. Cal. Martij, ibidemque VII. Cal. ejuſdem Menſis coronatus ex Cuſpiniano, qui ab eo diſcordat quo ad menſem, quem dicit fuiſſe Februarium, vel ut Bellarminus 1494. vel ut Philippus Bebus 1493. Ita quod ubi unus S. I. Hiſtoricus convenit cum Cuſpiniano, tres deindè inter ſe ſe diſcordant.

Iterum Auſtriaca Domus penè Hæredibus deſtituta in unico tantum Maximiliano ſuperſtite adoleſcit, propagaturque.

Quæ quidem diſcrepantia facilè tollitur, cum Pater Gans includat in adducto numero annos illos, quibus Maximilianus conſors Patris in Imperio à principio ſuæ creationis uſq; ad illius obitum (quos annos Bellarminus excludit) factus eſt: Computatioque P. Bebi, cui ipſemet etiam menſes octo addidit, cum illa Bellarmini prorſus eadem videatur. Vel dicendum P. Gans Cuſpinianumque locutos eſſe, ut clarè liquet, de ann. creationis Maximiliani, vivente ad huc Patre, Bellarminum, ac Bebum tantum de initio temporis, in quo ſolus imperare incepit.

Maximiliani Facinora.

Hic Princeps ſuperſtes rurſum ſtemmatis propagator à prima infantia uſque ad 10. ætatis annum propè modum nihil locutus, varijs linguis poſtea benè optimè loquebatur, & paucis ſtudijs literaturam multifariè, quaſi divinitùs potius prælibatam, quam humanitùs comparatam acquiſivit. Concors Imperij cum Genitore (ipſo Genitore procurante) factus eſt Imperator annis quibus ſupra, Pontificatus Iñocentij VIII. ann. 2. ac Tyrannidis Orientis, quam potentiſſimè perdomuit, Baiazetis ann. 6. Imperavit ann. 33. nempè 7. cum Patre, ſolus verò 26. Turcas Croatiam vaſtantes repreſſit, Belgas virtute Alberti Saxoniæ Ducis domuit. Vrbes in Auſtria poſt mortem Hunniadis recepit. Bavaricum quo-

quoque, Helveticum, & Venetum bellum feliciter geſſit. Verus Archidux atque Auſtriacus nomine,& re, dignus Princeps, optimus Imperator, Honeſtiſſimus, Patientiſſimus, Vigilantiſſimus. In prudentia unicus, in Fortitudine ſtrenuus, in Temperantia ſingularis, in Juſtitia incorruptus, in aſſiduitate laboris, maximè venationis, aſſiduus, nulliquè ſecundus; ſed ante omnia in Zelo Religionis Chriſtianæ, ac Catholicæ Eccleſiæ tutamine, & augmento ſtudioſus.

Precor Cæleſtem Regem, ut Ferdinandus Carolus Archidux Auſtriæ Dominus meus Clementiſſimus ſuperſtes, hujuſque Tyrolenſis Provinciæ regnans Princeps, quam citius in omnibus ita tanto Progenitori conformetur, quemadmodum in indefeſſo venationis labore, ac in faciei lineamentis eidem extitit perſimilis, ac conformis.

Hinc Pietatis Auſtriacæ fortuna magis ratione connubiorum convaluit.

Tres habuit uxores (inquit Cuſpinianus) quia tamen ſecundam Annam, Franciſci Ducis Britanniæ filiam, non traduxit, ideo ab alijs oblivioni relinquitur, & duæ tantum commemorantur, Maria & Blanca, altera filia Caroli Ducis Burgundiæ, quæ plures multò ei Provincias cum Belgio attulit, quam liberos: altera filia Galeatij Mariæ Ducis Mediolanenſis, ex qua nullam ſuſcepit prolem.

Filij Maximiliani I. fuerunt. III.

PHilippus I. qui fælicius connubium, quam Pater conſecutus eſt, etenim per unam conjugem Joannam plurima regna intra, & extra Europam Auſtriæ acquiſivit, ac Auſtriæ Principes Hiſpaniarum Indiarumque novique Orbis Mornarchas effecit.

Franciſcus, in infantia extinctus.

Georgius, etiam infans mortuus.

Filia Maximiliani I. unica.

MArgaritha, tribus nupta. Carolo VIII. Gallorum Regi, ſed ab illo ſpreta, Joanni Regi Aragoniæ. Ac demùm Philiberto, Duci Sabaudiæ, poſt cujus obitũ Belgij Gubernatio ei commendata eſt.

GRADUS VIII.

PHILIPPUS I.

ARCHIDUX AUSTRIAE, PRIMOGENITVS MAXIMILIANI I. IMPERATORIS AC HISPANIARVM MONARCHA, COGNOMENTO PVLCHER.

NUtritus in Belgio ſeu in Flandria ubi natus eſt Brugis ſub Parentis tutela, ſtatus, Ditioneſque maternas gubernantis, illarum deinde totum Gubernium recepit, ac 1496. anno ætatis ſuæ 18. in Liræ Civitate nuptias celebravit cum ſponſa ſua Ioanna, Aragoniæ, & Caſtiliæ Infante, ac omnium paternorum bonorum Hærede.

Per hoc matrimonium tota Auſtriaca felicitas ad culmen honoris evecta;

Anno 1501. cum Vxore prædicta Hiſpaniam petijt, ut à ſubjectis jurejurandum expoſtularet, & ab optimatibus Regnorum tanquam verus, ac legitimus Princeps inaugurаretur. Poſtquam iterum Flandriam reverſus eſt, illhinc denuò ad Hiſpaniam propter Reginam Iſabellam ejus ſocerum pergit cum Principe Ferdinando ſecundo genito 1504. ibique gubernia diviſit cum Ferdinando Catholico, Patre adoptione, ac ſocero conjunctione, qui libenti animò Regnum Aragoniæ, & Neapolis pro ſe retinuit.

Accepto jurejurando cum maxima, communique lætitia Populorum, ac Nobilium à Proceribus Hiſpaniarum tam pro ſe, quam pro Carolo Primogenito, moritur ann. 1506.

Filij Philippi I. fuerunt II. & ambo Imperatores.

S. Ambroſ. in ſerm. S. Agnetis.

CArolus V. natu Major cujus laudibus aliquid addidiſſe, decerpiſſe eſt. Nemo ſiquidem eſt laudabilior, quam qui ab omnibus laudari poteſt & de quo tot præconia, quot homines.

Ferdinandus I. Auguſtus de quo inferius, uti & de fratre præcipua enarratio.

Filiæ Philippi I. fuerunt IV.

ELeonora, primò Emmanueli Luſitaniæ, ſed deinde Franciſco Galliæ Regi nupta.

Eliſabetha Chriſtierni Regis II. Daniæ, Regno pulſi, Conjux.

Maria Ludovici Bohemiæ, & Hungariæ Regis à Turcis occiſi, Uxor.

Catharina poſthuma, Joanni III. Luſitaniæ Regi locata.

Uſque



CARA DEO SOBOLES *Genus Orbe dilatet, & Orbi Imperet, atque Deo ſerviat Enſe,* FIDE.

VSquedum Natura intra fines Germanici Imperij in *Auguſtiſſima ſtirpe Auſtriaca* ſe continuit, Majoratum quoque ibidem ſervavit; at ubi hujus fines exceſſit, de duobus capitibus (uno in Hiſpania, altero in Germania) nobiliſſimæ huic familiæ pro communi bono providit. Mira quidem *Regis ſæculorum immortalis, per quem Reges regnant, per quem Principes imperāt, & Potentes decernunt juſtitiam* in hac Pijſſima ac fortunatiſſima cernitur Proſapia. Etenim ejus diviſio ad has celeberrimas Europæ Regiones Imperatoriam Monarchicamque dignitatem, ac per tot compacta gentilitia, ſimulque in hoc unico redacta ſtemmate, ſymbola omnia in prædictarū trium ſententiarū favorem, ut quælibet ſua probabilitate potiretur, ſortita eſt. Leo niger Troianorum, regia Julij Cæſaris Aquila Julianaque cum eodem nigreſcente Leone in pectore aliquo modo hunc exornant Clypeum. Vbi etiam in Turribus ſupereminentibus, ac in varijs earundem ſectionibus, ſed in illis præcipuè Regni Luſitaniæ Gentilitiorū, quæ ſunt, teſte Bernardo *Divinæ charitatis inſignia* Anicianorum, Perleonum, Frangipanorumq; per pulchrè coruſcant arma.

Ad Tim. 1.
Prov. c. 8.
S. Bernardus.

arma. Sua inſuper Lilia ideam Liliorum Galliæ Regum, è Cœlo divinitùs emiſſorum exhibent. Neque in ejus Lepnibus Comitum Habsburgenſium deſunt ſchemata. Sed ad promiſſæ Genealogiæ complementum hinc inde per duo latera diviſæ, perveniamus.

GRADUS IX.

HISPANICUS
CAROLVS V.
ARCHIDVX AVSTRIÆ, ROMANORVM IMPERATOR

Philippi I. Filius I. Cognomento Fortunatus.

Creatur Imperator ann. 1519 die 18. Junij, & coronatur Aquiſgrani 1520. 4. Idus Novembris Pontificatus Leonis X. ann. 7. Tyrrānidis orientis Solimani (cōtra quem tantus Eccleſiæ Catholicæ, ac talis Athleta, Imperijque Romano-germanici propugnaculū, terror evaſit) ann. 1.

Rexit Imperium ſumma cum Laude ann. 38. ac poſt bella, feliciter geſta contra Franciſcum 1. Galliæ Regem, eumque captum, Henricum Nauarræū, & Tunetanum devictum; captum item in Germania Ducem Clivenſem, Saxonem, & Haſſum tandem ablatus eſt è vivis in vita ſolitaria ann 1558.

GRADUS IX.

GERMANICUS.
FERDINANDUS I.
ARCHIDUX AUSTRIÆ, ROMANORVM IMPERATOR

Philippi I. Filius II. cognomento Impavidus.

Appellatus Romanorum Rex ad inſtantiam Caroli V. perdilectiſsimi fratris ann Chriſti 1531. nonas Januarij, & 3. Idus ejuſdem Menſis, & anni inauguratus Pontificatus Clementis. VII. ann. 8. ac 13. Tyrannidis Orientis Solimani, in quem animo impavido, pugnacique corpore una cum Germano Cæſare ſe fortiter oppoſuit.

Renunciante Carolo Fratre pro amore contemplativæ vitæ Imperij habenas, Ferdinandus ejus regimen ſumpſit ann. Chriſti 1558. Pontificatus Pauli IV. an. 3 ac 38. Tyrānidis memorati Solimani, in quem non minori, quam antea irruit animo, imò majori, cum illummet antequam manus ad certamen cōſereret, in fugam coegerit. Imperavit ſolus ann. 6. Princeps verè Religioſus, Caſtus, Pius, liberalis, Bonus, qui dum ſtrenuè laborāſ-

Vxorem duxit Iſabellam, filiam Emanuelis Regis Portugalliæ, ex qua deindè ſubſcriptos liberos ſuſcepit.

Filij Caroli V. fuerunt: II.

PHilippus II. Rex Hiſpaniarum, patrimonio & calamo potentiſſimus Monarcha.

FERDINANDVS infans Hiſpaniarum, ubi impubes obijt, dum Pater Rempublicam Belgicam componeret. Ad nūcium mortis ejus ferunt illacrymantem parē-tem dixiſſe aliquibus Proceribus Belgis. *Egò quidem lugeo filium, at vos amiſſum lugete Dominū & Regem*: Statuerat enim in ūnum Regni titulum Belgicas Provincias contrahere, & Regem Belgij Ferdinandum filium natu ſecundum creare.

Ex alijs genuit Carolus *Joannem* Auſtriacum ſtrenuum Turcharū expugnatorem, in inſigni victoria, quā de eorū immēſa Navali claſſe reportavit ad Echinadas propè Ithacam primo die Dominico, ac 7. Octob. ſacratiſſimæ Virgini Roſarij, Ordinis PP. Dominicanorum Tutelari ſacrato.

Filiæ Caroli V. fuerunt III.

IOanna Vxor Joannis Por-*boraſſet ad extirpandam Lutheri hæreſim, obijt 1564. in feſto S. Jacobi Apoſtoli, uti ipſe prædixerat. Ex Conjuge Anna filia Ladislai, Hungariæ, & Bohemiæ Regis, ac Regnorum hærede triplo fecundior Carolo extitit, ut mox videbimus.*

Filij Ferdinandi I. *fuerunt. IV.*

MAximilianus II. *Imperator.*

Ferdinādus *Tyrolenſis A. A. qui ex prima uxore Philippina, è Patricia Welserorum Auguſtanæ familiæ orta, Andream Cardinalem, Carolumq; Marchionē in Burgravia ſuſcepit, qui ſine liberis obiere. Ex ſecunda Anna Catharina Gulielmi Mantuæ Ducis filia, ſuaq; Nepte è Sorore Eleonora, tres habuit fœminas, quarū Anna Catharinā Matthiæ Imperatori nupta fuit, altera verò Geniponti inter B. Virginis ſervas vitam egit.*

Joannes, *infans mortuus.*

Carolus *Archidux Auſtriæ, de quo infra.*

Filiæ Ferdinandi I. fuerunt IX.

ELiſabetha, *nupta Sigiſmundo Auguſto Poloniæ Regi.*

Anna, *Alberto Bavariæ Duci elocata.*

Magdalena, *celebs in Regio Partenone functa.*

Catharina, *primò Friderico Mantuæ Duci, deinde Sigiſmundo II: Poloniæ Regi copulata.*

 Margaritha,

tugalliæ Regis, & Mater Sebaſtiani, à Mauris occiſi.

ISABELLA, in infantia extincta.

MARIA, Maxim. II. elocata. Genuit & ex alijs, *Joannam* & *Margaritham*, illam Franciſco Medicæo, hanc verò primò Alexandro Mediceo, deindè Octavio Parmenſi nuptam.

GRADVS X.

PHILIPPUS II. ARCHIDVX AUSTRIÆ, CAROLI V. FILIUS,

Rex Hiſpaniæ & Monarcha Juſtus Prudes, ac Potens.

Suͤpſit Monarchatũ Menſ. 6. ante obitum Patris, omnia ei in Hiſpania, ut & Imperium & ditiones Ferdinando fratri renuntiantis, ann. Chriſti 1558. Pontificatus Pauli IV. ann. 3. Tyrannidis Orientis Solimani ann. 36. Illius inquam Solimani, cujus rabiem in perniciem totius orbis Orthodoxi cõverſam hic Catholicus Princeps principaliter extinxit. Inquit enim Bellarminus 2. p. Chronol. ad ann. 1572. *Hoc anno ingens victoria navalis de Turcarum claſſe à Chriſtianis reportata eſt, cum ſancto fœdere juncti eſſent Pius. V. Philippus II. & Reſpublica Venetorum.*

Rexit tot Regna laudabi-

Margaritha, } *quæ Halæ vi-*
Magdalena *altera* } *tã duxerũt.*
Barbara, *Uxor Alphonſi II. Ducis Ferrariæ.*
Helena, *Halæ cum Sororibus mortua.*
Joanna. *Conjux Franciſci Medicæi Florentiæ Ducis, Coſmi filij.*

GRADUS X.

MAXIMILIANUS II. IMPERATOR, FERDINANDI I.

Imperatoris Filius, Cognomento Omnilinguis.

Factus eſt Rex, & Romanorum Imperator ann. Chriſti 1564. Pontificatus Pij IV. ann. 4. Tyrannidis oriontalis Solimani ann. 44.

Rexit Imperium ann. 12 & totidem quot Parens proles genuit ex Maria Philippi II. *Sorore. Quindecim enim liberos ſuſcepit cum hac differentia, quod IX. fuerunt Maſculi, ſex verò fœminæ. Nullus tamen filiorũ, quod valdè admirandum, etſi ad virilem ætatem, ſenectamq; plures pervenerint, ſtemma legitimè propagavit.*

Filij Maximiliani II. fuerunt. IX.

Ferdinandus, *qui obijt infans.*
Rudolphus II. *Imperator* Acer *cognomine, natus 1552. ſed*

liter intra,& extra Europam ann. 43. obijtque ann. 1598.

Ex quatuor Vxoribus, Maria prima, Filia Joannis Regis Portugalliæ, Mariâ altera, Filiâ Henrici Regis Angliæ, Iſabella Filia Henrici Regis Franciæ & Annâ, Filiâ Maximiliani II. ſex liberos ſuſtulit.

Filij Philippi II. fuerunt IV.

CAROLVS, ex prima Conjuge mortuus.

FERDINANDVS ex IV. ex ſecundâ enim prolem nullam, ex tertia verò unicam tantum fœminam genuit.

JACOBVS, cum Ferdinando eodem in pueritia mortuus.

PHILIPPVS III. Rex Hiſpaniarum.

Filiæ Philippi II. fuerunt II.

ELISABETHA ex tertia cōjuge, quæ Alberto, Maximiliani II. filio, Belgium in dotem contulit.

CATHARINA, ex eadem. Carolo Emmanueli, Sabaudiæ Principi nupta.

GRADVS III.

PHILIPPUS III.
REX HISPAN:
PHILIPPI II. FILIVS,
Cognomento Pius.

anno ætatis ſuæ 20. Poſonij Rex Hungariæ inuctus eſt, & poſt triennium Pragæ Rex Bohemiæ. Deindè tranſacto biennio Cal. Novemb. Romanorum Rex conſecratus ann. Chriſti 1577. Pontificatus Gregorij XIII. ann. 2. Tyrrannidis Orientis Amurathis III. ann. 3. Imperavit prudentiſſimè ann. 35.

Erneſtus, *Belgij Gubernator mortuus.*

Matthias, *cognomento Zelans, natus 1557. & primus hujus nominis Imperator poſt fratrem, cui ſucceſſit 1612. Pontificatus Pauli V. ann. 7. ac Tyrannidis Orientis Amuthatis præfati ann. X. ſed imperando ann. 7. ex Anna Auſtriaca, Ferdinandi Tyrol. Arch. Auſtr. filia, nullam poſt ſe reliquit Prolem.*

Maximilianus, *electus adminiſtrator Ordinis Teutonici per Germaniam & Italiam, itemque Rex Poloniæ.*

Albertus, *Cardinalis, & Archipræſul Toletanus factus: deindè verò ducta Eliſabella, Belgarum Dominus.*

Wenceslaus, *qui inuptus obijt.*

Fridericus, *mortuus eodem anno, quo natus.*

Carolus, *annum unum inter vivos agens.*

Sumpſit gubernium ann. Chriſti 1598. Pontificatus Clementis VIII. ann. 7. Imperij occidentalis Rudolphi II. Auſtriaci ann. 13. Tyrannidis verò Orientis Amuratis III. ann. X.

Gubernavit Chriſtianiſſimè, ac pacatiſſimè, ſumma cum Religione, ac Pietate Monarchiam ann. 23. Anno ſui tranſitus 1621. qui fuit in Menſe Martij etiam obiere & Paulus V. in Menſe Febr. & Coſmus Mediceus in Menſe Aprilis, magni nominis Principes.

Vxorem Duxit Margaritham, Filiam Caroli II. Archiducis Auſtriæ ac ſororem Leopoldi V. Comitis Tyrolis, & Principis noſtri regnantis parentis.

Filij Philippi III. fuerunt III.

Philippus, *IV.* Modernus Rex Hiſpan.

CAROLVS, in adoleſcentia mortuus.

FERDINANDVS Cardinalis virtute bellica conſpicuus, in juventute extinctus.

Filiæ Philippi III. fuerunt II,

ANNA MARIA, conjux Ludovici XIII. Gallorum

Filiæ Maximiliani II. fuerunt VI.

ANna, *Vxor Philippi II.*

Eliſabetha, *Carolo IX. Franciæ Regi nupta.*

Maria *in infantia extincta.*

Maria *altera, quæ Matrem in Hiſpania ſequens ibidem innupta mortua eſt.*

Margaritha, *quæ Deo Caſtitatem vovit.*

Eleonora, *paulò ante Matris in Hiſpan: profectionem defuncta.*

GRADVS XI.

CAROLVS, ARCHIDUX AUSTRIÆ, FERDINANDI I. FILIVS cognomento fæcundus.

Princeps iſte quartogenitus Ferdinandi I. *Imperatoris, à Patre, & à Deo Benedictus ſtemma ac genus fæcundiſſimè ac feliciſſimè propagavit.*

Ex Maria filia Alberti V. Bavariæ Ducis, è ſorore ſua Anna nepte, ducta 1571. Viennæ, liberos genuit Parentis filijs numero majoris, & felicitate longè.

Filij Caroli Arch. fuerunt V.

FErdinandus *infans. extinctus.*

Ferdinandus *alter Imperator hujus nominis II.*

Carolus, *in infantia vix anno uno vivus.*

Regis, hodie vidua ſuperſtes, ac Regina Mater Moderni Regis.

MARIA Imperatrix, prima uxor Cæſaris viventis.

GRADVS IV.

PHILIPPUS IV.
HISPAN: REX,
PHILIPPI III. FILIVS,
Cognomento Magnus.

Sumpſit gubernium, quod hucuſque adminiſtrat an. Chriſti 1621. Pontificatus Gregorij XV. ann. 1. Imperij occidentis Ferdinandi II. Auſtriaci ann. 2.

Vxorem duxit Eliſabethã Henrici IV. Galliarum Regis filiam. Ex ipſa Balthaſarem in pueritia defunctum, treſque fœminas, quarum infans, ac Hæres vivit, peperit; ſed eâ mortuâ, duxit ſecundam ann. 1651. Mariam Annam Auſtriacam filiam Moderni Imper. ac Nepotem ex ſorore, quæ menſibus præteritis prolem ei fœminã dedit; datura ſi Deo placuerit ſub auſpicijs S. Antonij Patavini optatũ, & exſpectatum Principem, alioſque liberos.

Maximilianus, *Commendator Teutonicus.*

Leopoldus, *Epiſcopus Patavienſis, & Argentienſis, bello Juliacenſi ac Paſſavienſi celebris. Qui deinde ex Epiſcopo Dominus Tyrolis, Alſatiæ, &c. Vxorem duxit* Claudiam Mediceam, *Magni Ducis Hetruriæ* Ferdinandi I. *filiam, ac ſororem* Coſmi II. *Patris* Ferdinandi II. *Magni Ducis regnantis: Viduamque ultimi Ducis Vrbini, cum quo genuit Victoriam, Conjugem ejuſdem Magni Ducis Ferdinandi II. ſuſcepit ex Claudia prædicta Leopoldus in hac Civitate Oenipontana quinque liberos* Mariam Eleonoram, *in infantia mortuam.* Ferdinandũ Carolum, *Archiducem Auſtriæ Dominum, ac Patronum meum Clementiſſimum, Maritum* Annæ Mediceæ, *ſororis Magni Ducis Hetruriæ moderni.* Sigiſmundum Franciſcum, *Epiſcopum Auguſtanum,* Claram Eliſabellam, *Caroli II Ducis Mantuæ Vxorem, ac Matrem* Caroli III. *nondum elapſo ann. nati.* Leopoldinam, *ſecundam Conjugem Ferdinandi* II *Imperatoris, ac* Caroli Joſephi, *Archiducis Genitricem.*

Filiæ Caroli Archid. fuerunt IX.

ANNA, *nupta Sigiſmundo III. Poloniæ & Sueciæ Regi, & Mater facta Ladislai Regis præteriti, & Caſimiri præſentis.*

Maria Chriſtierna, *elocata Sigiſmundo Bathori Tranſilvaniæ Principi.*

Catharina Renea, *nata 1576. 4. Jan.*

Eliſabetha, *quæ obijt in pueritia.*

Gregoria Maximiliana, *nata 1581.*

Eleonora, *anno ſequenti orta.*

Margaritha, *Philippi III. Uxor, & IV. Mater.*

Magdalena, *Conjux Coſmi II. Magni Ducis, Mater regnantis, & noſtræ Clementiſſimæ Dominæ Annæ Archiduciſſæ.*

Conſtantia, *quæ ſucceſſit Annæ ſorori in conjugio Sigiſmundi* Poloniæ *Regis cum diſpenſatione ſummi* Pontificis.

GRADUS XI.

FERDINANDUS II. IMPERATOR, ARCHIDUX AUSTRIÆ.

Secundogenitus Caroli Archiducis, Cognomento Conſtans.

N*atus 1578. Bohemiæ Rex 1617. & ſequenti Ungariæ factus, ſed 1619. creatus Romanorum Im-*

perator Pontificatus Pauli V. ann. 14 Jmperavit ann. 18. obijtque Viennæ 1637. Patrem amiſit ann. 1590. & duas Uxores habuit: Mariam Annam filiam Guilielmi V. Bavariæ Ducis, ex qua ſex liberos ſuſcepit; & Eleonoram Gonzagam, hodie Viduam, atque ex materno ſanguine Medicæam, cujus Avus fuit Magnus Dux Hetruriæ Franciſcus primus, Avia verò Joanna Auſtriaca, ultima filia, ut diximus, Ferdinandi I. Imperatoris: amitaque Maria Franciæ Regina, ac Henrici IV. *Conjux.*

Filij Ferdinandi II. *fuerunt* III.

Joannes Carolus, *infans extinctus.*

Ferdinandus Erneſtus, *Imper. hodiernus.*

Leopoldus, *qui in Epiſcopatibus Leopoldo Patruo ſucceſſit; ac hodie Belgium laudabiliter gubernat.*

Filiæ Ferdinandi II. *fuerunt III.*

CHriſtina, *quæ non diu ſupervixit.*

Maria Anna, *Maximiliano Bavariæ Electori Avunculo ſuo, ann. præteritis in ſumma ſenectute defuncto, matrimonio copulata, ac plurimorum liberorum Mater facta. Vivit hodie vidua.*

Cæcilia Renata, *Uxor Regis præteriti Poloniæ Ladislai.*

GRADUS XIII.

FERDINANDUS III.

ARCHIDUX AUSTRIÆ, TERTIOGENITVS FERDINANDI II. Cæſar Auguſtus regnans.

ANno 1625. 8. Decembris in feſto Immaculatæ Conceptionis Matris Dei tanquam eidem devotiſsimus, eiuſdem Regni Ungariæ, ſcilicet 25. Nov. 1627. & Bohemiæ Rex præſente Auguſtiſsimo Patre coronatus eſt. Nuptias cum Maria infante Hiſpaniarũ celebravit 1631.

Ratisbonam vocatus unanimi Electorum ſuffragio 1636. XXII. *Decemb. Roman. Rex eligitur, & 30. ejuſdem coronatur Pontificatus Urbani* XIII. *ann. 30. Mortua prima Conjuge duxit ſecundam Leopoldinam memoratam; & poſt hanc* III. *Eleonoram Gonzagam Imperatricem Modernam. Ex tribus omnibus genuit Proles. Ex prima* Ferdinandum Franciſcum; *Regem Ungariæ, & Bohemiæ; quem Deo dante intra paucos menſes* Regem Romanorum *in Comitijs Imperialibus* Ratisbonæ *hujus ann. 1653. videre ſperamus. Spes hæc Auctorẽ minimè fefellit. Fuit namque Auguſtæ pulcherrimus devotuſque Heros Rex Romanorum electus: ſed vix unico tranſacto anno irrita multorum*

Sap. c.4. vota Deus reddidit, qui, ut piè credendum eſt, ejus vitæ præfixit terminum, eumque rapuit, ne malitia mutaret intellectū ejus, aut ne fictio raperet animam illius. Faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona, & inconſtantia concupiſcentiæ tranſvertit ſenſum ſine malitia. *Felix ergo tenellus Princeps & magis felix pauciſſimo tēporis ſpatio vitâ functus, quā ſi per mille ſæcula imperiali munere functus eſſet.* Nam conſummatus in brevi explevit tempora multa, placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum.

Leopoldum *Archiducem ſuperſtitem;*

Philippum }
Mariam } *infantes extincti.*
Maximilianum }

Carolum Joſephum *ex ſecunda Vxore.*

N. N. - - - *ex tertia, cui Deus Opt: Max: ſucceſſionem innumeram tribuat, tam Imperio Romano germanico, quam Eccleſiæ Catholicæ perneceſſariam.*

APPENDIX.

In qua tam utriuſque ſexus Auſtrij Principes epilogantur, quam bonum eorum Soboli augurium futuræ poſteritatis annunciatur.

PAtet ergo ex antedictis, quod per hoſce gradus recto ordine Rudolphus Habsburgicus Imperator attulit ex ſuo ſanguine paterno innumeros utriuſque ſexus poſteros. Abs ſe ſuſcepit liberos 14. ab Alberto filio Imperatore Nepotes 12. ab Alberto Nepote Pronepotes 7. à Leopoldo Probo Pronepote Abnepotes totidem: ab Erneſto Ferreo Abnepote Adnepotes 10. à Friderico Pio Imp. Adnepote Trinepotes 5. à Maximiliano I. Imp. Trinepote Minores 4. à Philippo I. Minore Poſteros 6.

Itaque per octo origines, ſeu Generationes Patrum ad filios, filiorum ad Nepotes, ac Nepotum ad alios genitos (ſive primogenitos, ſive non) Auſtriaca Progenies, nondum ſtipite interrupto, feliciſſimâ fortunâ, ac fæcunditate hucuſque ſucceſſores edidit, editura in poſterum majores, quibus tanta ditionum Hæreditas, indiviſa Patrimonij lege, (licet diviſis gubernijs) ſit tradenda. Hinc inſuper dilatatâ ſobole per Iberorum plagas, ac per aureum unum Ramum, recens Truncum penè effectum, Philippum I. duntaxat, tigilli vectesque Fratrum, Patruorum, Patruelium, Conſanguineorum pulcherrimos alios Ramos, tam in Hiſpania per nova germina, quam in Germania uſque ad modernos Principes, hoc modo protulit.

Philippi I. Ramus aureus Arboris Auſtriæ tranſijt etiam in Truncum.

Ex Carolo V. & Ferdinando I. Imperatoribus, filijs, ſuſcepit Philippus I. Nepotes 18. quinque ex primo, tredecim ex ſecundo. Ex Philippo II. Hiſpaniarum Monarcha, & Maximiliano II. Imperatore Nepotibus, Pronepotes 21. ſex ab uno, & quindecim ab alio. Ex Philippo III. Rege Pronepote Adnepotes 3. At ex Ferdinando II. & ex Ferdinando III. Pronepote, Abnepote, Abnepotes ſex, Adnepotes 7.

Alia advertentia.

Per tramites autem tranſverſales alij poſteri ex maſculo ſanguine Auſtriaco reperiuntur: nempè Carolus Cæſaricida, Rudolphi Bohemiæ Regis, Quinto geniti Rudolphi I. filius. Fridericus, unicus Friderici Pulchri Imperat: ex prima uxore filius: Eliſabetha, & Anna ejuſdem Cæſaris ex eâdem Conjuge filiæ: Catharina & Agnes filiæ Leopoldi Equitum gloriæ dicti. Fridericus, & Leopoldus, Othonis, Quintogeniti Alberti primi, filij. Albertus mirabilia Mundi, Alberti cum Trica filius: Albertus V. Imperator Alberti mirabilia Mundi filius. Sigiſmundus ſimplex, & Wolffgangus Filij Ferdinandi, Leopoldi Probi tertio geniti. Andreas, Carolus, Eleonora, & Anna, filij Ferdinandi Tyrolenſis, & Maria Eleonora, Ferdinandus Carolus, Sigiſmundus Franciſcus, Clara Eliſabella, & Imperatrix Leopoldina, filij Leopoldi Auſtriæ Archiducis Comitis Tyrol. &c.

Alij poſteri ex linea tranſverſali.

Numerus

Numerus fermè conſiderabilis,ac fortunæ AuſtriacæPietatis optimè correſpondens. Mares ſunt 83. inter quos reperimus Rudolphos 7. cum Protoplaſte: Albertos 7. Hartmannos 2. Fridericos 8. Carolos 10. Leopoldos 8. Erneſtos. 3. Maximilianos 6. Ioannes 3. Philippos 5. Ferdinandos 11. Sed magis omni admiratione dignum videtur,quod Reges Romanorũ 14. ſola una Auſtriaca familia hucuſq; ediderit;nimirùm duos Rudolphos, duos Albertos, duos Maximilianos, duos Fridericos, quatuor Ferdinandos, Carolum V. & Matthiam, quorum præcipua, ac diſtincta mentio alibi in proprio Gentilitio, ubi ſimul & illa Regum,& Archiducũ. Pietas Auſtriaca Poſterorum fæcunda. Numerus & nomina virorum Auſtriacorum.

Fœminæ ſunt 77. inter quas etiam enumeramus Guttas 2. Agnetes 4. Catharinas 9. Annas 8. Eliſabethas 10. Margarithas 7. Elenas 2. Eleonoras 4. Marias 9. Magdalenas 3. Ioan: 2. Imperatrices verò, Reginas, Electrices, Archiduciſſas & Magnas Duciſſas ſuo loco enarrandas relinquimus. Quot fœminæ in Auſtriaca familia, & quomodo nonnullæ vocatæ.

Secundam hujus appendicis partem ideo hic probandam ſuſcepimus, quia hodie multorum politicorum ſubtilitas & inanis cogitatio alio modo de præſenti Domus Auſtriacæ ſtatu circa ſucceſſores in utraque Monarchia argumentatur, quam nos, qui ad Dei paternam providentiam & Clementiam non illorum ijſdem oculis proſpicimus.

Alias quidem terrarum Orbis magis ac magis poſteris deſtitutum Auſtrium genus conſpexit;ſed maximè tam in Alberto II. contracto quã in Maximiliano I. ut in ante jacta Genealogia ſuperius adnotavimus. Nihilominus quemadmodum ſumma Auſtriacorũ Principum PIETAS, cuius origo Superos recognoſcit, res divinas candenti Religionis Catholicæ, ac Æterni Numinis cultus, & nunquam demiſſo zelo propagare, ejſque in dies augumentum tribuere indefatigato conamine plurimùm laborat: ita ſanè maxima Dei Providentia Auſtriam gentem fæcundare non deſiſtit, & tunc præcipuè quandò videt neceſſitatem imminere pro totius Eccleſiæ bono.

Quoties Auſtriaca Pietas famulatum cum Dei Clementia Progenitorum præ viribus conſervabit, toties pariter eam ſobolem ad lucem proferet, quam non ſolum multi Chriſti Vicarij teſtati ſunt, verum etiam Pontifex ſuperſtes Innocentius X. Ipſe namque literis ſuis ad noſtram Sereniſſimam Annam Medicæam Archiduciſſam prægnantem hæc paterno diplomate faſſus eſt.

INNOCENTIVS PP. X.

Dilecta in Chriſto Filia Nobilis Mulier ſalutem, & Apoſtolicã benedictionẽ. Pro eo quo Nobilitatẽ tuã in Domino proſequimur paternæ Charitatis & dilectionis affectu ea tibi libentiſſimè cõcedimus per quæ Spirituali conſolationi tuæ conſuli cognoſcimus. Cum itaque ſicut Nobis Inn. X. in ſuo diplomate.

 nuper

nuper exponi feciſti, tu prægnans exiſtas, Nos Nobilitati tuæ partum in Auguſto illo thalamo inclytæ Domus Auſtriacæ, in qua progigni ſolent propugnatores Fidei, & domitores impietatis, fauſtum felicemque à Domino ex intimo corde precantes: Tibi verè pœnitenti & confeſſæ, ac ſacra communione refectæ ſemel plenariam omnium peccatorum tuorum indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, ac benedictionem Apoſtolicam peramanter impartimur. Dat. Romæ apud ſanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris Die VII. Junij MDC.LIII. Pontificatus Noſtri Anno Nono.

Ad hanc quidem Pietatem, qua omnis Auſtriacorum Principum nititur potentia, & ſinè qua quodcunque primorum hujus Mundi Heroum robur faciliter corrueret, reſpexit D. Gregorius Bulzius Vir ſanè in omnibus eruditus, canens de Rudolpho I. in 4. epigrammate, cui titulus.

Greg. Bulzius in Rudolph. I.

Ex Aſtris prænunciatur Auſtriaca Potentia.

ANxius ut ſtellas remetitur in Æthere Vates
Grandia fatidico præſcius ore canit.
Surget, ait, Comiti gens poſtera multa Rodulpho,
Quæ reget Auguſta ſceptra ſuprema manu.
Auſtriacæ cur nemo rapit diademata Genti?
Tellus Cælorum rumpere fata nequit.

Audio D. Cyprianum Cartaginenſium Antiſtitem, ac D. Auguſtini Magiſtrum multorum miſerrimam conditionem deſcribentem, qui dum vivunt inter Catholicos, dum Imperium Germanorum incolunt, dum in alijs regnis nutriūtur, ubi Orthodoxa Religo viget, dum in Romana Eccleſia immenſis diuitijs fruuntur, quorum pars haud modica ab Auſtriaca Pietate, munificentia, ac liberalitate noſcitur elargita; ad nullum aliud commodum reſpiciunt, niſi ad proprium: & ad illud ſingillatim (heus dolor) quod in præcipuam eorundem perniciem, ac donorum interitum inordinata voluptas, graſſanſq; ſenſualitas ſine ulla commiſeratione moliuntur. Verba ejus, cæcam illorum mentem deflentia, hæc ſunt.

Hom. 30. in 21. Matthi.

Terrenis inhiamus, & à terris nolumus abſcindi. Sicuti quidam vermes ex terra in terram, & iterum ex ipſa in ipſam convertuntur: Sic & nos nec modicum reſpicere volumus nec auferre nos à cauſis mundi, ſed quaſi quadam ſatietate & ebrietate demerſi ac percuſſi, obſtupuimus imaginantes. Et ſicut qui gravi & dulci ſomno detinentur,

non

non ſolum nocte, ſed etiam ipſa luce veniente, & claro die facto, jacent in lecto, & non erubeſcunt ſuæ voluptati indulgere, & tempus operationis & feſtinationis tempus ſomni & ſegnitiæ facientes: Sic nos die extante, cuncta quæ noctis ſunt, operamur, dormientes, ſomnia videntes, imaginationes deliciantes, & clauſis oculis mentis & corporis inſanimus, aliena loquimur, ac ſi quiſquam nos alieno confodiat vulnere, nec ſic ſentimus, ac ſi nobis omnem quiſque diripiat ſubſtantiam, ac ſi ipſam nobis incendat domum: imò non expectamus alios ut faciant, ſed nos ipſi hoc facimus, ſtimulantes nos ipſos omni die.

Hoc hominum obcæcatum genus dum aliena loquitur, & cum Hippolyto à Lapide totalem extinctionem, imò extirpationem vanè, ne dicam impiè, familiæ Auſtriacæ exoptat, ad nullum profectò commune bonum reſpicit, neque Eccleſiæ Catholicæ, neque Imperij Germanici, neque Regnorum Hiſpaniarum, neque majoris Italiæ partis, neque Orbis novi, quibus in locis maximè Religio, Pietas, Deique cultus floret, conſervatur. Hæc namque omnia ſinè Auſtriaca Domo, *in qua* (ut faſſus eſt hodiernus Pontifex Innocentius) *progigni ſolent propugnatores fidei, & domitores Impietatis*, neſcio ubi reperirentur, ubi eſſent in dies, dum Turcicum imperium magis ac magis, non ſine maxima omnium Principum formidine, majores monſtroſaſque vires ſumit: Hæreſimus hinc inde dilatatur, & convaleſcit, ac vitiorum debaccans licentia ſine ullo timoris Dei phræno ubique ſerpentino horribilique ſupercilio virulenter excurrit. Par. 3. cap. 2. ſect. 1.

Robertus Bellarminus S. I. imò totius Eccleſiæ præclariſſimum jubar, ſuæ lumine ac ſplendore doctrinæ viam mihi aperit, ad probandam ſyllogiſtè illam eandem fortunatam fæcunditatem, quam propter ſuam Chriſtianam Catholicamque in Deum, in Eccleſiam, in Romanum Pontificem, in Clerum, & in proximum Pietatem temporibus Alberti contracti & Maximiliani I. commemorati Auſtria progenies meruit à Superis obtinere. Theſis certa à Bellarmino, ubi Auctor agit de nota XV. & ultima Eccleſiæ, hiſce verbis ſtabilitur. *Vltima nota eſt* FELICITAS *temporalis, divinitus ijs collata, qui Eccleſiam defenderunt.* Quam Theſim probo primò generaliter ex mente ipſius Doctoris, qui Græcas Latinaſque hiſtorias rimans, hoc modo ibidem loquitur. Conſtat item ex Græcorum hiſtoriis, Imperatores Orientis ab eo tempore, quo propter diſſidium circa imagines ſe ab Eccleſia Romana ſeparaverunt, ſemper in dies deterius ſe habuiſſe, donec tandem Imperium penitus amiſerunt. In Occidente verò ex Latinorum hiſtoriis manifeſtè colligitur, ſemper Imperatores magis vel minus floruiſſe; ut magis vel minus Romanæ Eccleſiæ addicti fuerunt. Bell. cap. 18. de notis Eccleſ. Pag. 349. num. 30.

Secunda probatio ſumenda eſt ex eodem ejuſdem Auctoris capite, per quod ad multa bona temporalia,&ad illam præcipuã felicitatem,quæ armorum accidentia caſuſque,in quibus nunquam eadem,ſed prorſus inconſtans ſemper fortuna extitit (*Varius enim eventus eſt belli*) deſcendit.Nunquam,inquit, Catholici Principes ex animo Deo adhæſerunt, quin facillimè de hoſtibus triumpharent. Ad quod confirmandum hiſtorica exempla tam veteris quam novi teſtamenti adducit. Notæ ſunt, ait, in primis victoriæ in teſtamento veteri Abrahæ,Moſis, Joſuæ, Gedeonis, Samuelis, Davidis, Ezechiæ ,Joſiæ, Machabæorum.In Teſtamento novo, inquit, Conſtantinus, qui primus publicè ex Imperatoribus Eccleſiam defendit,eo ferè modo Maxentium vicit,quo Moſes Pharonem. De eo ſic loquitur Auguſtinus. *Conſtantinum Imperatorem non ſupplicantem Dæmonibus, ſed ipſum verum Deum colentem, tantis terrenis implevit muneribus, quanta optare nullus auderet. Univerſum Orbem Romanum unus Auguſtus tenuit, & defendit, in adminiſtandis & gerendis bellis victorioſiſſimus fuit, in tyrannis opprimendis per omnia proſperatus eſt: grandævus ægritudine, & ſenectute defunctus eſt: filios imperantes reliquit.* In quo exemplo quinque bonorum genera in MagnoConſtantino propter ejus inDeum Pietatem narratD. Auguſtinus, quorum primum rerum temporalium affluentem copiam: ſecundum proſperos in rebus militaribus eventus: tertium juſtamTyrannorum ſuppeditationem : quartum laudabilem ſenectutem longamque vitam: quintum hæredum ſucceſſionem ac poſteros imperantes reſpicit.

2. Reg. 11.

Pag. 348. num. 30.

Legatur Euſ. l. 9. Hiſt. cap. 9. Lib. 5. de Civ. cap. 25.

Cætera exempla hiſtorica quæ Bellarminus affert pro majori hujus ſecundæ proborationis fulcimento hæc ſunt. De Theodoſio ſeniore ſcribit Rem Auguſtinus ibidem cap.26,ei,quod verè pius&Catholicus eſſet, ideò proſperè omnia ſucceſſiſſe, ut in prælijs hoſtium tela in auctores Deo agente retorquerentur. Addit Theodoretus lib. 5. hiſt. cap. 24. Sanctos Joannem & Philippũ Apoſtolos apparuiſſe in equis albis in eodé prælio pro Theodoſio Imperatore pugnantes. De Honorio etiam planè Catholico & Romano Pontifici addictiſſimo ut patet ex ejus epiſtolis ad Bonifacium Papam, ſcribit Auguſtinus lib. 5. de civit. Dei cap.23. ita Deum pro illo pugnaſſe,ut uno Prælio multò amplius quam centum millia Gothorum proſternerentur,& Rex ipſe Radagaiſus cum filijs caperetur,& occideretur, ex Romanis ne uno quidem vulnerato nedum extincto.

S. Auguſt. ib. de Theodoſio ſeniore. Theodor. lib. 5. hiſt. Auguſti. ib. de Honorio.

De Theodoſio juniore ſcribit Socrates lib. 7. hiſt. cap 18. exercitu ejus pugnante cum Barbaris & ipſo interim in urbe præcibus apud Deum vacante,circiter centum millia Saracenorum ab Angelis acta,in Euphratem miſerrimè perijſſe.

Socrates de Theod. juniore.

Juſtinianus

Juſtinianus ſenior donec Catholicus fuit feliciſſimè imperavit, ita ut Italiam, Africam, aliaſque multas provincias Romano Imperio reſtituerit, ut patet ex Euagrio lib. 4. hiſt. cap. 16. & ſequentibus: At ubi hæreticus factus eſt & edictum proponere voluit de ſua hæreſi recipienda, mox repentina morte ſublatus eſt, & Eccleſiam magno metu liberavit ut idem Evagrius ſcribit lib 4. cap. ult. Euagrius de Juſtin. ſen.

Heraclius quoque, ut ex Ioan. Zonara alijſque hiſtoricis cognoſci poteſt, dum Catholicus eſſet præclariſſimam victoriam de Perſis reportavit, & Crucem Domini recepit, quando res Romæ deſperatæ omninò eſſe videbantur; At cum in hæreſim incidit Monothelitarum, omnia illi infeliciter ſucceſſerũt, & ipſe novo atq; inaudito morbi genere extinctus eſt. Zonaras de Heraclio.

Tempore Vrbani II. ad annum Domini MXCVIII. Chriſtiani in bello ſacro à Papa indicto pro recuperatione Hieroſolymæ cùm eſſent Antiochiæ in ſumma deſperatione eò quod propè adeſſet infinitus exercitus Turcarum & Perſarum & ipſi pauci eſſent, & diuturna fame propè enecti, ita ut etiam viri fortiſſimi baculis innixi incederent, nec equos haberent, niſi pauciſſimos, ita ut præcipuus Princeps Godefredus equo commodato uteretur, & multi Principes in aſinis equitare cogerentur. Tandem Deus revelavit ubi eſſet lancea, & ea prælata, in bello victoriam dedit, ita ut occiderint centum millia Turcarum & ex ipſis vix quatuor millia ceciderint. Cecidit etiam ros divinitus in illos, quæ animis & corporibus vires addidit. Denique apparuerunt tres viri ſancti pro illis de cœlo pugnantes. Vide Paulum Æmilium lib. 4. Guilielmum Tyrium lib. 6. propè finem & Dodechinum Mariani Scoti continuatorem. Exemplum tempore Vrbani II.

Tempore Innocentij III. in Gallia ab octo millibus Catholicorum cæſa ſunt uno prælio centum millia Albigenſium hæreticorum, ut ſcribit Æmilius lib. 6. hiſtoriæ Francorum. Aliud exem: tempore Inn. III.

Noſtris temporibus anno MDXXXI. quinque prælia commiſerunt pro fide Catholici Helvetij cum hæreticis Helvetijs & ſemper Catholici vicerunt, cum tamen eſſent numero & armis multò inferiores: Vide Joannem Cochlæum in actis Lutheri anni MDXXXI. Tria alia exempla.

Carolus V. miraculo divino victoriam retulit de Lutheranis anno MDXLVII.

In Gallia quoque & Belgio multas victorias Catholici de hæreticis, non ſine miraculo reportarunt, immò vix unquam fuerunt hæretici ſuperiores, quando juſto prælio dimicatum eſt. Hucuſque Cardinalis Bellarminus in illa nota XV. & ultima Eccleſiæ Catholicæ contra Eccleſiam Hæreticorum.

Tertia probatio poteſt deſumi ab argumento in contrarium: nempè ab infeliciſſimis exitibus, ſeu finibus impiorũ Hominũ, qui parũ Eccleſiam, ac Chriſti Vicarios exiſtimant, omnique Pietate obliti, multa ſcelera, ac ſcandala perpetrant, ac perpetrantur, cultum Dei, ſanctorumque pravis 3. Probatio per locum à contrario argumento.

operibus

operibus ſpernunt, & tanquam ſeduli Epicuri ſectatores ventri ac Luxuriæ dediti illud atheiſticum dicterium paſſim habent in ore *Comedamus & bibamus poſt mortem nulla voluptas.*

Varia exempla de infelici exitu impiorum Principum.

Quod argumentum affert idem Bellarminus ſub notâ antecedenti, quæ eſt in ordine 14. Quodque his veteribus exemplis confirmat. De miſero fine Pharaonis primi perſequutoris Eccleſiæ legimus Exod. 14. de Datan & Abiron primis ſchiſmaticis legimus Numer. 16. de Jezabel 4. Regum 9. de Anthiocho 2. Machab. 9. de Pilato, quod ſeipſum interfecerit ſcribit Euſebius lib. 2. hiſtor. cap. 7. & cap. ult. refert breviter cladem Iudæorum, quam Ioſephus latè proſequitur in lib. de bello Iudaico. De Herode Aſcalonita, qui obijt ſcatens vermibus, cum prius occidiſſet uxorem, & filios, & ſeipſum occidere voluiſſet, ſcribit Ioſephus lib. 17. antiqu. cap. 9. De Herode Tetrarcha, quod amiſſo regno, in exilium relegatus perpetuum, miſerrimè vixerit, ſcribit idem Ioſephus lib. 18. cap. 14. de Filia Herodiadis vide Nicephorũ lib. 1. cap. 20. De Herode Agrippa vide Act. 12.

Alia exempla ſecundi generis pro ethnicis.

Neronem, Domitianum, & cæteros Imperatores, qui Chriſtianos perſequuti ſunt, omnes vel à ſe ipſis, vel ab alijs crudeliter necatos, vel certè miſerè perijſſe, conſtat ex Chronicis & hiſtorijs omnibus. Nam Trajanus horrenda paralyſi & ſimul hydropiſi extinctus eſt. Diocletianus imperium depoſuit præ dolore, quod Chriſtianos delere non poſſet. Valerius Maximianus, & Maximus tam horrendis doloribus correpti ſunt, ut etiam Medici Ethnici dicerent, divinam eſſe plagam. Vide Euſebium in Chronico, & lib. 8. hiſt. cap. ult. & lib. 9. cap. ultimo

Alia exempla III. generis pro apoſtatis.

Hinc deſcendit pius Doctor ad magnates apoſtatas, oſtenditque Iulianũ divinitùs occiſum, carentemq; ſepultura, eo quia teſte Nazianzeno orat. in Athanaſiũ circa finẽ à terra ſponté aperta abſortus fuerit. Valentẽ Arianũ, qui Iuliano in perſequutione Chriſtianorũ ſucceſſit, vivum à Gothis etiã Arianis crematũ. Ita Ruffinus lib. 11. hiſt c. 7. Hunericũ Arianum Wandalorũ Regem, & perſequutorẽ Eccleſiæ, vermibus toto corpore ſcatentem, conſuptumque, ut auctor eſt Victor lib. 3. extremo. Anaſtaſium Imperatorem, fautoremque hæreticorum Euthychianorum, fulminis ictu interemptum: quod tradunt Cedrenus, Zonaras, & Paulus Diaconus in ejus vita. Tempuſque demum oſtendit Leonis Iconomachi, tunc enim peſtilentia, conſequuta imaginum combuſtianem in foro Conſtantinopolitano, trecenta millia hominum ſuſtulit Conſtantinopoli. Legatur Chronicon Matthæi Palmerij ann. 741. Et de Conſtantino Copronymo Paulus Diaconus.

Alia exempla IV. generis pro Chriſtianis & parcè Catholicis.

Ex Theodor. Petreo poſt ep. ad lect. in vit. Impp.

Alij ſcriptores deindè hæc demùm exẽpla ab eodem Bell. & à nonnullis alijs deprompta, perluſtrant, ut tertiam hanc probationem corroborent. Quas in Eccleſia, inquiunt, tragædias conciverint, quaſve moleſtias Romanis Pontificibus faceſſerint Henricus IV. ejuſque ſucceſſor Henricus

V. nec

V. nec non & Otho IV. Fridericuſq; II. (multis alijs relictis) ut ex eorundem vitis notum eſt. Qui idcirco Imperio privari meruerunt. Quin & Gregorius II. Leonem Imperatorem Iconomachum à ſe excomunicatum, magna imperij parte mulctavit. Quod nec ipſi Magdeburgenſes diffitentur Centur. 8. cap. 10. in vita Grogorij II. Sicuti nec illud quidem quod Gregorius VII. Henricum IV. Imperatorem depoſuerit, aliumque ejus in locum ſubrogari demandaverit: quemadmodum habent cent. XI. cap. 10. in vita ejuſdem Gregorij. Adde, quod Clemens hujus nominis VI. Ludovicum IV. Imperatorem à Ioanne XII. & Benedicto XII excommunicationis fulmine ab Eccleſia ſeparatum, Imperij quoque diademate ſpoliavit. Innocentius verò IV. in œcumenica Lugdunenſi ſynodo, adſtipulantibus patribus omnibus, Fridericum II. depoſuit: poſt cujusdepoſitionem vacavit Imperium annis pluſquam 25. De quo quidem Friderico ab authoribus, haud quaquam aſpernandis, refertur, quod infelici morte è medio ſublatus ſit: à Manphredo nimirùm ſpurio, quem ex nobili concubina ſuſceperat, qui compreſſo ejus ore ac ſpiritu violenter eum Tarenti Civitate Archiepiſcopali (quæ à mea Patria diſtat tantum paſſuum quinquaginta millia, qui 10. milliaria Germanica efficiunt) ſuffocavit. Juſta planè Divini Numinis vindicta, ut qui matrem ſuam Romanam Eccleſiam tam miſerabiliter tractaverat, à proprio ſuo filio pari pœna tractaretur, & extingueretur.

Bellar. lib. 5. de Rom. Pont. cap. 8.

Bell. eodem loco cap. 8.

Nauclerus. D. Antoninus Trithemius. Platina. Cuſpin.

Reſumamus modò, tanquam noſtri ſyllogiſmi majorem propoſitionem, Theſim prædictam luculenter exemplis varijs, quæ magis movent, probatam, Cardinalis Bellarmini, ut poſſimus totam argumentationem compiere, omneſque boni publici hoſtes, qui interitum radicalem Auſtriacæ Sobolis injuſtè exoptant, convincere, confundere, atque à concepto livore retrahere.

Theſis eſt hæc.

Vltima nota Eccleſiæ eſt felicitas temporalis, divinitus ijs collata qui Eccleſiam defenderunt.

Addamus ei minorem.

Sed ſic eſt, quod inter mundanas felicitates Principum propagatio Hæredum maxima proſperitas exiſtimatur, tam regimi, quam bono publico ſæpenumero neceſſaria;

Inferamus modò intentum.

Ergo concludendum, Hæredum ſucceſſionem ac felicitatem ijs divinitus inter omnes homines fore concedendam, ſi ita expoſtulat neceſſitas, qui Eccleſiam Catholicam defendunt.

Major propoſito jam triplici fulcimento remanet probata. *Minor* patet ex ſe ipſa. Concluſio neceſſariò debet eſſe vera, quia,teſte Philoſopho,ex vero verum ſequitur.

Sed aſſumamus iterum concluſionem, ex duabus veritatibus concinnè pendentem, dicamuſque. Quia verò Principes Auſtriæ tam Theuthonici, quam Iberici ab exordio illius fortunæ, quæ propter Pietatem in Deum maximam Rudolphi I. eorum Domui accidit, incredibili amore ac zelo Eccleſiam Catholicam hucuſque defenderunt, ſicut in dies defendunt: Conſequitur ſanè,ut aſſeramus, quod Auſtrios ſuperſtites, qui duodecim ſunt (nimirùm mares ſeptem,ideſt ſex Germani, Ferdinandus III. Imperator cum duobus filijs, ac Fratre Belgij gubernatore; noſter Princeps ejus patruelis cumSigiſmundoFranciſcoGermano,ſed unus tantùm Hiſpanus, Rex ſcilicet Philippus IV. & quinq; fœminæ,quarum duas idem Philippus genuit, alteram verò Cæſar modernus, quartam Archidux noſter; ſed ultimam,quæ commemoratas multò ante preceſſit,ac hodie Mantuæ imperat, laudatiſſimus Leopoldus noſtrorum Archiducum parens) alij poſteri,Deo miſerante,ſequentur. Qui Imperium Germanum,ac Hiſpanicum regant, Eccleſiam Catholicam defendant, & tanquam *Propugnatores fidei, & domitores Impietatis* unâ cum Chriſti Vicarijs Orthodoxæ credulitatis hoſtes reprimant, ac ſanctam Romanam Sedem, ne barbarorum debaccans libertas, ac Hæreticorum rabida fames in eam irrueret, circumvallent.

XII. poſteri Auſtriaci hodie ſuperſunt. VII. mares,& V. fœminæ.

Et quamvis aliquando Deus pios flagellat Principes,qui nunquam deſiſtunt ſuæ perdilectæ Sponſæ Eccleſiæ ſtrenui ac indefatigati Defenſores apparere, vel propter nonnullos eorum defectus, vel propter alium finem ſibi tantum pernotum, tamen tandem proijcit virgam in ignem juxta illud, *Laudate gentes populum ejus, quia ſanguinem ſervorum ſuorum ulciſcetur, & vindictam retribuet in hoſtes eorum.* Quod ſi interdum non efficit,imò è vivis eos abſtulit,neque eis hæredes concedit,deplorabile imminenſque malum ejus excandeſcens,devoranſque vindictæ gladius in Populorum, regnorum, Pietatis, Religionis, fidei,& Eccleſiæ jacturam omnibus profectò minatur. Sicut enim ferè hodie fruſtranea perveſtigatio eſſet alios adinvenire magnates, qui pari religionis, ac Pietatis Zelo pro Mundo Orthodoxo afficerentur: ita pariter conjectari poſſumus de alienis ſucceſſoribus ſi (quod abſit) utrùmq; Auſtriæ imperium poſſiderent. *Ut Cometes*, inquit Plinius,*novus apparens, aut magnum bonum, aut ingens malum portendit mortalibus: Ita novus Princeps ſalutem affert rebus humanis ſi bonus eſt, maximam perniciem, ſi malus.* Verùm quis ita bonus eſſet,probuſq; in rebus fidei,veluti omnes Auſtriaci Principes,quorum Soboles nunquam in illis defecit,imò neque viſa eſt tepeſcens, ſi ex alieno genere ortus Auſtriacis regimi-

Bell. loc. cit. Deut.32.

Plin. lib. 2. cap. 26.

regiminibus ſuccederet? Nullus ſanè, ac per conſequens ex multis vix aliquis bonos eventus in ſimilibus promitteret, uti haud pauci malos; ſicut Cometes, qui ut plurimùm magis infauſta, quam fauſta prognoſtica mortalibus augurantur.

ADDENDA.

Ad Aliquorum Stemmatum ſculturam ab Auctore poſt impreſſionem tardius excogitatam, ac mutatam.

STEMMA I. fol. 184. adventum Æneæ Trojanorum Principis, ac I. Italiæ Regis in Latium exhibet: Vnâque fabuloſam, ſeu allegoricam enarrationem de Romuli & Remi gemellis à Lupa nutritis, Romæ fundatoribus, quos è ſtirpe Æneæ deſcendere, multorum ſententia eſt. Vti in eodem ſtemmate demonſtratur. I. Additio. ad 1. ſtemma.

STEMMA II. fol. 186. Civitatem Romam in ſua exprimit Icone. Quæ idcirco duo vexilla, alterum dextrorſum cum Aquila tam Æneæ Regis, quam Julij Cæſaris, alterum verò ſiniſtrorſum cum Confalonis *Tetragrammaton* S. P. Q. R. ſub Conſulibus aſſumptum pandit, ut ſic alternata Gentilitiorũ mutatio in eo ſufficerenter declaretur, ac faciliter liqueſcat. II. Add. ad 2. ſtemma.

STEMMA III. fol. 188. imaginem profert pergrandis Romæ Arcis, in monte Saturnio, ex præda Apoliarum, Latinorum Vrbis à Tarquinio ſuperbo extructæ: Capitolium dictæ à capite hominis ibi reperto, dum fundamenta foderent. Antea mons Tarpeius vocabatur, à Tarpeia Virgine veſtali, quam ibidem Sabini Scutis ſuis obrutam necarent. Tres ſimul quoque profert Pyramides. Pyramides in Ægypto nihil aliud fuerunt quam Regum pecunia otioſa & ſtulta oſtentatio: Vtpotè cum faciendi eas cauſa à pleriſque tradatur, ne ſcilicet pecunia ſucceſſoribus, aut æmulis inſidiantibus præberetur. Plures in Ægypto paſſim extiterũt, nullæ tamen clariores illis tribus, de quibus Pomponius Mela ſcribit, quæ Orbem implevere famâ conſpicuæ undique ad navigantibus, ſitæ in parte Aphricæ monte Saxeo ſteriliſque inter Memphim oppidum & Delta. Turres autem ſunt (inquit Solinus) faſtigatæ ultra excelſitatem omnem, quæ manu fieri poſſit; Sub Pyramidibus fuerunt Ægyptij Reges ſepulti. In Pyramidum ſtructura (ait Stephanus) 15. millia talentorum conſumpta ſunt, pro cæpis duntaxat, raphanis, allijs, & caſeo. Nominatæ autem ſunt, aiunt nonnulli Græcæ *Apo ton pyron*, hoc eſt à tritico, quo illic per Regem collecto, magna annonæ caritas per Ægyptum ſequuta eſt. Quod fabuloſum putat Valerianus, qui dùm oſtenderit, D. Gregorium Nazianzenum minimè reſpuere eorum opinionem, quorum ſententia eſt, Pyramides

III. add. ad 3. ſtemma. Plin. lib. 23. cap. 5. Virg. lib. 6. Plin. lib 36 cap. 12. apud Simon. Majolũ colloq. 23. col. 1. Pomp. Mela, Solin. Stephan. ex Plin. ib. Val. lib. 39. tit. finis.

mides in Ægypto celebriores ab Joſippo Hebræo exædificatas eſſe, tanquam frumenti conditoria, qui nomen rei conſentire dicit, quod *pyron* triticum vocant, demum hæc ſubdit concluditque. Nam & apud Stephanum, in ijs quæ Hermolaus Byzantinus compilavit, leges dictas Pyramides *Apo ton pyron.* Sed fabulam, ſubjungit, *hus epi ſinagogon ho baſileus endian epiſte ſituKe tu tin Ægypton*, à tritico ſcilicet quod undique congeſtum Rex eò contulerit, penuriaque Ægyptum affecerit, cum Joſippi conſilium ſalutare fuerit, ne mortales fame, quæ per tot annos futura erat, abſumerentur; illas porrò vulgus adhuc Granaria Pharaonis vocat. Hactenus Valerianus.

Colloq. 23. col. 1. pag. 521.

Ad Pyramides accedunt Obeliſci de quibus lepidè Simon Majolus Epiſcopus Vulturarienſis. Qui etiam tradit qua arte Romani vehere ex Ægypto eos potuerint ad Vrbem, quibus tantus ſumptus in eis vehendis & conſtituendis neceſſarius fuit; & quo artificio conſtituti fuerint tot obeliſci Romæ in ſedibus ſuis.

Lib. 36. c. 8.

Sunt autem obeliſci longè Pyramidibus minores Solis Numini ſacras, ut ait Plinius, propter quod ad radiorum ſimilitudinem fiebant. Hac ergo de re Trojanorum Juliæque Sobolis ſtemmata, quorum quodlibet Gentilitium Julianæ Familiæ (quod idcirco in medio conſtituitur, ut utrorumq; particeps cognoſcatur) amplectitur, non ſupra Obeliſcos, ſed potius ſupra tres Pyramides, quarum moles pro Principibus ac magnatibus ſublimioribus conſtruebantur, eminent.

Quare Auctor uſus fuerit Pyramidibus in 3. ſtemmate.

Et licet Roma nec Pyramides ab Ægypto tranſtulerit, ſed Obeliſcos, nec eas ædificaverit, nec eas ſupra Capitoliũ, ubi Victores triumphabant, ſed varias ſtatuas erexerit, nihilominus propterea illud ornamentum in Scuto expreſſimus, ut unuſquiſque percipiat, quod magnarum ſtirpium gentilitia ſupra moles magnas ac pro gloria Heroum adinventas, & eò in loco ubi facinora egregia Cæſarum, Conſulumque aliorumque illuſtrium hominum celebrabantur, optimè apponuntur. Eo vel maximè, quia ſicut Pyramides ſymbola ſunt interitus Mundi gloriæ (ſub ipſis enim, ut dictum eſt, defuncti Reges ſepeliebantur) ita nos his Pyramidibus omnes Principum granditudines ſupra mortis monumenta eſſe erigendas oſtendimus.

IV. Add. ad 4. ſtemma.

Stemma IV. fol. 191. Non ſolùm repræſentat Gentilitium ſtirpis Anicianæ cum Imagine Magni Conſtantini, qui Anicius fuit, pro ut ex ſuo numiſmate collegimus, verum etiam Icones Religionis, & Fortitudini exprimit. Partem unã numiſmatis in Scuto Religionis, in quo ſculpta eſt imago Conſtantini (qui inter Imperatores primus fuit in abjurando Idolorum cultu, ac Chriſtianæ fidei nomen dedit, baptizatus à S. Sylveſtro Papa ann. Chriſti 324. permittens unicuique liberum Chriſtianæ Religionis exercitiũ) collocavimus. Partẽ verò alterã in Fortitudinis Clypeo,

Conſtantini Magni Baptiſmus.

peo, nec ſine magna ratione. Conſtantinus enim & amplexatus eſt Religionem, & eam auxit, & Romanam Eccleſiam ut majori decore, ac ſplendore coleretur, valdè ditavit. Fortitudo quoq; meritò inſigne Anicianum in ſuo ſchemate exprimit, cum Turris fortitudinem ſignificet, nomenque Anicium græcè latinè invictum ſonet.

STEMMA V. fol. 195. Aniciorum ac Perleonum familiam in Frangipaniam commutatam pandit. Sed ut cauſam ejus agnominis commutationis exprimeret, hiſtoriam, quam ſub eo pro hac re narravimus, in Scuto deinde cudi fecimus. Nimirùm Montem Aventinum, qui ſub ditione Perleonum erat, unde illi Comites vocitabantur, & ubi grande celebreque palatium ipſi habebant, ibique ſedem. Et undè demùm, Tyberis inundatione graſſante, cum multis ex ſuis nobilibus, ſervis ac ſubjectis deſcenderant, ut navibus, plenis panibus, egentium inopiam ſuccurrerent. V. Add. ad ſtemma 5.

STEMMA VI. fol. 199. Idem Gentilitium Perleonum Frangipanum, ſed ſub diverſo ſchemate, patefacit. Leo tamen fruſtulis nigris maculatus familiam Perleoniam deſignat, quorum Poſteri diſtribuendo, ac frangendo Populo Romano panes, Frangipanes deinde ſunt vocati. VI. Add. ad ſtemma 6.

Inquit Vitignanus de hoc Gentilitio. *La Famiglia Pierleonia usò per ſue inſegne un Leone nero ſcaccheggiato d' oro in campo d' argento, è tre faſcie roſſe, & alzarorono il detto Leone forſe per monſtrare l' antica origine de Trojani, i quali come dicemmo uſarono il Leone; e queſte inſegne hoggi ſi ſcorgono in molti luoghi in Roma, & in particolare nella Chieſa di S. Stefano del Cacco de' monaci Silveſtrini appreſſo la Minerva.* Quæ verba Latinè translata hunc ſenſum habent. Familia Perleonum uſa eſt pro ſuis inſignibus unico Leone nigro, auro teſſellato in campo argenteo, ac tribus faſcijs rubris: atque dictum Leonem forſitan erexit, ut antiquam Trojanorum originem oſtenderet, qui, ſicut dictum eſt, Leone uſi ſunt. Et hæc hodie inſignia multis in Romæ locis videntur, ac præcipuè in Eccleſia D. Stephani Cacci Monachorum Silveſtrinorum apud Minervam. Cornel. Vitignanus pag. 32.

Auctor iſte quid ſignificent illæ aureæ teſſellæ minimè declarat: Idcirco id quod Seifridus de Aquila Signiæ Comitum aſſerit (de qua etiam in ſequenti Stemmate) & ipſe profectò aſſeram, quod nimirùm ea Leonis fragmenta ex auro, cui charitas ſeu Pietas in proximum comparatur, Frangipanum ſtirpis originem deſignent.

STEMMA VII. fol. 207. in ea Aquila, quam Frangipanes Comites ſigniæ elegerunt, tam dilatationem familiæ Frangipanum in Croatiæ, & in alijs Europæ regionibus, quam avitam ejuſdem Pietatem adverſus egenos commemoratæ inundationis tempore commonſtrat. Sed in Leone, qui in baſi ubi Aquila eminet ſculptus eſt, Arma Habsburgica, de VII. Add. ad 7. ſtemma.

quibus inferius in ſuo proprio ſtemmate egimus, manifeſtat. Quia verò intra pectus viſceraq; Anicianæ Aquilæ eo modo efformatæ *Eucharisticum Libanem* collocavimus, viſum eſt ſimul & ſemel illi addere Venationē Rudolphi I. Imp. Comitis de Habsburg Frãgipanis, ac ejus ad PANEM VITÆ obſequium illud, per quod meruit pro ſe, & pro tota ſua poſteritate Imperij culmina, ac innumera regna, & Monarchias obtinere.

Joann. 6.

Revertens autem pijſſimus ac Religioſiſſimus Comes poſt magnam exhibitam reverentiam SACROSANCTÆ SYNAXI Deique Miniſtro Sacerdotique eam infirmo pauperculo deferenti, in domum caſtrumque ſuum de Habsburg (expeditus à venatione, & præſtito jam obſequio Domino ſuo) ſupra ipſius caput Aquilam circumvolare haud quidem incongruè ſimul effingimus. Siquidem Aquila non temerè cognomento Romana meruit appellari, cum nulla verè fuerit in univerſo terrarum orbe pars, quà daretur acceſſus, quam auſpicatiſſimo ductu Romonæ non ſubjecerit athoritati. Quamvis Perſas multò ante Romanas auream Aquilam, pennas ex tendentem ſimilem ſacrarint. Huic autem uni aliti ætatum & Aruſpiciũ omnium conſenſu, id honoris datum, ut magnarum rerum proſperi ſemper eventus ſignificatione auſpicia faceret. Quam propoſitionem varijs exemplis hiſtoricis probat Pierius, varijſque antiquorum Augurum obſervationibus ac fabulis ipſis, ut quilibet apud eundem videre poteſt.

Aquila proſperitatis ſignum.

Pier. Valer. lib. 19. de Aquila.

STEMMA Regum Galliarum fol. 210. Gentilitia propria, quæ de Cœlo multi aſſerunt emiſſa in ſuo Clypeo continet. Scio quoſdam Auctores, non omninò malos autumaſſe, priorum Galliæ Regum, qui à Pharamundo profecti ſunt, inſignia fuiſſe tres Bufones aut Rubetas. Nonnulli tres Coronas malunt. Alij Leonem, qui Aquilam ad caudam habeat. In quo illi boni ſcriptores temerè interdum, & ſine judicio caligant, quippè qui quod Regum quorundam peculiare ſymbolum fuerit, ad alios quoque tanquam commune omnium referant. Videri autem certius poteſt, Lilijs tribus primum Clodoveum fuiſſe uſum, cum primùm ſuadente Clotilde uxore lectiſſima, Religioni Chriſtianæ nomen dedit. Quod Liliorum trium ſtemma poſteri etiam Reges ad noſtra uſque tempora retinuerunt. Hactenus ſyntagma in Andreæ Alciati Emblemata. Ipſe verò (ſi non malè recolo) recordor me apud alios Auctores quorum nominum oblitus ſum, primùm Francorum Reges plura Lilia in inſigne aperuiſſe, quæ deinde Clodoveus ad tria tantum reduxit. Qua de re apud Henninges, & Albitium duo Scuta in armis Regum Galliarum effinguntur, in quorum altero multa, in altero autem tria Lilia continentur, & non amplius.

Vltima add. ad ſtemma Regum Galliarum.

Ex Syntag. in And. Alciat. pap. 59.

Joann. Henn. Albitius.

PERO-

PERORATIO AD LECTOREM,

Ac totius Gentilitij Concluſió.

PIETAS AVSTRIACA,tot modis totque argumentis Lectori meó patefacta etiam à primordijs illis antequam fidei JESV CHRISTI incunabula Mundo clareſcerent, omni ſanè ex parte fortunatam in PRÆCLARISSIMA SANGVINIS ORIGINE ſe ipſam prodidit.

Nobilitas circa Phaleg tempora noſcitur introducta. Phaleg, qui in Meſſiæ ponitur linea, Filius fuit Heber, nepos Sale, pronepos Arphaxad, & abnepos Sem primogeniti Noemi. Qui Noemus cum cepiſſet tanquam vir Agricola exercere terram; vineam plantavit: Bibenſque vinum inebriatus eſt,& nudatus in tabernaculo ſuo. Quod cum vidiſſet Cham Pater Chanaan verenda patris nudata, nunciavit duobus fratribus ſuis foras. At verò Sem, & Japhet pallium impoſuerunt humeris ſuis,& incedentes retrorſum verenda patris operuerũt: facieſque eorum averſæ erant, & patris virilia nequaquam viderunt.

Nobilitatis initia.
Gen. cap. 11.
Gen. cap. 8.

Quamobrem evigilans Noemus ex vino, cum didiciſſet, quæ fecerat ei Filius ſuus minor, ait: Maledictus Chanaan ſervus ſervorum erit fratribus ſuis. Benedictus Dominus Deus Sem, ſitque Chanaan ſervus ejus.

Quibus in verbis licet Parens agricolaque Noemus Sem Japhetque nobiles, tam ſecundum animorum ingenuitatem, ad quam virtutum claritas, ornamentaque ſpectant mentis, quam ſecundum temporaneam poteſtatem, atque divitiarum copiam de claraverit: Nihilominus Politicæ Nobilitatis introductio circa Phaleg tempora, qui annis à Mundo condito 1787. & à Diluvio 131. vivebat exorta panditur.

Bell. 1. p. Chron.
Tyrannis undè exorta.

Nemort nepos Cham ex parente Chus, undè tyrannis initia recognoſcit: ille, inquam, monſtroſus Gigas, Dominuſque ac vexator eorum, quos ad vanā Babilonicæ Turris conſtruxionem ſuperbè induxerat, & neque conſilijs, neque minis Phaleg hunc ſuæ potuit trahere voluntati, ut ad male impieque conceptum opus cum tota multitudine perverse educta concurreret. Ob hanc cauſam vir conſtans ac generoſus Phaleg meruit nomen, & ita vocari, quia cum in diebus ſuis facta eſſet linguarum confuſio, quaſi ipſe diviſus ab alijs, lingua priſtina in domo ſua manſit. Vnde juxta D. Auguſtini mentem *in hoc non parum juſtitiæ apparuit, quod iſta domus libera ab hac pæna fuiſſet, cum non fuerit particeps in culpa.*

Gen. cap. 11.
D. Auguſt. apud faſciculum temporum.

Itaque ibi incepit completa, morum ſcilicet, honorumque Nobilitatis declaratio anno Mundi poſt Diluvium 1656. ubi honeſtatis, compaſſionis, ac Pietatis Virtus duorum Fratrum Sem, Iaphetque adverſus Cham vitium, culpam ebrietatis involuntariam in Parente detegens ac deridens, ingenuè reſplenduit. Ibique tanquam novum jubar primos

Nobilitatis humanæ nobile principium.

pulcher-

pulcherrimoſque emiſit radios ubi primo Noemica effulſit Benedictio; per quam Cham maledicti ſemen majori minorique fratribus juſtè idem parens ſubjecit. Sed introductio Nobilitatis,ejuſque poſſeſſio ad tempora Phaleg, in quo integerrimi animi dotes emicuere, Nemrot tyrannidi ſe conſtantiſſimè opponentes, ſuam originem refert,ut dictum eſt.

Ex eodem faſci. temp. Quatuor de cauſis Nobilitas inſtituta.

Quæ quidem Nobilitas quatuor ad plurimùm de cauſis inſtituta perhibetur. Prima cauſa vocatur neceſſitatis: creſcente enim humano genere,cum homines ad malum proni eſſent,oportuit prohibere inſultus pravorum adverſus bonos, & ideò eligebatur aliquis vir bonus, juſtior

1. Cauſa.

cæteris atque prudentior, qui communitati præſideret; virtuoſos promoveret, mediocres defenderet, malos coerceret. Secunda cauſa fuit

2. Cauſa.

diſcordia plebium, quæ rectum judiciū ignorabat,licet tamen ſui inter ſe pacatè viverent. Nam adeò hebetes fuerunt, quod nihil magni pendere valuerunt, niſi quod vulgari opinione celebrabatur. Unde expediebat pro ipſarum pace conſervanda,ut ex natalibus Nobilium Principes

3. Cauſa.

haberent. Tertia cauſa proceſſit ex fortitudine aliquando ſingulari: nonnunquam enim communitates,gravatæ ob incurſus hoſtiles,tale edictum ſanxerunt, ut quicunque patriam à talibus liberaret,jus nobilitatis pro ſe

4. Cauſa.

& hæredibus ſuis perpetuò obtineret. Quarta cauſa ex abundatia divitiarum ſumitur; aliquando enim populares nimiâ penuriâ victualium attenuati tradiderunt ſe & ſua alicui diviti,ut hoc pacto malū inopiæ temperaret,& eum deinceps velut nobilem & Dominum recognoſcerent.

Aliæ nobilitates vel per Divinū oraculum, vel per tyrannidem introductæ.

Inveniuntur etiam quædam Nobilitates per Divinum oraculum inſtitutæ, licet paucæ, quarum aliquæ permanſerunt, ut in Davide, aliquæ verò defecerunt, ut illæ Saulis, Jeroboami, & quorundam aliorum. Plurimæ quoque leguntur Nobilitates per violentiam, & tyrannidem introductæ, quarum ſimiliter aliquæ ſtatim deſtructæ,& penitus deletæ fuerunt, aliquæ ſtabiles permanſerunt.

Tamen animadvertendum quod ſecundum veteres hiſtorias rarò aut nunquam in Paganiſmo nobilium ſtirpes perpetuatæ fuere, & hoc propter ſuperbiam, ac tyrannidem. Multæ etiam apud Chriſtianos propter eandem cauſam deletæ ſunt juxta illud *ſedes Ducum ſuperborum*

Eccleſ. cap. 10.

deſtruxit Dominus, & ſedere fecit mites pro eis.

Nobilitas eſt bonū ex ſe appetibile.

Item notandum, quod nemo unquam Nobilitatem odio habuit? quia eſt bonum per ſe quidem appetibile,ſicut eſt ipſa Virtus.Si verò ſancti multi eam fugerunt,contempſeruntque,id ob grande periculum,quod in eà latet; ob difficultatem maximam ipſi annexam nimis prudenter effecerunt. Hactenus faſciculus temporum, cui addimus, quod multi quoque ex Romanorum Ethnicorum Nobiles, qui ab re ruſtica ad apicem culmenque Nobilitatis pervenerunt, iterum Vrbem,Rempublicam, Senatum,regimina magnitudineſque reliquere, & ad aratra redierunt operam navando culturæ, fabas, lentem, cicereſque denuò plantantes, colligenteſque.

Sed

Sed ut eò revertamur, undè non abſque rationabili mente diſceſſimus, jam SERENISSIMÆ DOMUS AVSTRIACÆ Nobilitatis inſtitutionem antiquiſſimam eſſe planè oſtenſum eſt. Nam ubi altiori inſpectione per duplicem ſententiam ſua tradidimus initia, ex regio priſcoque genere ortum duxiſſe demonſtravimus. In quo omnis quidem, qui ſincerè hiſtoricas lucubrationes rimatur, facili negocio eaſdem Nobilitatis cauſas Auſtriacæ origini tam in Ænea, Trojanorum Principe, ac I. deindè Latinorum Rege, quam in Pharamundo, quem Franci ex Duce primùm in ſuum Regem elegerunt, reperiet, quas ſuperius pro ejuſdem inſtitutione deſcripſimus.

Æneas I. Latinorum Rex ad ann. Mundi 2787. ante Chriſtum natum 1173. ex Dicte, & Darete. Pharam. Rex creatur ann. N.S. 418.

Vbi verò minus altè ſua exordia in tertia opinione contemplavimus, ſtirpem Zaringicam Annaliſtæ nobis indicavêre, de cujus certa, ac firma Nobilitate ſi apud Germanos tantiſper hæſitare voluerimus, maximæ profectò ignorantiæ argueremur. Duces Zaringenſes, qui unius ejuſdemque cum Habsburgenſibus familiæ ſunt, temporibus Cæſaris Henrici III. nimirùm ann. 1040. vivebant. Vbi demum ea viciniori tractu cepimus à Rudolpho Habsburgico Protoparente (in cujus Patre, pro Chriſti Fide ad Orientem Paleſtinæ exulante, quò ſtrenuè dimicans adverſus Saracenos, mortuus eſt, MARTYRII PIETAS, ut aliqui fatentur, mirabiliter refulſit) imperialia exordia, Divinis enunciata oraculis, bellica virtute, ac maximâ prudentiâ fundata, habuiſſe comperimus.

Gerard. de Roho. lib. 1. pag. 3.

Fortuna deinde Auſtriacæ Pietatis in hoc primo Nobilitatis gentilitio adeò omnimodis ornamentis perdecorata admiratur, ut neſcierim an aliam familiam terrarum Orbis tulerit, quæ longiori, & clariori ſtemmate Majores ciere queat. Nullam profectò dedit, quæ tot humano generi Principes, Reges, Imperatores procrearit, quæ longius, latius geſtis, potentia, fama, gloria pervaſerit; quæq; tot nationibus, provincijs, regnis imperitarit. Hinc meritò id quod Plinius de Italia ſcripſit, poſſet quis mutatis mutandis *DE CHRISTIANISSIMA AC PIISSIMA DOMO AVSTRIACA* hiſce verbis, ablata quacunque aſſentationis macula, annunciare. Quanta meſſis felicitatis germinarit Sole Occidentalis Imperij in Habsburgiaco coronato Leone, radiante, nemo non videt, qui Solem videat. Jam enim Habsburgica Familia Cæſarum, Regumque fœcunda parens ſparſa per Orbem terrarum in unam AVSTRIAM DOMVM congregavit Imperia, quam uterque Solis naſcentis, ac morientis thalamus illuſtrat, Borealis, Auſtraliſque axis cardine, gemino Cœlo firmatam.

Guilli. lib. 2. cap. 3. in fine.

Pall. ubi ſuprà in Synop. Gen. Rudolphi I.

Reprimat ergò, reprimat Othocarianos faſtus, atque Othocarianorum omnium in uno Hippolyto à Lapide impudentiam, imprudentiamque ipſa Germanorum Lex, quæ apud Tacitum eorum mores enarrantem, hæc pro Nobilitate præſcripſit. *Inſignis Nobilitas magna Patrum merita.* Et paulò inferius. *Nec ſolum in ſua gente cuique ſed apud finitimas quoque Civitates id nomen, ea gloria eſt, ſi numero,*

De mor. Germ.

ac virtute comitatus emineat. Cumque in Auſtriacorum Principum Sobole tot Proauorum per longam annorum ſeriem virtutes reperiantur, totque clariſſima etiam ſuis ab initijs facinora, audiant primò adverſarij Thomam Bozium,inquientem, *Eodem modo Auſtriaci nunquam non leguntur nobiles fuiſſe, atque à nobilibus ortum ducunt.* Cui ſubſcribitur Pallavicinus *Nihil* inquit, *in Auſtriaca familia unquam humile, privatumque fuit à vetuſtiſsima Annalium memoria; nihil non excelſum, & princeps*: Ac deindè erubeſcant id apertis mendacijs Domui Auſtriacæ aſcribere, quod mille argumentis eſſe à ratione alienum probatum eſt. Denique in omnes Othocari inquieti ſectarios juſtè Gaſpar Scioppius invehitur, oſtendens Ferdinando II. Cæſari fortunatiſſimam ſuæ Progeniei inſitam, avitamque Pietatem in præclariſſima, ac pervetuſtiſſima ſaguinis origine, poſtquam ejus initia omni adhibita diligentia, ſtudio, ac labore perluſtrarit. Ejus invectiva hæc eſt. *Quibus Religio non fuit Deo, Eccleſiæ, & S. Romano Imperio cultum, honorem, & obedientiam negare ijdem Auguſtæ Domus Auſtriacæ nobilitatem allatrare animos induxerunt. Horum in circulis, convivijs, paßim denique auditæ ſunt voces, non deeſſe vel inter Auſtriæ ſuperioris, & inferioris regulos ſeu Barones; quibus Habsburgienſes Comites de vetuſta generis Nobilitate multum concedere neceſſe habeant. Ego igitur poſtquam ſedulò feci omnia, quibus Monſtrorum iſtorum conſilia conatuſque circumſcribi & impediri poſſent, etiam hac in re vanitatem compeſcendam Auguſtamque ſuam Regiam nobilitatem, locupletiſsimis teſtimonijs comprobatam, totius Orbis conſpectui repræſentandam mihi ſumpſi. Quæ frons inveniri poterit tam ferrea! quod os tam caninum ac pudore nullo! ut contra vel hiſcere quidquam audeat, ubi in Majores tuos, à quibus directâ & perpetuâ alterutrius ſexus ſerie te profectum demonſtrabo; Imperatores plus quadraginta, Reges trecentos & amplius numerari viderit. Liber ille propediem propitio Deo excudetur, &c.*

Thom. Boz. lib. 8 de ruinis regnorum, & gentium.

Loco cit.

Epiſt. dedicat. ad Ferd. II.

Hactenus Scioppius,& etiam ipſe in hoc primo Gentilitio, qui pro explendis alijs ſex totus ero. Si Deo placuerit (ad cujus gloriam omnis honeſta occupatio, ac ea maximè, quæ ad Principum, ſummâ Pietate fulgentium honorem ſpectat, referenda) quam primum ſubſequentia Gentilitia afferre curabo. Curabo ſanè licet infantem in latinè ſcribendo apparuerim:atque opus ſuſceperim,ex quo pungentes tam Criticorum quam etiam adverſariorũ calamos me provocaturũ multò ante prævidi,

Ex trunco illo ac unico monſtroſæ Hydræ capite, quod non abs re pes AVSTRIACÆ PIETATIS dexter in priori hoc gentilitio calcat conculcatque, non ſecus ac ab illo Meduſæ medio capillamento noxij contra mea ſcripta ſerpentes exibunt. Qui veluti Gorgones bellicoſæ unum oculum, unumque dentem habebunt, non ut minus videant, minuſque dilacerent, ſed ut magis ac magis plurimorum intuitu, multorumque vi (*Virtus enim unita fortior*) ſine ulla commiſeratione offendant. Hujus ſanè primi reciſi Draconis capitis dentes recenſiora ſemina adminiſtrabunt, adeò ut cum hæc vipereos novoſque digladiatores ſimul germinarint, illi quamcitius venenatis armis in meam irrumpent puſillitatem. At dum ipſe eorum confidentiam in telis proprijs, ingenijque viribus plurimi facio, certè quoque ſcio, quod ubique *fiducia pallens ſtat*, ſicut Thebanus cecinit, ut propterea ſæpenumerò excellens in arte gladiatoria enſem in ruſticum, enſe quoque armatum ſtringere pertimeſcat: Et quod, teſte Seneca, *Quedam nos magis torquent quam debeant, quedam torquent cum omninò non debeant.*

Ex comm. in Andream Alciat. emb. 97.

Sen. Ep. 13.

FINIS

FINIS
PRIMI GENTILITIJ
DE ORIGINE AUGUSTISSIMÆ
DOMUS AUSTRIACÆ.

MAGNIS ORTÆ INITIJS, ANTIQVITATE, ET AUCTORITATE POLLENTIBUS.

Contra Othocarum Bohemiæ Regem, Henricum Spondanum, Hippolytum à Lapide (qui ita ſcribi, & vocari voluit) & contra alios quoſcunque, horum Sectatores.

QUATUOR INDICES

HOC PRIMUM PERCURRENTIBUS GENTILitium prebet.

QUod ſunt animæ corporibus, id etiam Libris eſſe indices haud ineptè accommodari poteſt. Etenim (ut alias rationes ac ſimuilitudines prætercam) quemadmodum anima eſt in toto corpore, & in qualibet corporis parte, ita etiam aliquo modo index in toto Libro & in omnibus ejus partibus reperitur; dum quidquid in eo continetur, ſtatim Legentibus in propatulo exhibeatur. Poſſumus etiam addere, Indicem Librorũ tum Soli, tum. Sacrorum Bibliorum Concordantiæ lepidè aſſimilari. Quid enim Sole lucidius aptiuſque, ut citò à primo mane vix unico ejus exorto radio omnia, quæ ad diem ſpectant, quæque noctis umbræ mortalium oculis abſconderunt, quacũq; jam ablata artificialiũ luminum, quibus in tenebris utimur, moleſtia, innoteſcant? Nec alia quidem de cauſa Sacrorum Bibliorum inventa eſt Concordantia, niſi ejus adjutorio ad id faciliter & ſine mora inveniendũ, quod ipſa ablata ut reperiatur neceſſe omninò foret, aut plurimùm memoriter laborare, Libros, capita, verſus eorundemque ordinem in mente retinendo; aut varia ac innumera Bibliæ loca percurrere, quæ omnia animum defatigant, merorem gignunt ac tœdio plurimùm afficiunt. Eodem modo de utilitate, ac Indicis librorum commoditate philoſophandum, ſicut Praxis ipſa pro comperto teſtis eſt apud omnes, aliorum opera evoluentes, quibus dum aliquod volumen legendũ occurrit, plurimi quidẽ faciunt, ſi eũ copioſo indice locupletatum reperiunt: contra verò ipſum, ſi eo caret, parvi pendunt, non ſecus ac cadaver tenebraſque; vocantque eum corpus ſine anima, ac lumen nocturnum, in quo quidquid oculus intuetur, moleſtè ac caliginosè proſpicit.

Index librorum quibus rebus comparandus.

Concordantia S. Bibliæ quam utilis.

Itaque rem omninò Lectori pergratam me effectu-rum ſpero, dum præter ſyntagma omnium Gentilitiorum Fol.47. appoſitum, præterque Elenchum poſt ipſummet immediatè impreſſum, quatuor Indices ei planè exhibere ſtudeo. Primus continet Loca Sacræ ſcripturæ. Secundus res omnes ſcitu dignas amplectitur. Tertius numerũ teſtium profert. Quartus demum mendas omnes patefacit.

INDEX I.

INDEX I.

IN QUO LOCA SACRÆ SCRIPTURÆ ADDUCUNTUR.

EX GENESI.

Cap. I. FEcit duo luminaria magna. Folio 3.
Maſculum & fæminam creavit eos.fol.12
Cap: V. Adam genuit Seth,&c. fol. 104.
Cap. VI. Gigantes autem erant ſuper terram. fol. 11.
Cap. VIII. Poſt ſeptem dies miſit columbam.fol.32
Cap, IX. Cœpitque Noe vir Agricola, fol.299.
Cap. X. Diviſæ ſunt inſulæ gentium. fol. 104.

EX EXODO.

Cap. XII. Menſis iſte vobis eſt principium menſium. fol. 32.

EX NUM.

Cap. XIII. Vidimus monſtra de genereGiganteo.fol.11
Cap. XXV. Quod cum vidiſſet Phinees,&c. fol. 132,

EX DEUTERON.

Cap. XXXII. Laudate gentes populum.&c. fol. 294.

EX REG.

2. Reg. Cap. 11. Varius eventus eſt belli. fol. 290.

EX PSALM.

Pſal. 1. 16.& 115. fol. 65.
Pſal. 4. Sed ſcitote filij hominum,&c. } fol.68.
Pſal. 117. A Domino factum eſt iſtud,&c. } fol.68.
Pſal. 165. Reputatum eſt ei ad juſtitiam,fol. 132.

EX PROV.

Cap.XXI. Non eſt ſapientia, non eſt Prudentia, &c. fol. 67.

EX ECCLES.

Cap. I. Nihil ſub Sole novum. fol. 41.

Cap. III. Omnia quidem tempus habent. fol. 6.
Cap. IV. Ut ad regnum natus de ſolio deturbetur. fol. 6.
Cap. X. Sedem Ducum ſuperborum deſtruxit. fol. 300.
Cap. XXI. Quaſi ronphea bis acuta omnis iniquitas. fol. 17.

EX SAPIENTIA.

Cap. IV. Raptus eſt ne malitia raperet intellectum ejus, &c. fol. 285.
Cap. XI. Omnia in menſura, & numero, & pondere conſtituiſti. fol. 65.

EX ISAIA.

Cap. XI. Puer natus eſt nobis, &c. fol. 27.
Cap. eodē. Et requieſcet ſuper eum Spiritus Domini. fol. 59.
Cap. XXII. Comedamus & bibamus. 292.
Cap. LXII. Dereliquiſti Dominum, &c. fol. 62.

EX JEREM.

Cap. XII. Quare via impiorum proſperabitur. fol. 60.

EX EZECHIELE.

Cap. I Et in medio ejus ſimilitudo quatuor Animal. fol. 3
Cap. XVII. Qui lignum viride ſiccavit. fol. 140.
Cap. eodē. Et ſumam de medulla cedri, &c. fol. 150.

EX DANIELE.

Cap. II. Vidi ſomniū, & mente confuſus ignoro. fol. 6.

EX ZACHARIA.

Cap. II. Qui vos tetigerit, &c. fol. 44.
Cap. III. Super Lapidem unum ſeptem oculi ſunt. fol. 18.
Cap. IV. Iſti oculi ſunt Domini, &c. ibidem.

EX

EX EVANGELIO MATTH.

Cap. VII. Nolite mittere Margaritas ante porcos. fol. 1.
Cap. X. Cavete ab hominibus. fol. 263.
Cap. XV. Prope eſt Deus ori eorum, &c. fol. 60.
Cap. XVI. Tu es Petrus, & ſupra hanc Petram, &c. 9.
Cap. XVIII. Si peccaverit in me frater meus. 34.

EX EVANGELIO JOANNIS.

Cap. I. Sine ipſo factum eſt nihil. fol. 1. & 65
Cap. VI. Non prodeſt quicquid. 61

EX D. PAVLI EPISTOLIS.

Ad Rom. Cap. II. In quo judicas alterum, &c. 125.
Cap. XI. O altitudo Divitiarum, &c. 58.
Ad Cor. Cap. III. Sufficientia noſtra ex Deo eſt. 91.
Cap. XII. Virtus in infirmitate perficitur. 61.
Cap. I. Perdam Sapientiam Sapientium, &c. 41.
Cap. VIII. Scientia inflat, Charitas ædificat. ibidem.
Cap. XIII. In ore duorum vel trium ſtat omne verbũ fol. 105.
Ad Hebr. IV. Vivus eſt ſermo Dei. 17.
Ad Timot. I. Regi Sæculorum immortali, &c. 225.

EX APOCALIP.

Cap. I. Ex ore ejus gladius, &c. 17.
Cap. eodem. Et vidi in dextera ejus ſtellas ſeptem. 59.
Cap. X. Et vidi alium Angelum, &c. 7.
Cap. XII. Ecce Draco magnus, &c. 9.
Cap. XVII. Vidi Mulierem ſedentem ſuper Beſtiam. ibidem.

INDEX II.

IN QUO RES OMNES SCITU DIGNÆ CONTINENTUR.

A.

ARs ſine Deo nihil poteſt efficere. Fol. 1.
In multis Deum, & naturam imitatur. ibidem.
Angelus Juſtinus ſenior Imperator, & quare. 7.
Androgenorum Hæreſis. 12.
Atramenti novum genus ad typographiam ubi inventum. 14.
Auctor diſtinguit ſui frontiſpicij ſtemma. 15.
Albertus I. Auſtriacus ducit Eliſabetham in Vxorem Filiam Meinardi Comitis Tyrolis. ibidem.
Auſtriacorum Principum Propugnacula Euchariſtia, ac Dei Mater ſine labe culpæ orig. concepta. 16.
Auſtriaca Pietas à viſceribus Proavorum deducta. 17.
Auſtriacæ gentis eminens prærogativa in Catholicæ Religionis negotio. ibidem.
Auſtriacorum Principum tota temporalis beatitas jure meritò ad numerum ſeptenarium VII. Gentilitiorum ab Auctore deducitur. 21
Auſtriaca Pietas ſeptem ſtellis fulminat hoſtes. 18.
Agamennonis Scutum. ibidem.
Argus myſticè eſt Cœlum ſtellatum. ibidem.
Auguſti ſymbolum. 20. ejus Epiſtola ad Nepotem. 22
Anni climaterici qui. ibidem & 23. Annus 63. periculoſus. In eo illuſtres viri mortui. ibidem.
Annus ubi incipit deſinit, & è converſo. 29.
Aſtrologia ſine Arithmetica parum valet. ibidem.
Ars liberalis & Architectonica quomodo imitantur naturam. 28.
Alata Pietas Auſtriaca, & quare. 16.
Ardens Zelus Auſtriacorum Principum pro Eccleſia Catholica, & Chriſti Vicarijs. ibidem.
Aldi Manutij ſymbolum. 14.
Alexandri Magni Gentilitium. 20.
Athenis Monarchia ejuſque modus regiminis. 30.
Anni 70. tranſierunt à Salaminæ conflictu uſq; ad Perſarum fugã. ibidem.
Auguſti Imperium regimini politico optimam tribuit formam. ibidem.
Apolli, Abrahamique ſervitus fauſta. 31.
Andriæ Civitas Apuliæ 33. ejus mos circa menſem, quem ſui anni caput conſtituit. ibidem.

S. Antonius

S. Antonius de Padua Arca Teſtamenti vocatus à Gregorio IX. ſupernaturali doctrina, ac memoria calluit. Ejus nonnullæ prærogativæ & Laudes. 39.
Alexander Alenſis ſummariè Theologiã Scholaſticam ſcribere incepit. 40.
Aſtra Auſtriaca cætum inimicorum ſuorum in unica proſtrata Hydra profligant. 45.
Antoninus Pius Imp. idolum aureæ fortunæ, quod in cubiculo ſervabat mortis tempore ad Marcum Antonium transferri juſſit. 60.
Ambitio fomes ſtultitiæ. 74. Vilibus perſonis ſtultitiæ parit exempla ibidem.
Autumnus Ver ſuperat, & quare. 41.
Aſtronomorum percontationes ſunt rebus chymericis plenæ. 65.
Animus eſt omni fortuna valentior. 65.
Adulatores raro prœmijs carent. 88.
Anatocles Rex Siciliæ filius figuli. 92.
Aquila Imperij Orientalis quot nidos commutavit. 109.
Arnoldus de Brixia damnatus in Concilio II. Lateranenſi. Ejus odium contra libertatem Eccleſiæ; ejuſque execrabiles rationes, quibus ſeditioſos movet. 127.
Aulius Glabrio. S. Eugeniæ maritus Æneæ & Juliæ ſtirpis germen. 162.
Alexander Macedo Sidoniorum regnum tradidit Abdolomino rei ruſticæ occupato. 98.
Anno eodem moriuntur tres celebratiſſimi Principes; Paulus V. Chriſti Vicarius, Philippus III. Hiſpaniarum Rex, & Coſmus Medices M. D. Florentiæ. fol. 280.
Aquila proſperitatis ſignũ, fingitur volare ſuper Rudolphi I. Imp. caput, revertentis à Venatione in Caſtrum Habsburg. fol. 207. & 298.

B.

Boni communis vis magna maximè in rebus fidei. fol. 8.
Bonum immortale hominibus doctis ars typographica. 15.
Biceps Idolum Jani, Fraudis, Prudentiæ aliorumque. 15.
Bona omnia VII. numerus auguratur. 30.
B. Virgo fons & origo omnium bonorum. 35.
Bonorum omnium Virginitas per numerum VII. intellecta. ibidem.
S. Bonaventura Seraphicæ Scholæ fundator. 40.
Bonum omen nomen Probi, qui propterea ad Imperij culmen aſcendit. 59
Burggravij Norimbergenſis replica ad literas Othocari Regis Bohemiæ. 69.
Boni emendantur à Deo per multos reges, uti mali puniuntur. 60.
Bonitas & prudentia hoſtium paſſiones retrahunt. 45.
Bello Aquilejæ occupabatur Rudolphus quãdo fuit electus Imperator. 71.
Bona voluntas haud rarò legi gratitudini ſatisfacit. 38.
Boccalini relatio quedam ridicula de quodam Marchione ad Scipionem

Admiratum pro ſui generis Genealogia contexenda, recurrente. 88.
Beatius ſtulti vivere non poſſunt quam ſi ſerviant Sapientibus. 92.
Bellum Tiburtinum contra Innocentium II. 135.
S. Benedictus Anicius fuit ex Riguandatorum familia. 172.
Beatorum ſtatus nullus eſt in Cœlis, ubi viri glorioſi Sobolis Aniciæ non collocentur. 163.
Burgum Auendi ubi ſitum. 208. 211.
Briſiaca unde ſic dicta. ibidem.
Bavariæ Principum ſtirps ex Caroli Magni progenie. 215.

C.

Curioſa ingenia nunquam acquieſcunt. fol 1.
Conſtantinopolis quando capta à Turcis. fol. 5.
Cometarum triplex genus. 10.
Characterum Inventores. 14.
Civitates primæ claſſis Italiæ quatuor. 16.
Conſtantini Magni ſymbolum. 22.
Climaterici anni unde ſic dicti. 23.
Chriſto Jesu ſex nomina imponuntur, nec plura nec pauciora, & quare. 27
Conſtantinus Magnus quando creatus Cæſar 31. Ejus Imperium omni commendatione dignũ. 30. Ejus Pietas multis modis fortunata 29.
Calculatio egregia S. Petri Chriſologi pro numero ſeptenario, ejuſque myſterijs. 34.
Conſules Romani quando creati. 33.
Civitas Hydruntina Provinciæ Auctoris Metropolis. 42.
Conſtantinus I. Chriſti Vicarius fuit ibi ann. 710. ſed eò divertens Conſtantinopolim ivit, ubi primus à Juſtiniano Imperatore pedes oſculari paſſus eſt. ibidem.
Catholica Auſtriæ Pietas Auſtrijs Principibus hæreditaria. 45.
Catilinæ ambitionem turpiter contemnit fortuna. 58.
Complementum Trinitatis Deificæ eſt Spiritus ſanctus. 59
Cincinnatorum nobilitatis ſtemma Cæſaries. 62.
Confeſſio cujuſdam Politici moderni de præcipua Dei Providentia adverſus Domum Auſtriacam. 67.
Commodus Imperator vocavit Herculem Menſem Septembrem. 32.
Comes perennis Principum eſt Pietas. 64.
Curioſitas perveſtigandi ſubtiliter genus proprium, nulla cogente neceſſitate, res vana ac ridicula. 87. Hanc verè nobiles parvi faciunt. 88.
Convicium Henrici Spondani cõtra Theutonicos meritò exprobratur. 91.
Cleantes erat Hortulanus. 95.
Claudius Cæſar ab ore Narciſſi Liberti hominis viliſſimi pendebat. 96.
Commodus Imperator excelluit in arte ſagittandi. 98.
Cauſa habendi Sidoniorum Regnum Abodolinus non fuit probitas, ſed paupertas. ibidem.

Cibi

Cibi Nobilium diuturni qui,politicè loquendo. 99.
Cæſares, Auguſtus, Alexander Severus,Nerva,Trajanus, Valentinianus, Theodoſius plurimi nobiles faciebant.
Cauſa exilij duorum Petri Leonis filiorum in Germania fuit defenſio Romanæ Eccleſiæ,ac Summornm Pontificum. 125.
Conatus invictus Perleonum contra Arnaldiſtarum ſeditionem,libertatem Eccleſiæ ac Papæ ſupprimentem. 131.
Comites Aventini Perleones propter Montem Aventinum Romæ, cujus erant Patroni. 156.
Chorus Beatorum nullus eſt in Cœlo,ubi viri glorioſi ex Sobole Aniciana non reperiantur. 165.
Carolus V. Regni nomenclaturam Belgio dare conſtituerat. 277.col.1. RegnaHiſpanica Philippo II.primogenito renunciat,ac Ferdinando Fratri Imperium,& poſt ſemeſtre moritur. 278.

D.

DIſpoſito & ordo inter Deum, Naturam & Artem in rebus efficiendis. fol. 1.
Deus independenter ut cauſa efficiens ad extra operatur. ibidem.
Deus terminum conſtituit ſtatibus,regnis,Imperijs,&c. fol. 1.
Dei potentia ac ſapientia in formicæ efformatione. 10.
Deus oculis VII. omnia intuetur. 18.
Deus homo ſex hominibus appellatus. 27.
Diſputatio de Monſtris curioſa. 12.
Deus abſtulit à principio anni menſem VII. & in ſeptimo loco poſuit.33
Diſtinctio egregia Franciſci Lyrani,in qua numerum donorum Spiritus ſancti cum virtutibus ſpeculativis,ſive intellectualibus, & Moralibus concordat. 35.
Dona Spiritus ſancti quare ſub numero VII. repoſita Idem. Conſiſtunt in ratione & voluntate. Donum intellectus perficit ſpeculativam rationem,ſed donum conſilij rationem practicam. Dona Spiritus ſancti ſe extendunt ad omnes virtutes intellectuales & morales. Ibidem.
Domus Auſtriaca tenerrimè amat ordinem S. Franciſci. 38.
Deus ante Mundi conſtitutionem Pietatem Auſtriacam vidit, & gaviſus eſt. 65.
Doctrina Macchiavellica atheiſmum inducit. Meritò pluries anathemate Eccleſiaſtico perculſa. 67.
Divitiæ non pertinent per ſe formaliter ad Nobilitatis eſſentiam.71.Sunt tamen liberalitatis fomentum. Ibidem.
Didius Julianus gubernium infamavit. 73.
Dominia non ſemper intrant eſſentiam nobilitatis. Ibidem.
Dies,annus, locuſque electionis Regis Romanorum Ferdinandi IV. menſe præterito Auguſti defuncti. 67.

Deus indignatur contra deliramenta illorum,qui ethnico more ſentiunt de fortuna. 39.
Doctrina Lutheri, Mundo ,& Eccleſiæ exitioſa. 41.
Doctrina ſimplex efficacior eſt omni hujus Mundi ſapientia. Ibidem.
Dei judicia ſcire neque poſſibile eſt, neque utile. 58.
Donum magnum quodcunque cum magno aliquo damno dominantibus rebus ſemper natura ipſa communicat. 85.
Decem opiniones recitantur de origine Domus Auſtriacæ. Exc.4. ſect. 1. per totam. fol. 102.
Domus Auſtriacæ gentilitia varia Exc. X. In ea gigni ſolent propugnatores Fidei & Domitores impietatis,ut *INNOCENTIUS* X.Chriſti Vicarius teſtatur. 288. Ejus Potentia pronunciatur ex Aſtris.ibidem.
Divinæ Sapientiæ ſingularis providentia verſus Auſtriacā familiam 140.
Diligentia maxima D. Joannis Seifridi Sileſij pro tuenda prima opinione de origine Domus auſtriacæ. 140.
Diviſionibus VII.Anicianæ familiæ eminentia declaratur. 154.
Dignitates primarias Aniciana familia ſemel & iterum atque iterum eſt conſecuta. 166.
Deceptio Alberti circa Scipionum Gentem. 170.
Domus Auſtriaca à ſtirpe Pharamundica probabiliter aſſertur. 202.
Diſſidium Hiſtoricorum circa initia Archiducatus Auſtriæ. 258
Dei præcipua providentia in excitanda Sobole Auſtriaca neceſſitate urgente. 263.
Dei clementia neceſſitatibus imminentibusDomui Auſtriacæ ſemper parata. ibidem.
Domus Auſtriacæ ex materno ſanguine, per Eliſabethā primogenitā,Albetti II. Imperatoris, quam matrimonio cum Poloniæ RegeCaſimiro Beatus Joan. de Capiſtrano Franciſca. cōjunxit, germen eſt S.Caſimi. 256.

E.

EThnici Sapientes haud pauci Bibliæ ſtudere. fol.1.
Ægyptij & Chaldei ſymbolorum rudium inventores. 2.
Eicon aliquando ſine vocali ſymbolo. 14.
Europæ aliorumq; orbis partum eventus varii narrantur in menſe Septembri, 24.
Ætas ex Septenarijs conflata infelicia auguratur. 22.
Eliſabetha Meinardi Comitis Tyrolenſis filia ac Alberti Imperatoris filij Rudolphi Cæſaris Comitis de Habsburg,Conjux. 16.
Euchariſtia cum Dei Matre Domus Auſtriacæ tutiſſimum propugnaculum. ibidem.
Electio Probi in Cæſarem contra intruſum Florianum ludus fortunæ extitit. 59.
Excuſatio Apellis,quare ſedentem fortunam pinxerit. 64.

Epiſtolæ

Epiſtolæ Burggravij ex parte Rudolphi I. Imperatoris, ac totius Imperij ad Othocarum Bohemiæ Regem. 69.
Epiſtolæ Rudolphi I. ad Sacrum ordinem Ciſtercienſem & ad ſummum Pontificem Gregorium X. Ibidem.
Europæ conſuetudo in creandis Equitibus. 71.
Eugenia vocatur à Græcis nobilitas quod idem eſt ac bona nativitas. 73
Electio Rudolphi Habsburgici quam Imperio proficua. 80.
Eminentia Anicianæ ſtirpis VII. diviſionibus oſtenditur 154. Ejus Arbor ramos 20. continet 166. 1. eſt Gens Anicia Glabrionum 2. Gens Anicia Maxima Romana. ibidem. 3. Gens Anicia Maxima Britannica 168. 4. Gens Anicia Paulina 169. 5. Gens Anicia Baſſa 170. 6. Gens Anicia Fauſta, ibidem. 7. Gens Anicia Threicia 171. 8. Gens Anicia Conſtantinopolitana 172. 9. Gens Anicia Riguardata, & Tertulla. ibidem. 10. Gens Anicia Severina Boethia. 174. 11. Gens Anicia Gordiana 175. 12. Gens Anicia Ruricia. ibidem 13. Gens Anicia Frangipania. ibidem 14. Gens Anicia Frangipania Michaelia Veneta 176. 15. Gens Anicia Frangipania, Signia, Hungarica 176. 16. Gens Anicia Frangipania, Aſtura, Aquina, & Tolfa. 17. Gens Anicia Habsburgia, Laffenberga, & Rynfeldenſis. 18. Gens Anicia Habsburgia, Auſtria, Burgundica, Hiſpania. 19 Gens Anicia Habsburgica, Auſtria, Burgundica, Tyrolenſis. 20. Gens Anicia Habsburgica, Auſtria, Burgundica, Styra. 177.
Electores Rudolphum I. in Regem Romanorum creant abſentem, nihil de nimia potentia, ac divitijs Othocari Bohemiæ Regis curando. 85.
Exempla Roſæ, Palmæ, Balenæ, Leonis, Pavonis & Solis oſtendunt quid ſentiendum de magnis Principibus. 85.
Æthiops peperit filiam albam. 98.
Errores V. removuntur à I. ſententia de Orig. Domus Auſtriacæ. 3.
Eccleſia Romana ſemper à Perleonibus defenſa. 130.
Exilium Perleonum in Ergovia omni laude dignum, & quare. 125.
Epiſtolæ Romanorum Arnaldiſtarum ad Conradum Imp. 127.
Electio Principum in Mundo orthodoxo duplex. 91.

F.

FRontiſpicij totius operis Auctoris dilucidatio. 13.
Frobenij ſtemma. 14.
Fratres ſeptem ſi unus poſt alium immediatè adnaſcuntur, ſeptimus habet virtutem curandi ſtrumæ morbum. 28.
Fide nil rectius, nil certius, nil efficacius circa res divinas. 57.
Fabula Icari Aſtronomorum temeritatem ad vivum repræſentat. Ibidem.
Fortunam ad ſe quaſi ſemper alij trahunt, alij contra ipſam ab ſe aberrantem conſpiciunt. Ibidem.

Fortuna

Fortuna ſpernit Catilinam, ampleƈtiturque Ligurum Proculum, qui ex Latrone militem, & ex milite Imperatorem facit. 58.
Fortuna eſt jocus varius, in quo mortales viciſſim deridentur. ibidem.
Fortunatis ipſum nomen aliquando proſperum ludum facit. ibidem.
Florianum intruſum excludunt milites, Probumque Imperatorem eligunt. 59.
Familiarum quarundam Gentilitia ex patritijs Romanis. 65.
Fauſtinæ & Alexandri Severi numiſmata. 63
Fabula Pythonis, & Apollinis. 64.
Fatales Reipublicæ aliquæ familiæ vocantur ab impio Macchiavello. 67.
Feudum novum non pertinet ad nobilitatem. 74.
Fortitudinis Virtus homines in Semideos transformat. 76.
Franciſcus Guevara Franciſcanus Hiſtoriographus, & Concionator Carol. V. 45.
Filiorum Petri Leonis tranſmigratio in Helvetiam incidit in ann. 1145. Sed eorum Patris viſitatio in ann. 1152.
Philoſophia ſtemma non inſpicit. 92.
Fortuna contraria eſt rationi, & conſtantiæ. 94.
Familiarum principalium Italiæ deſitio interitúſque. 109.
Frangipania ſtirps eadam cum Aquina D. Thomæ. 137.
Fortunæ Auſtriacæ initia ex matrimonijs. 140.
Familia Perleonia eadem eſt cum Habsburgica ultima, & cum Frangipania Romana. 142.
Familiæ haud paucæ Italiæ principales ſtirpes Germanas fundavere. 141.
Familia Perleonia Soboles eſt Aniciana, hæcque Juliana, Julia, Æneida. 149.
Familia Amnia diverſa eſt ab Annia. 155.
Familia Anicia etiam à Pincia deſcendit. ibidem.
Faltonia progenies germen eſt familiæ Valeriæ. 157.
Familia Anicia generis antiquitate longè antiquior multis ſtirpibus Romanis 163. Ejus prærogativæ, Pietas, Religio, Sanƈtitas vitæ, ac Martyrij robur. 156.
Ferdinandi IV. Romanorum Regis mors. 285.
Felicitas temporalis divinitus ijs collata, qui Eccelſiam Dei defendunt, multis exemplis & argumentis hiſtoricis probatur. 289. Et per totam appendicem.

G.

Gigantes ſunt monſtra humana. 11.
Probantur etiam ex Divinis literis. ibidem.
Gentilitium Joannis Operini. 14.
Germanorum officinæ ſtemmatum variorum abundantes. ibidem.
Gentis Habsburgicæ Gentilitium. 18.

Germanicum antiquitas vocabat menſem Septembrem. 32.
Gregorij IX. elogium de S. Antonio de Padua. 39.
Genus Rudolphi I. quare tenellum in Germania. 70.
Generoſitas non poteſt propriè dici Nobilitas. 77.
Germanici Imperij interregnum ante Rudolphi I. electionem quam noxium 71. Ejus reſtauratio ab eodem Cæſare. ibidem.
Gentilitium jus patronatus dicitur, & ideo optimè quadrat Auſtriacæ Pietati. 45.
S. Gregorius Nazianzenus laudat ſororem ſuam Gorgoniam, ſine ullo vitio vel aſſentationis, vel amoris ad carnem, & ſanguinem. 46.
Germani in Regum ſelectionibus Procerum nobilitatem plurimi pendunt, 85.
Generis auctorem omnes limum habent. 87.
Genera Nobilium diligenter medijs Genealogijs perſcrutari aliquando res vana. 89.
Germaniæ Principes non abſque Dei nutu Rudolphum I. Romanorum Regem effecerunt. 91.
Galla ſtoliditatem Vitellij promovit. 98.
Gaſparis Scioppij Genealogia de gente Auſtriaca. 106.
Ejus opinio in hac re partim emerſit ab illa Joannis Stumphij. ibid.
Germen eſt Domus Habsburgica Auſtriaca familiæ Perleoniæ Excurſ. V. per totum. 124.
Gens Anicia in majoribus ſuis ſplendida. 155. in appellatione invicta. 157. Generis antiquitate nobiliſſima. 161. nunquam ſanguine plebeia 160. In prærogativis unica ac conſpicua. 165. In amplitudine fæcundiſſima. 166. In gloria conſervanda, & augenda ſemper aſſidua, ac præcipuè per Domum Auſtriacam. 179.
Gens Auſtriaca Proavorum gloriæ conſervatrix, & auctrix. 179
Genealogia Habsburgica ex familia Perleonum. 182.
Genealogia Æneæ Trojani uſque ad gradum X. 185.
Gens Romana Æneæ I. Regis Italiæ Trojanorumque Principis ſtirps eſt. ibidem.
Genus Paternum S. Thomæ Aquinatis. 195.
S. Gregorius Cappadox Miles Anicius. 159
S. Gregorius Magnus ex familia Aniciana 173. cujus ſancti, homineſque illuſtres in proprio ſtemmate exhibentur. 192.
P. Gans S. I. in primam opinionem de origine Domus Auſtriacæ invehitur. 205
Gerardus de Roho hæſitat circa 11. ſententiam de origine Domus Auſtriacæ, licet aliter ſentiat Guillimannus. 217.
Germani, Hiſpanique Auſtriæ Principes naſcuntur Archiduces. 259.
Gentilitia Regum Galliarum quæ. 298.

H.

HÆreſis Androgynorum. fol. 12.
Hermaphroditi ſunt vera monſtra. Ibidem.
Homo à ſeptenario in ſeptenarium per ætates mutatur. 21.
Homo eſt magnum naturæ miraculum. 28.
Henrici II. Francorum Regis ſymbolum. 20.
Henrico III. ac toto Galliæ regno numerus ſeptimus infauſtiſſimus. 23.
Horribilia varia enarrantur. 25.
Horribilie Maris prodigium. 26.
Hippocentauri qui. 11.
Hominis ſtructura pulcherrima ſub numeri ſeptenarij auſpicio. 28.
Herculem Menſem VII. vocavit Imperator Commodus. 32.
Homines illuſtriores Ordinis S. Franciſci in qualibet facultate. 39.
Hydrunti Civitas Diœceſis Auctoris Metropolis. 42.
Hæreticorum miſerrima pertinacia pro tempore floret. 60.
Hippolytus à Lapide quis. Quam impudenter ſcripſerit contra Domũ Auſtriacam. Ipſe Solus inſtar novi Gigantis omnium Domus Auſtriacæ hoſtium Perſonam repræſentat. Ejus opus ac titulus operis, operiſque diviſio. Ejus principalis intentio ac finis. 66.
Henricus Spondanus ſcripſit ante Hippolytum, ſed valde honeſte, quod non fecit Hippolytus. ibidem.
Habitus intellectuales non pertinent per ſe ad Nobilitatem. 73.
Honor duplex eſt politicè loquendo, ſine ipſo poteſt eſſe virtus & è converſo, ſed nobilitas nequaquam. 76.
Hippolyti argumento ſatisfit. 79. per totam illam ſectionem. I. Excur. 3. Ejus Aphoriſmus Politicus toti corpori Imperij Germanici nocivus. 80. In ſuis ſcriptis inconſtans repertus. 79. Suis ipſe armis expugnatur. 71. Ejus politica conſervationi & libertati Imperij in multis noxia. 82. Ejus doctrina ſæpenumero hiſtoricam veritatem labefactat. ibidem.
Hieroglіphycum familiæ Frangip. pulcherr. 196.
Homines illuſtres familiæ Frangip. 198.
Humili nil eſt aſperius cum in altum ſurgit. 99.
Heroum filij noxæ quomodo intelligatur. 97.
Hominum vilium ad magnos honores ſelectio valde periculoſa. 96.
Hugobertum poſteritatem Habsburgicorum Comitum condidiſſe à nonnullis creditur. 206.
Henricus Spondanus ſemiſectator tertiæ ſententiæ de origine Domus Auſtriacæ cum Petro Mantuano, qui hallucinatus in Guillimanni errore, Rupolphum. I. deſcendere à Comitibus de Habsburg per germen maternum aſſeruit. 217.

Hiſtorici minimè conveniunt circa initia Archiducatûs Auſtriæ, quæ antea titulo Marchionatus potiebatur. 258.

I.

INgenia recentiora verè rebus omnibus antiquioribus meliora. 2.
Indi ac Japonenſes primi artem typographicã in Mundo invenerunt. 14.
Joannis Operini ſymbolum. ibidem.
Joannes Guthenberg vir Ordinis Equeſtris primus artis typographiæ in Europa inventor, ac novi atramenti generis. ibidem.
Joannem Fauſtum alij dicunt eam inveniſſe. ibidem. Ejus laudes. 15.
Imperium Monarchicum Romæ (in quantum amplectitur illud ſummi Pontificis, illudque Romanorum Regis) partim eſt Spirituale directè; & indirectè politicum, partim verò directè politicum, & indirectè Spirituale. 30. In Chriſti Vicario durabit uſque ad mundi finem. ibidem.
Imperium Magni Conſtantini humana prudentia & Catholica Religione viguit, quæ ſub ipſo robur multum & augumentum acquiſivit.
Joannes Picus Mirandula quid de Aſtrologis ſentiat. 36.
Joannes Duns Scotus ſubtilium Theologorum Princeps. 40.
Impios ſors proſpera inpinguat tanquam boves ad Macellum. 60.
Idolum aureũ fortunæ in cubiculis Cæſarum antiquitus aſſervabatur. 60.
Imperatoris Ferdinandi III. nominis interprætatio. 64.
Iulij Cæſaris fortuna haud in omnibus propitia. 65.
Imperium Romanum ante Rudolphum I. innummeris ærumnijs affectum erat. 71.
Imperij Germani miſero ſcindebatur interregno ante Rudolphi I. electionem. 71.
Imperium Germanum ſub jugo barbarorum eſſet, ſi Auſtriacorum Principum Pietas non obſtaret. ibidem.
Iuſtinianus Auguſtus primus fuit, qui pedes Chriſti Vicarij Conſtantini I. oſculatus eſt Conſtantinopoli. 42.
Iudicium rectum per ficitur à Dono Sapientiæ. 35.
Icari fabula Aſtralogorum impudentiam oſtendit. 57.
Iactantia longè debet eſſe à Principibus. 87.
Ignobilitas multorum ad Principatus evectorum paſſim tyrannidem fovet. 92.
Imperium Occidentis ad quas familias tranſijt ab Italia in Orientem translatum. 109.
Italia Seminarium Nobilitatis, ac Politiæ. 141.
Iuſtinianus Imperator Æneidam ſe eſſe profitetur. 152.
Imperium Auſtriacum ſolum majus eſt omnibus alijs totius mundi. 181.
Iuliæ familiæ initia dedit Aſcanius Æneæ Regis filius. 187.

Inſignia familiæ Iuliæ. 187. familiæ Iulianæ. 189. Trojanorum Anicio-rum, Perleonum Frangipanum, Habsburgiorum, Regnum Gallia-rum, atque Auſtriacorum Germanorum, Hiſpanorumque. ibidem, & ulterius.

Ioannes Auſtriacus profligat Turcas in feſto Beatiſſimæ Virginis Roſarij. 277. col. 1.

Innocentij X. Pont. literæ ad Archiduc. Annam Medicæam. 288. Quid in eis Chriſti Vicarius de poſteritate ac Sobole Gentis Auſtriacæ fateatur. ibidem.

L.

Leopoldus III. Auſtriacus auxiliares copias Venetis præſtat, initâ cum eis pace. ibidem.

Librorum tituli unde ſic dicti. 21.

Ludovici XII. Francorum Regis ſymbolum. 20.

Libræ ſignum quid influat mortalibus. 24.

Liber I. primùm Typographicè impreſſus qualis. 14.

Lybræ ſignum Horoſcopum Felicitatis aſtronomicè à multis vocatur. 37.

Lutheranorum enormis jactantia exploditur. 41.

Litium Civitas Hydruntina, caputque temporalis regiminis Provinciæ apud Salentinos in Regno Neapolitano. 43.

Loquilarum oppidum Auctoris Patria, tribus tantum miliarijs à Civitate Litij, cui ſe inſtar alteri Pauſilyppi perhibet, diſtans. ibidem.

Ludit in orbe terrarum Dei Sapientia, ſed quomodo intelligatur. 58.

Litera C. ſignificabant Romani antiquam eorum Nobilitatem. 63.

Lunulis pro Gentilitijs Nobiles Romanorum ſe patefaciebant. ibidem.

Lunæ continuata mutatio quid apud veteres Romanos augurabat. ibidē.

Lubrica res eſt fortuna, citò vix habita deperditur. 64.

Liberalitatis, quæ dicitur beata Principū res, fomentum ſunt Divitiæ. 72.

Lumen Saturni quod. 37.

Legislator Hæbreorum ſolis Nobilibus magiſtratus conferebat. 91.

Laus ab origine ſola nihil prodeſt nobilitati. 87. & 92.

Lycurgus noluit inſtituere Ariſtocratiam; quæ peſſima eſt gubernij forma. 94.

Lazius cum ſuis Lazianiſtis objurgatur. 125. In quo alios accuſat ſe ipſum condemnat. ibidem.

Leo Maximus ſex filios habuit. 130.

Laudes Maximiliani I. Imp. breviter enarrantur. 273.

Lineamenta vultus Maximiliani I. ad vivum repræſentat Princeps noſter Ferdinandus Carolus. ibidem.

Laus quæ ab omnibus venit laudabilem virum ſummopere conſtituit. 274.

M.

MOnſtra producit Deus, Natura, & Ars ad ſua arcana abſcondenda. 1.
Monſtrorum varia genera. ibidem, & ulterius in pluribus folijs.
Monarchiæ quatuor Mundi, eorum denique duratio. 3.
Milites antiquitus Civitates cuſtodientes nomen titulis librorum dederunt. 21.
Muſca nobilior eſt ſole, imo ipſo Cœlo Empireo in ratione vivendi. 10.
Metheorologicæ impreſſiones aeris quæ. ibidem.
Monſtra fabuloſa varia. 13.
Mæcenatis ſymbolum. 20.
Mors vitarum grandium tyranna. 25.
Miraculum inſigne. ibidem.
Magnatibus res cultæ placent. 2.
Marcus Tullius de officijs fuit primus liber, quem primùm typographia impreſſit. 14.
Monarchia Eccleſiaſtica uſque ad finem mundi in terris durabit. 1.
Monſtra haud raro gignuntur in alicujus criminis deteſtationem. 11.
Menſis Septembris eventus varij tam boni quam mali hiſtoricè enarrantur in Hypotheſi per totum excurſum. Ejus libræ ſignum quid influat. Ididem. 24.
Monarchia Athenis ejuſque gubernij forma. 30.
Magni Conſtantini Imperium omni commendatione dignum. 30.
Mundus ſub Auguſti optimam regiminis formam deſumpſit. ibidem.
Menſe Septembri naſcitur Auguſtus. 31.
Myſteria pulcherrima Numeri VII. ex ſacris paginis. 32.
Mutationes ſtatuum Regnorum principaliores Menſe Septembri evenere. 30.
Martius ante liberationem Populi Judæorum non erat primus anni menſis. 32.
Mundus bis ferè poteſt dici creatus in menſe Septembri. ibidem.
Martem Auctorem ſuæ ſtirpis vanè Romani efficiebant. 33.
Magiſter quidam Abbas Vercellenſis docuit D. Antonium de Padua. 38.
Mundus hodiernus non eſt melior in re literaria; quam ante Martinum Lutherum fuit. 41.
Maximilianus I. Imperator Princeps eximij ingenij ac virorum literatorum Pater, & Protector. 43.
Mos Romanorum circa antiquæ nobilitatis expreſſionem. 63.
Macchiavelli doctrina in multis atheiſmum ſapit. Meritò ab Eccleſia damnata. 67.
Mari fluctuanti Populus tumultuoſus comparandus. 94.
Memoria clarorum virorum vigere ſemper debet. 96.

Mundus ſupinus videtur, dum viles homines imperitant. ibidem.
Mulier ex viro Ætiopo albam ſuſcepit filiam, hæc verò ex homine albo nigrum maſculum. 98.
Matrimonia Auſtriacorum Principum fortuna. 140.

N.

Natura rebus monſtroſis parit admirationem. 10.
In ejus erroribus obſtupeſcimus. ibidem.
Naturales res quando inſuetæ. ibidem.
Numerum VII. bona prognoſtica parere VII. vijs demonſtratur. 27. ſed primò affertur ſententia adverſa folijs antecedentibus. Sub eo varia accidiſſe tam in bonam quam in malam partem per totam illam Hypotheſim curioſè probatur. Sicut etiã ſignificare perfectionem, ac in ſacris paginis plurimũ propter ejus prærogativas, dignaſq; allegorias commendari. ibidem.
Numerus VI. ejuſque eſſentia, ac naturalis, moraliſque perfectio. Ibidem. in ultimo argumento pro ſententia negativa.
Numerorum triplex genus. ibidem.
Nobilitas Auſtriacæ Domus cur cõparata Soli ſuper tres lunulas micanti, illiſq; aliis rebus, quibus ejus Pietas in ſchemate primi hujus Gentilitij exornatur. Epiſt. ad Cæſarem in fine.
Numerus annorum 343. invenitur ab Auguſti victoria contra M. Antonium uſque ad M. Conſtantini Imperium.
Nativitates multorum hominum illuſtrium in menſe Septembri. 31
Nicolaus Lyranus Poſtillator Biblicus eximius. 40.
Nomen ipſum fortunâtis ludum facit. 58.
Nepoti ſuo Auguſtus tria à Dijs præcatur. 59.
Nobilitas quam hominibus proficua. 61. Sub centenario numero antiquitus intellecta. 63. Ejus inceptio quibus modis. 71. & 300.
Ejus nomen eſt amphibologicum. Ejus deſcriptio, ac tractatio Exc. 2. per totum.
Numæ Pompilij Lex de Nobilitate. ibidem.
Nobilitas poteſt eſſe ſine virtute, ſed ſine honore nequaquam. 76.
Natura ſurſum deorſum & longa varietas omnia mortalium verſatur. 87.
Nobilitas Principibus Dominijſque valdè proficua. ibidem. Licet ſit ſuperbiæ fomentum, ac ſanguinis faſtum. 89
Nobiles facit animus. 95.
Nero ob inopiam Nobilium miſere obijt. 100
Nobilitas & noſcibilitas idem ſunt. Ibidem. Quando inceperit, & quibus de cauſis. 299. & ulterius.
Nerva Imperator maximam curam habuit de aliorum nobilitate. Ibidem.
Nobiles multi ex Romanis inter quos magis ac magis Perleones Pietate florebant Arnaldiſtis ſe opponunt pro Eccleſia Catholica, ejuſque Pontificibus. 127.

Nomen Anicium græce ſonat invictum. 158.
Nomen familiæ Frangipaniæ unde exortum.
Nero Imperator fuit Hiſtrio excellens. 98.
Numerus Principum Auſtriæ utriuſque ſexus à Rudolpho I. Imp. uſque ad hodiernum diem 286. Eorum nomina geminata, ac Regum Romanorum numerus. 286.

O.

OFficinæ Germanorum Typographorum florent ſymbolis. 14.
Etiam Hiſpanorum Gallorumque. ibidem
Orbis caput ideſt Roma ſuper ſeptem mentes. 29. Creatur menſe Septembri, ut etiam præter ſacras literas ratio ipſa naturalis oſtendit. A ſeptem planetis rectus. ibidem.
Orbis Chriſtianus & orthodoxus per VII. Sacramenta gubernatur. ibidē.
Oratio efficaciſſima contra terræ motus. 25
Oculorum Dei pupillæ ſunt Auſtriæ Principes. 44.
Oculus anni menſis VII. vocatur. 33.
Ordo S Franciſci ſemper Domui Auſtriacæ pergratus. 38.
Omnia proſpera eveniunt colentibus Deum, adverſa ſpernentibus. 60.
Octavianus Auguſtus fortunatus cum alienigenis, ſed cum ſuis domeſticis, ſerviſque ſemper infœlix.
Objectiones contra antiquam Domus Auſtriacæ nobilitatem Hippolyti à Lapide, Henrici Spondani & Othocari Bohemiæ Regis. 66.
Othocari ſuperba reſponſio ad Burggravium Norimbergenſem. 68.
Opinio Torquati Taſſi de Nobilitate impugnatur ab Alexandro Taſſono. 76.
Othocariano argumento reſpondetur. 83. ſect. 2. per totam.
Othocari livor in Rudolphum Habsburgicum. 85.
Othomanni progenies unde ſic dicta 94. Ejus Gentilitium. 101.
Omnes pari ſorte naſcimur, ſola virtute diſtinguimur. 106.
Opiniones X. hucuſque de origine Domus Auſttiacæ, VII. ſingulares & reſpuendæ: tres verò probabiles. 102.
Opinio I. ac principalis de origine Domus Auſtriacæ à ſtirpe Perleonia Frangipania Romana 108. ſect. 2. per totam. Ejus antiquitas, duratio, reſurrectio 145. Opiniones IV. de origine nominis Aniciani. 158.
Opus P. Joannis Gans laudatur, ſed ejus fulcimenta pro ſecunda opinione Domus Auſtriacæ à progenie Regum Galliarum diluuntur. 204
Opus Franciſci Guillimanni exprimitur. 216.
Originem ſuam ſub ſtemmate Auſtriaco Auſtriaci Archiduces ad Albertum. I. Imp. repetunt. 259.
Oeniponti natus Fridericus IV. Imperator. 220.

P. Portenta

P.

POrtenta ſex ex veteri teſtamento. fol. 3.
Portenta Divina,Humana,artis,ac fabuloſa per totam frontiſpicij enucleationem.
Principum ruinæ viles perſonæ. 6.
Principes parvi faciendo Divina,parvis quoque rebus deſtruuntur. 7.
Portenta ex nova lege. ibidem.
Pontifex Chriſti Vicarius Portentum Divinum debet eſſe. fol. 8.
Potentia,ac SapientiaDei maxima in unius formicæ efformatione.fol.10.
Pygmei ſunt homines monſtroſi, qui verè reperiuntur. 11.
Petrus Romanus vidit primũ librum arte Typographica impreſſum .14.
Pietas Auſtriaca triceps 16. Alata, VII. Flammis coronata, ſeptem ſtellis manu dextra armata, quibus Hydram fulminat per horrendam, habens Scutum in ſiniſtra, oculis VII. ac capite Leonis exornatum. Quæ omnia aliaq; concluſio illius frontiſpicij ac,declaratio myſticis argumentis pandit.
Pietas ſoror Charitatis 17. Principum fortuna, ac maxime Auſtriacorum. Excur. I. per totum. Vbi multa exempla hiſtorica adducuntur ad hoc probandum. Ex quo argumento ſumpſit Auctor totius ſui operis materiam,quam deindèVII.*Gentilitijs* perbellè exornavit.
Pjetas in numiſmate Antonini Pij. 16.
Patrimonium Auſtriacorum Principum Pietas Epiſt.ad lectorem in calce.
Principes Auſtriaci è viſceribus Rudolphi I. Imperatoris Protoparentis Pietatem traxerunt. 17.
Principum recreationes quibus exercitijs complendæ. 18. Sint ſtudioſi ſymbolorum, ut facili negocio poſſint acuere ingenia ac innumera antiquorum monumenta intelligere. ibidem.
Principes Auſtrij pupillæ oculorum Dei. ibidem.
Prognoſtica mala ſeptimi menſis hiſtoricè enarrantur. 24.
Pupillæ oculorum Dei ſunt Auſtriæ Principes. 44.
Politicorum obſervatio à Salaminæ conflictu uſque ad Perſarum fugam. 30.
Paulus Æmelius Regem Perſarum profligat. 31.
Principes multi fœliciter menſe VII. ſub ſigno libræ nati. ibidem.
Poetæ ætati virili Autumnum comparant. 41.
Petrus Galatinus Auctoris conterraneus 42. Provinciæ S. Nicolai Barenſis alumnus. Ejus Patria ab illa autoris parum diſtat. Ejus opus inſigne de Arcanis Catholicæ veritatis ad inſtantiam Maximiliani I. Imp. typis datum, ac pro defenſione Capnionis ſui Conciliarij 44. Ejus peritia in quadruplici lingua,Hæbrea,Caldea,Græca Latina. 43.

Patria Auctoris tanquam alter Pauſily ppl̃s Civitatis Litij Provinciæ Hydruntinæ Regni Neapolitani Præſidis Sedis. Ejus Gentilitia plures Aquilæ. ibidem.
S. Petri Galatinæ caſtrum ubi natus eſt P. Petrus Galatinus nomen Civitatis meretur,& quare. ibidem.
Prudentia & Bonitas hoſtium animi paſſiones retrahunt. 45.
Principum operum fortunatorum Sola Pietas. 64.
Pompeius felix fuit,nullo turbante Deûm,ſed nullo parcente infelix. 65.
Prærogativæ naturales menſis Septembris. 31.
Principes magni ſunt valde curioſi ad aliorum diſquirendam nobilitatem. 84.
Principum claritas à claritate ſibi exiſtentium argumentanda. 100.
Perleones non fuerunt Caſtri Habsburg: conſtructores. 111.
Principes Auſtriæ ex progenitorũ Perleonum exilio valdè laudandi. 126.
Perleones omnes,uno Jordane excepto,ſtant pro Eccleſia Romana ſummo Pontifice 130.Fuerunt caſtellani Arcis Romanæ S. Angeli 131. Grande eorum meritum, potentia, divitiarum copia,Zelus pro Eccleſia Catholica ac Jeſu Chriſti Vicarijs 133. Comites Aventini dicti à Monte Aventino cujus erant Patroni. 156.
Petrus Leo primum nomen Frangipaniæ familiæ Perleoniæ dedit. 197
Pietas frangens egentibus Romanis panes, pulchrum agnomen Perleonibus Equitibus comitibuſque tradidit. ibidem.

Q.

Quadriga Dei in igne. fol. 3.
Quæſtio eſt ſemper cum formidine de oppoſito. 11
Quare nobiles Romani antiquitus calceamenta lunulis argenteis exornabant. 62.
Quare Apelles ſedentem pinxerit Fortunam. 64.
Quadraginta ſex templa ſervus Tullus Romæ erexit Fortunæ, quæ tandem ei terga vertit. ibidem.
Quintus Metellus fortunatus multis annis, ſed in fine vitæ infeliciſſimus. ibidem.
Quintus Curtius lubricam rem fortunam vocat. ibidem.
Quæ tradunt Aſtrologi paſſim ſunt figmenta,& deliramenta. 59.
Quotidiana mala enumerantur. 42.
Qui tangit Auſtriæ Princeps tangit & pupillas oculorum Dei. 44.
Quare Principum Auſtriacorum Pietas ſub imagine Gentilitij ſepties expreſſa. 45.
Quanto vita avorum præclarior,tanto malorum poſterorum flagitioſior. 89.
Q. Anicius quare vocatus Præneſtinus. 161.
Q. Anicius primùm Anicianum nomen ſumpſit. 160.

Quinquatria feſta antiquitus Palladi ſacra. 179.
Quanti nobilitatem feciſſent aliqui Imperatores, qui optimè populos rexerunt. 100.
Qui ante Volaterranum ſcripſerint, & quot de origine Domus Auſtriacæ. 144.
Quantitas, & qualitas Auctorum ſectatorumque primæ ſententiæ de origine Domus Auſtriacæ. 142.
Qui Sigeberti Auſtraſiæ Regis filij Theodoberti Progenitores. 206.
QuandoGregorius Turonenſis ſuam hiſtoriam compoſuerit. 207.
Quid de Theodoberto Æmilius ſentiat. ibidem.
Quare Maximilianus I. Imperator Virgineus denominetur. 272.
Quaſi per miraculum Auſtria Soboles penes extincta in Alberto II. contracto reviviſcere viſa eſt 263. Idem accidit in Maximiliano prædicto. 272.
Quot fæminæ in Auſtriaca familia, & quomodo vocatæ. 287.

R.

REgnorum mutationes conjecturaliter unde ſumendæ. fol. 4. & ultra. Sæpenumero accidunt. Ibidem. Ad eorum Regimen paſſim è carcere pervenitur. ibidem.
Romanorum ſagacitas cum extraneis 6. Eam imitentur Principes.ibidẽ.
Romani armis, ac prudentia totum mundum ſubjugarunt. ibidem.
RomanaMonarchia quando fundata,& quot modis de ea loquendum.De ejus Diviſione, translatione, declinatione,duratione & ſimilibus. ibidem.
Robertus Galliæ Rex ex illicito cum propinqua Vxore connubio gignit filium monſtroſum. 11.
Regum Principumque ac Regnorum excidia, & deſolationes in menſe Septembri. 24. & ulterius per varia exempla hiſtorica.
Romæ ſeptem montes. 29.
Rerum varietas valde delectat. 10.
Religio unde dicta. 16. Pro ea Auſtriaci Principes nimium fervidi. ibidẽ. ac. 17.
Reſpublica Romana ſepties formam gubernij mutavit. 30.
Religio S. Franciſci immenſum ſcriptorum illuſtrium ſeminarium in qualibet facultate. 39.
Regula fidei eſt à Tacito tradita, nimirum *de actis divinis ſanctius ac reverentius eſſe magis credere quam ſcire.*
Regiliano nomen ipſum omen Imperij fuit contra Stiliconem,qui ad eum obtinendum valde inſudaverat. 58.
Reges impios Deus patitur ſuſcitari & ut puniat malos, & emendaret bonos. 60

Romulus

Romulus centum Senatores elegit, propterea antiqui Nobiles ab eis oriundi dicebantur, ac in hujus rei ſignum literam majorem C. deferebant. 63.
Rudolphi I. nativitas. 1. die vel 3. Maij 1228. Educatio in Aula Friderici II. Imp. ann. ætatis ſuæ 32. Suprema præfectura in aula Othocari Bohemiæ Regis. Ejus vita, ac principaliora facinora breviter enarrantur. 198.
Regis Galliarum Philippus Pulcher, Carolus VI. & Ludovicus XI. indignæ ſe ſubjecere corruptelæ, ſummæ rerum viles Perſonas perficiendo. 99.
Reſpublica omnis in interitum accedit cum æs & ferrum cuſtodiæ auctoritatem obtinuerint. ibidem.
Riquardata Familia S. Benedicti. 172.
Rudolphus I. Imperator & VIII. Habsburg: Comes 205. Ejus Majores Alſatiæ principatum tenuere. 207.
Regula pro ſolidè conficiendis Genealogijs tribus modis traditur. 109.
Radeboto primus conditor fuit caſtri Habsburg: in Ergovia. 206.
Rex Caſimirus ex Eliſabetha Auſtria ac primogenita Alberti II. Imp. genuit S. Caſimirum Regem. 265.
Ratione connubiorum Pietatis Auſtriacæ fortuna magis ac magis convaluit. 273.
Romæ Fridericus. IV. Auſtriacus Imperator primùm ex Auſtriaca familia Romæ coronatus eſt. 271.
Reges Romanorum 14 hucuſque ex unica Domo Auſtriaca. 281.

S.

Symbolorum inventores Ægyptij, & Chaldæi. 2.
Symbolorum uſus vetuſtiſſimus. Ibidem. Eorum expolitio, & ornatus à Græcis. ibidem.
Symbolorum rudium, nec non & perfectorum à ſacra ſcriptura. ibidem.
Scipiopodes qui. 11.
Sebaſtiani Gryphi ſymbolum. 14.
Symbolorum genus triplex. 13.
Sacramenta multa continet Auſtriacæ Pietatis imago tam generalis totius operis quam præcipua hujus primi Gentilitij ad Ferdinandum III. Cæſarem dicati. Videat Lector propè finem declarationis utriuſque.
Sacramentum Euchariſtiæ propugnaculum Domus Auſtriacæ, ſimul cum B. Virgine immaculatè concepta. 16.
Septem flammis coronata Auſtriaca Pietas, ac ſeptẽ ſtellis oculiſq; in ſuos hoſtes armata, & quare. In calce declarationis ſtemmatis frontiſpicij.
Septenarius Numerus majora bona, minoraque mala nobis auguratur. In Hypotheſi per totam.

Septem Planetis Natura Mundum gubernat. ibidem.
Septem verò Sacramentis Deus ſuam Eccleſiam. ibidem.
September ſub numero ſeptenario nunc mali nunc boni prognoſticum. 24.
Saxones antiqui à menſe VII. annum ſuum incipiebant. Quod idem aliæ rationes fecerunt. 33.
Sacra ſcriptura multa eſt in gratia ſeptimi numeri. 34.
Saturnus non poteſt habere regnum in Lybra, quæ eſt Domus Veneris. 37.
Spiritus ſanctus ſubſtantialis, Deificæque Trinitatis complementum. 59.
Septem donis Spiritus ſancti Chriſti felicitas ac totius Davidicæ Domus exprimitur. ibidem.
Stiliconis ambitio Tantalo comparata. 58.
Sol Veritatis, ac Auſtriacæ Nobilitatis ſymbolum adverſus malevolos. 63
Seifridus in aliquibus impugnatur. 83.
Signum Lybræ ineptè infelix à nonnullis exiſtimatur. 37.
Scytharum & Apellis fortuna quæ. 64.
Servus Tullus ſuperſtitioſiſſimus fortunæ adorator, cui 40. templa erigit, quamque tandem ſibi humeros vertentem conſpexit. ibidem.
Superborum Principum natura circa inferiorum nobilitates. 85.
Sacrilegium in quacunque re ſacra invenitur dictum Senecæ, ſed quomodo intelligendum. 87.
Superbiæ fomentum eſt nobilitas, faſtumque ſanguinis. 89.
Spigelij temeritas in nobilitates Italicas retunditur. 141.
Stirpi Anicianæ varijs temporibus tripliciter Imperium traditum pro communi Eccleſiæ bono. Ejus dilatatio per familiam Auſtriacam. ibidem.
Severini Boethij Anicij mors à quo, & quando inflicta. 196.
Sapor origini conceſſus ubi aliquod vitium non occurit rivulis communicatur. 97.
Stemmata varia de gente Habsburgica Auſtriaca. 182.
Socrates fuit ignobilis. 95.
Studium continuum fervenſque Auſtriacorum Principum erga Sedem Apoſtolicam, ac Chriſti Vicarios. 182.
Scripta iocoſa & arguta, parumque honeſta omninò contemnenda ſunt. 87.
Sapientibus ſerviant ſtulti ſi cupiunt eſſe Beati. 92.
Speciem magis & minus non variant. 209.
Stemma Regum Gallorum unde Gens Pharamundica, Meroninga, Auſtraſia, Habsburgica, Auſtriaca. 210.
Secunda ſententia de origine Domus Auſtriacæ. 202.
Series Genealogica Radebotonis conditionis Arcis Habsburgicæ, 206.
Stirps Othomana tempore eodem cum ſtirpe Auſtriaca exivit. 257.

Stambſianum Cænobium doctrina, & ſanctitate floret. 268. In eo Comites Tyrolenſes per multa annorum curricula propriam ſepulturam conſtituerunt. Ibidem.

Stirps Auſtriaca penè extincta in Alberto II. contracto quaſi per miraculum excitatur. 263. Quòd etiam accidit in unico Maximiliano I. Imp. ſuperſtite, per quem adolevit, & propagata eſt. 272.

Species vultus Ferdinandi Caroli Archiducis noſtri ad vivum illam Maximiliani. I. Imperatoris exprimit. 273.

Sublimitas Domus Auſtriacæ, ac fœlicitas maxima ex matrimonio Philippi I. cum Joanna Aragoniæ & Caſtiliæ Infante, ac omnium Paternorum bonorum hærede. 274.

T.

TItuli librorum unde ſic dicti. fol. 21.

Titi pronomen à militibus, qui Civitates antiquitus cuſtodiebant, ac tuebantur, derivatur. ibidem.

Terremotus celebriores menſe Septembri accidiſſe oſtenditur. 24. & ultra.

Terremotus magni Regni Neapolitani tempore Auctoris. ibidem.

Terremotus Conſtantinopolis ubi Puer unus ad Cœlum elevatus, ac deinde iterum in terram demiſſus, orationem audivit. *Sanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus & immortalis miſerere noſtri.* Quam terrefactus populus devotè, ac alta voce pluries recitans, ſtatim aeris mugitus, terræque horribiles motus ceſſavere. 25.

Tempore quaſi eodem Ars Typographica in Germania adinventa & in Italiam tranſlata. 14.

Tarviſinæ Marchæ ſchema. 15.

Tropicos inter ſeptem menſium ſpatium ponitur. 28.

Theatra Naturæ ſunt Cœlum, Terra, Aer, Mare, Cœtus hominum, Brutorum, Avium, Piſcium, &c. 10.

Typographia ubi primum in toto mundo inventa, & ubi, & à quibus intra Europam 15. Quando & à quibus à Teutonia in Italiam tranſlata. Ejus attramenti quis inventor. Ejus inſigniores typographi. Ejus beneficia homines immortales faciunt. Ibidem. Ejus primum opus latinè impreſſum. ibidem.

Toth vocant Septembrem Ægyptij. 33.

S. Thomas Aquinas ſcholæ Angelicæ fundator. 40.

Temeritas & caſus in rebus non ratio & conſilium valet. 58.

Torquem pro Gentilitio Torquatorum familia gerebat. 62

Tertiâ Alphabeti literâ patritij Romani antiquam eorum nobilitatem à centum ſenatoribus à Romulo inſtitutis originem habuiſſe ſignificabant. 63.

Theſis defendenda ab Auctore in hoc I. Gentilitio de antiquiſſima Nobilitate Domus Auſtriacæ. 65.
Tyrannus Policrates infortunia omnia è ſua vita aberrantia ſimul in fine vitæ ſuſtinuit. ibidem.
Taſſonus Mutinenſis ſtylo Italico ac ferreo retundit cujuſdam ſui adverſarij objecta contra ſua deſcriptione de Nobilitate, quam Auctor amplectitur. 77.
Trinitatis Deificæ Spiritus ſanctus eſt complementum. 59.
Tantalo Stiliconis ambitio merito comparata. 58.
Temporis filia veritas. 64.
Tiridatis Regis adulationem deridebant Romani. 65.
Tamberlanus Scytharum Imperator fuit bubulcus. 92.
Tumultus Neapolitani tempore Thomæ anelli (alias Maſaniello) hujusque exitus infelix. 94.
Trajanus Imperator curam magnam habuit de aliorum nobilitate. 10.
Theodoſius Cæſar ei in hoc fuit ſimilis. ibidem.
Tiberius Imperator honeſtam innumerorum pauperiem levavit, ſed prodigos & ob flagitia egentes movit Senatu. ibidem
Tyrannis paſſim regnorum vexatrix ex ſuperbia nobilium. 101.
Terræ quod ſunt Montes, ſunt quoque & nobiles Monarchiæ. Ibidem.
Tribus modis traditur regula pro ſolide Genealogijs conficiendis. 109.
Translatio Regnorum ad alienas familias. ibidem.
Theodobertus Pater Sigeberti exulis unde ex ſecunda opinione gens Auſtriaca, ſpurius fuit ex nonnullorum relatu. 126.
S. Thomæ genus, & ſorores Sereniſſimis connubijs elocatæ. 196.
Tyberis inundatio horrida temporibus Petri de Leone, à quo nomen Frangipanum, & Clementis VIII. 197.
Tertia ſententia de origine Domus Auſtriacæ. 216.
Theodorici progenies funditus erat interitura ſecundum Prophetiam S. Columbani apud Baronium. 207.244.
Tectum Aureum Cameræ hujus Oenipontanæ Civitatis à quo ædificatum, & qua de cauſa. 267.
Tota Auſtriaca ſublimitas ac felicitas ex matrimonio Philippi I. cum Joanna filia & hærede Ferdinandi Catholici Regis Arragoniæ & Caſtiliæ 274.

V.

Virtutum omnium agmen ſeptenis claſſibus diſtributum. 29.
Veſpaſiani ſymbolum. 20.
Venetæ Reipublicæ quorundam Aſtrologorum prognoſticum. 23.
Veſuvij Montis propè littora Neapolis ſupereminentis ultima commotio ann. 1631. fol. 26.

Vrſu

Vrſa major cœleſtis quæ. 28.
Varietas rerum plurimum placet. 10.
Victoria Aman annos tranſivit 343. uſque ad illam Machabæi in Antiochum. 30.
Victoriæ inſigniores Menſis VII. quæ. 31.
Veritatis appræhenſio circa rationem ſpeculativam, nec non & practicam verſatur. 35.
Voluntas in his quæ ſunt ad alterum perficitur per Domum Pietatis. 35.
Virginitas in B. Virgine omnia bona mortalibus preſtitit 36. Ejus ſymbolum numerus ſeptenarius. ibidem.
Voluntaria Aſtrologorum in multis eſt obſervatio. ibidem.
Voluntas ſola aliquando ſatisfacit gratitudini. 38.
Virilitati Autumnus comparatur. 41.
Veritatis ſymbolum ſol. quia eſt temporis filia. 64.
Vnuſquiſque cultu & veneratione Dei clareſcit. 65.
Valentior omni fortuna eſt animus. ibidem.
Vanitas turpiſſima multorũ, qui cum viles ſint nati, ridiculis modis ſe inter nobiles numerari quærunt. 74.
Via impiorum proſpera, quomodo intelligitur. 60.
Virtus venerabiles facit homines, ſed non nobiles. 75.
Venus habet Domum ſuam in ſigno Lybræ. 37.
Virtus Fortitudinis homines transformat in ſemideos. 76.
Veritatis valdè amicus Rudolphus Cæſar. 85.
Varietas longa & natura ſurſum deorſum omnia mortalium verſatur. 86
Vita Proavorum præclara malos poſteros amplius obſcurat, ac vituperat. 89.
Vtopia vocatur ab Henrico Spondano Theutonicam Helvetiorum gentem quo verbo tacitè quoque propriam carpit nationem. 91.
Vilitas Narciſſi Libri in Aula Claudij Cæſaris (ejus indignitas) dominabatur. 96.
Ventidius Baſſus fricabat mulos, & tamen fuit Plebis Tributius, Prætor, Pontifex, Conſul. ibidem.
Virtus & Divitiæ antiquæ nobilitas. 97.
Vir excelſi nobiliſque Ingenij humilia ſordidaque abhorret. 98.
Virtuti propriæ non autem paternæ mercedes, officiaque danda ſunt nobilium à Principibus. ibidem.
Vanus labor ſtabij trahens ab Arca Noemica originem Domus Auſtriacæ. 102.
Vocabulorum accidentalis, eſſentialiſque mutatio unde. 111.
Vaticinium de Gente Perleonia ex ſacra ſcriptura. 151.
Volaterrano falsò prima ac principalis opinio de origine Domus Auſtriacæ aſcribitur. 144.

Vnde

Vnde Perleonum nomen ſcriptores non conveniunt. ibidem.
Vigilius Papa ad Juſtinianum Imperatorem. 153.
Valeria familia Amniorum, quæ nomen dedit ipſis Anicijs, origo fuit Faltoniæ ſtirpis. 157.
Vnde Anicium Nomen Hiſtorici non conveniunt. 158
Varia ſtemmata de Gente Habsburgica Auſtria. 182.
Veritatis contemplator in multis probabilibus cupit verum perſequi. 61.
Vrſinorum familia poſt illam S. Benedicti multis ſæculis exorta. 172.
Viri illuſtres Anicianæ familiæ quatuor claſſibus diſtribuuntur. 192.
Valentinianus nimis ſtudioſus in gratiam nobilium. 100.
Viri illuſtres familiæ Habsburgicæ Auſtriacæ ex progenie Gallicana, unde ſtirps Principum Bavariæ. 210.
Virgineus vocatur Maximilianus I. Imp. & quare. 272.
Vultus Maximiliani I. perbelle in facie noſtri Sereniſſimi Archiducis Ferdinandi Caroli exprimitur. 273.
Vbi Fridericus IV. Imperator natus. 270.
Victoria navalis de Turcarum claſſe propter fœdus Pij V. Philippi II. & Reipublicæ Venetorum. 278. col. 1.
Voluptatibus terrenis inhærere maximum malum. 288.

Z.

ZElus Religionis Principum Auſtriæ. fol. 16. & 17. & alibi.
Zaringenſium Principum familia eadem cum Habsburgica, Auſtriaca. 69.
Zelus Chriſtianus, ac Catholicus Principum Perleonum Romanorum pro Eccleſia Romana ejuſque Pontificibus maximis. 129. 139. 130. Qua de cauſa multa diſcrimina incommodaque ſuſtinuere, exuleſq; in Germaniam tranſmigrarunt. Ibidem & ulterius.
Zelus Chriſtianiſſimus Alberti Divitis Habsburgici, ac ejus filij Alberti Sapientis, in bello ſacro Orientis mortui, ac Martyris ab aliquibus vocati. 198. & 200.

INDEX III.

IN QUO NUMERUS AUCTORUM AC TESTIUM EXPRIMITUR.

A.

AGapitus.
Agathias.
Albertus Argentinenſis.
Albertus Baro de Bonſtetten. M.S.
Alexander Taſſonius.
Aldus Manutius.
Alexander ab Alexandro.
Alphanus Archiepiſcopus Salernitanus.
Alphonſius Ciacconius.
Aloyſius Lollinus Epiſcopus Bellunenſis.
Albitius Florentinus.
Ammianus Marcellinus.
S. Ambroſius.
S. Antoninus Archiepiſcopus Florent.
Andreas Alciatus.
Antonius de Guevara.
Anaſtaſius Bibliothecarius.
Angelus Roccha.
Annales Eccleſiaſtici.
Annales Helvetiorum.
Annales ſacri & Prophani.
Antiquitates Murenſis Cœnobij.
Antiquitates Monaſterij S. Crucis.
Antiquitates Monaſterij Wettingenſis.
Antoninus Bonfinius.
Antoninus Demochares.
Antonius Vacca I.C. Romanus.
Appianus.
Apuleius.
Ariſtoteles.
Arnoldus Wion.
Archivum Caſsinenſe.
Archivum Monaſterij S. Gregorij in Vrbe.
Archivum Monaſterij Maris ſtellæ.
Archivum Reipublicæ Venetæ.
Aretinus.
Acta ſynodi Palmaris.
S. Auguſtinus.
Aulus Gellius.
Auctor appendicis ad Schafnaburgenſem.
Auctor Hiſtoricæ Bavaricæ, & Suevicæ.
Auctor Hiſtoricæ Landgraviorum Thuringiæ.
Auctor anonymus Hiſtoriæ Auſtriacæ M. S.
Auctor vitæ S. Gregorij Martyris.
Auguſtinus Torniellus.
Aurelius Caſsiodorus.
Aurelius Prudentius.
Aurelius Symmacus.
Auſonius Gallus.
Auguſtus Cæſar.
Sextus Aurelius Victor.

B.

Bartolus.
Baldus.
Bachillerus Tranſmiera.
Bartholomæus Marlianus.
Bartholomæus Caſſaneus.
S. Bernardus.
Bercorius.
Berardus de Gerardo.
Beroſi antiquitates.
P. Bebus S. I.
Bion.
Bibliotheca Vaticana.
Bibliotheca Cæſarea Viennenſis.
Bibliotheca Caßinenſis.
Bibliotheca S. Crucis.
S. Bonaventura.
Boterus.
Boetius.
Bonifacius Simonetta.

C

Carolus V.
Caßiodorus Canc.
Caßiodorus Panuinius.
Claudianus.
Caſpar Scioppius.
Carolus Sigonius.
Capitolina Marmora.
Cæſar Ripa.
Cæſar Baronius.
Cedrenus.
Celius Rodiginus.
Chriſoſtomus Pruicenſis.
Chronicon Caßinenſe
Chronicon Nurtiæ.
Chronicon Monaſt: SS. Ioannis & Paul: Venetijs.
S. Cyprianus Ep. Cart.
Clemens Alexandrinus.
Comminæus.
Cornelius Tacitus.
Codex Theodoſianus,
Columella.
Columnæ capitolinæ Triumphales.
Collenutius.
Corrippus Africanus.
Cornelius Nepos.
Cornelius viſignanus.
Curtius.
Cyrillus Monachus.

D.

Dares Phrygius.
Dantes Algieri.
Diodorus Siculus.
Dion.
Diogenes.
Didius Iulius.
Dictes Cretenſis.
Dionyſius Halicarnaſſæus.
Dominicus Abbas Cœnobij Murenſis.
Dodechinus Abbas.

E.

ELias Ehningerus.
Ennodius Ticinenſis.
Epigrammata antiquæ urbis.
Epiphanius.
Epiſtola Romanorum ad Conradum Imperatorem.
Epiſtolæ Rudolphi I. Imp. M.S.
Epiſtolæ aliorum.
Epitaphia marmorea Romæ.

Euſebius

Euſebius Cæſarienſis.
Euripides.
Euagrius.
Eugipius Abbas.
Euſtachius Conſtantinopolitanus
Eutropius.

F.

Faſti Conſulares diverſorum.
Faſti Græci.
Feſtus,
Fortunatus.
Franciſcus Petrarcha.
Franciſcus Ribera.
Franciſcus Robertelli.
Franciſcus de Mayronè.
Franciſcus Belforeſtius.
Franciſcus Roſierius.
Franciſcus Guillimannus.
Frobenius.
Froſſardus.
S. Fulgentius.
Fulvius Orſinus.

G.

Gabriel Bucelinus.
Galfridus Monumetenſis.
Gallicanus Rhetor.
Guntherus Ligurinus Poeta.
S. Gaudentius Brixianus.
Gerardus de Roho.
S. Geminianus.
Giſelbertus.
Glycas.
S. Gregorius Magnus.
S. Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Turonenſis.
Gregorius Bulzius.
Guicciardinus.
Guido Pancirolus.
Guilielmus Choul.

H.

S. Heucherius.
Herodianus.
Henricus Burggravius.
Henricus Spondanus.
Henricus Conſtantinſis M. S.
Hermannus Comes de Sulgovu.
Herodotus.
Henningius.
S. Hieronymus.
Hieronymus Rubeus.
Hieronimus Bardi.
Hieronymus Gebuillerus.
Higinus.
Hippomedon.
Hippolytus à Lapide.
Hiſtoria Ordinis Minorum.
Horatius.
Hortenſius Pallavicinus Medioli S. I.

I.

Iacobus Keraſtlitus.
Jacobus Manlius.
Jacobus Spigelius.
Jacobus Wimpelengus.
S. Innocentius Papa.
S. Ioannes Chriſoſtomus.
Joannes Lucidus.
Joannes Picus Mirandula.
Joannes Britannicus.
Joannes Gans. S. J.

Joannes Seifridus ſileſius.
Joannes Stumphius.
Joannes Gruterus.
Ioannes Annius.
Ioannes Barrus.
Ioannes Aventinus.
Ioannes Baßius.
Ioannes Zonara.
Ioannes Tritbemius.
Ioannes Cuſpinianus.
Ioannes Diaconus.
Ioannes Menardus.
Joannes Nauclerus.
Ioannes Emekel.
Joannes Leunclavius.
Ioannes Petrus Villa de Canibiis.
Ioannes Piſtorius Nidanus.
Ioannes Stabius.
Ioannes Villanus.
Ioannes Engerdus.
Ioannes Mariana.
Ioannes Oporinus.
Iordanus Oſnaburgius.
Iornandes Gothus.
Ioſephus Hebreus.
Ioſephus Rabi Eleazar,
Ioſephus Gruenpek. M.S.
Iſidorus Peluſiota.
Iſidorus Hiſpalenſis.
Iſocrates.
Julius Cæſar in comment.
Iuntinus Aſtrologus.
Iuſtus Lipſius.
Iuvenalis.

L.

Lactantius Firmianus.
Lampridius.
Lauretus.
Laurentius Pignorius.
Landinus.
Laurentius Surius.
S. Leo Papa.
Leo Oſtienſis.
Licoſtones.
Ligur Proculus.
Libellus Fundatorum Murenſis Cœnobij.
Lucas Vadingus.
Lucas Penna.
Lucanus.
Lucius Florus.
Lucas Contilis.
Luitprandus Epiſcopus Cremonenſis.
P. Lucas Vadingus.

M.

Maiolus Epiſcopus Vulturanenſis.
Maximilianus I.
Martinus Polonus.
Martialis.
Macrobius.
Marcellinus Comes.
Mattheus de Origine Ducum Auſtriæ.
Marius.
Martyrologium Benedictinum.
Martyrologium Romanorum.
M. Tullius Cicero.
M. Antonius Marſilius Columna.
M. Velſerus.
M. Varro.
M. Valerius Meſſala ſenior.

Meſſala Corvinus.
Mercurius Triſmegiſter.
Michael Einzingerus.
Minutius.
Miſcellanea.

N.

Nazarius Celſus.
Nicolaus de Lyra.
Nicolaus Liures Gallus.
Nicephorus.
Notitia utriuſque Imperij.
Numiſmata antiqua.

O

Onorius Auguſtanus.
Onuphrius Panvinus.
Oroſius.
Othocarus Rex Bohemiæ.
Othocarus ab Ornek.
Otto Friſingenſis Comes de Teringen.
Ovidius Poeta.

P.

Pacatus.
Pandulphus Subdiaconus.
Paulus à Caſtro.
Paulus Jovius.
Paulus Morigia.
Paulus J C.
S. Petrus Damianus Arch. & Card.
Perſius.
Peucerius.
Petrus Galatinus.
Petrus Diaconus.
Petrus Mantuanus.
Philippus Gothus Siculus.
Philo Judæus.
Plato.
Platina.
Plinius Senior & Junior.
Plutarchus.
Polidorus.
Polybius.
Pomponius Mela.
Policrates.
Portius Latro.
Pomponius Atticus.
Ponticus Virunnius.
Pomponius Lætus.
Pontus Heuterus Delfius.
Priſcianus.
S. Proſper Aquit.
Procopius.

Q.

Quintilianus.
Quintus Curtius.

R.

Rabbi. Abram. Aber.
Radevicus Triſingenſis.
Raphael Volaterranus.
Raſchius.
Richardus Strainius Baro.
Richardus Rantichinus.
Robertus Bellarminus.
Robertus Guangrinus.
Robertus ad Sigebertum.
Rudolphus I. Imperator.

S.

Sabellicus.
Saluſtius.

Scaligerus.
Scipio Mazella.
Scotus.
Seneca.
Sebaſtianus Gryphius.
Servius.
Serrarius.
Sextus Ruffus.
Seleſtadienſis.
Sextus Aurelius Victor.
Sidonius Apollinaris.
Sigiſmundus Auſtriacus.
Sixtus Reiſius.
Smetius.
Socrates.
Sophronius.
Solinus.
Solon.
Strabo.
Statius.
Stephanus Roſinus.
Stephanus Vinandius Pighius.
Stobeus.
Svetonius.
Suidas.
Sulpitius Severus.

T.

Terentius.
Theatrum Genealogicum.
P. *Theſaurus S. I.*
Theodoricus } *Gothorum Reges.*
Theodatus. }
Theodorus Zvvingerus.
Theoponpus.
Theodorus.
Theodorus Pieſpordius.
Theodoretus.
S. *Thomas Aquinas.*
Thomas Porcachius.
Thomas Bozius.
Titus Livius.
Torquatus Taſſus.
Trebellius Pollio.
Triſmegiſtus.
Tucidides.
Syntag. in *Andream Altiatum.*

V.

Valerius Maximus.
Valentinus Rotmarus.
Vegetius.
Velleius.
Virgilius.
Victor Tunnenſis.
Vincentius Belvacenſis.
Vitruvius.
W*iguleus Hund.*
W*ichardus Baro à Bolhaim.*
Vlpianus.
Ulricus à Klingenberg.
Ulricus Krigius Tigurinus.
W*olfgangus Sileſius M.S.*
W*olfgangus Lazius.*

Z.

Zacharias Eutichianus Rhetor.
Zonaras.
Zoſimus.

INDEX IV.

IN QUO ERRORES OMNES, HORUMDEMque Caſtigationes traduntur.

AXioma Philoſophicum eſt, artem, inquantum ipſa poteſt, naturam imitari. Quamobrem ſicut fol. 86. hujus primi Gentilitij probatum eſt, magnum donum cum magno aliquo damno rebus dominantibus ſemper naturam tribuere, quemadmodum ibidem liquido apparet in exemplis de Roſa, de Palma, de Balena, de Leone, de Pavo, ac deniq; de ipſo Sole: ita quoque Typographia; quæ artium Domina in aliquibus dici poteſt, ſuomet excellentiſſimo bono, quod maximum donum profectò eſt, mendarum malum inevitabiliter mixtum habet, non à ſe ipſa, ſed ab hominibus, quibus facilè eſt errare. Præter nonnullos alios errores, quos lectori caſtigandos libenter committimus, ſubſcripti reperti ſunt.

Multi quidem, ſed magis videtur dignus venia typographus, quam Auctor. Qui cum ſolus eſſet, nec poſſet exemplar benè reſcriptũ afferre, nec alium correptorem, quam ſeipſum admittere; haud mirùm ſi errandi occaſio magis ac magis convaluit. Verùm typographi nonnulli hoc habent mali & certè inexcuſabiliter, quod multoties ultimam folij correctionem accuratè minimè percurrunt uſq; eò, ut identidẽ aliquot ex mendis reliquerint, quas Auctor, vel aliquis alius ſe caſtigaſſe recordatur. Sunt qui tradunt, Paulum Manutium typographicæ artis oraculum ac novum Latinæ linguæ lumen conſuluiſſe Auctoribus, ne ipſi in librorum erroribus veſtigandis ac emendandis defatigentur, ac laborem fruſtrarentur. Monuit inſuper, ut alij tùm principaliores tùm minus principales correctioni præfigantur tali ordine.

Sint primò correctores principales conſcij originalis; ac illius linguæ, inqua liber eſt imprimendus, ut ſic

poſſit

poſſit ſine multo labore vitia, in quæ auctor inadvertẽter lapſus eſt, aut in dicendi modo, aut in ſtructura orationis aut in periodis, vel bonis ſenſibus (& aliquando omnibus) carentib⁹, vel rebus ſimilibus, quib⁹ ipſi maculantur: aut in elocutionis cõſtructione, quę barbariſmis, ſolęciſmis, alijſque culpis incõpta redditur, & vitioſa. Aut demũ advertat & maximè in re hiſtorica temporũ ſupputationes, in quibus multoties Auctores hallucinantur, & typographi facillimè errant. At inferioribus correctoribus ſufficiet ſi tantum ſcierint parcè legere: nam cum ſyllabas, earumq; characteres quaſi ipſi enumerent, illicò ſanè fortiter cotam principalioribus correctoribus, ſivè etiam Auctoribus paginas percurrendo, ſtatim hi percipiunt ubi verbum deficit; & ubi dictio, & oratio propter literarum, vocumque diminutionem, vel ſuperfluitatem, vel tranſpoſitionem, nondũ ſufficienter eſt correcta. Auctores verò quia paſſim moleſtia afficiuntur (ea pluries evolvendo, quæ toties mente conceperunt, ſcripſerunt, reſcripſerunt, calamo correxerunt, quibus deinceps alia addiderunt, & à quibus nonnulla poſtea abſtulerunt) paſſimq; ſenſus rerum percurrunt, & ad nihil aliud attendũt, idcircò multoties neque peccata ipſa, quæ rei ſubſtantiam labefactant, advertunt.

Et quidem ſi hoc tanti Viri monitum ad hæc uſque tempora duraſſet, librorum codices non ita frequenter erroribus ſcaterent.

Caſtiga-

CASTIGATIONES.

PAg. 2. Lin. 20. Lucij Senecæ *Annæi Seneca*. Ibidem lin. 25. per 20. capita legendum *per 26. capita*, addendumque ad verbum *veſtibus* lineæ 29. *Mathematica*, *Arithmetica*, *Muſica*, *Aſtronomia*, *Geometria*, *Coſmographia*, *Curioſitatibus*, *& ſubtilitatibus*. Ibidem lin. 33. pro ardine, *ordine*.

Pag. 7 lin. 14. unuius, *unius*. Pag. 15. lin. 19. appoſſuimus, *appoſuimus*. Pag. 19. lin. 22. Oſiridis, *Oſidis*, Pag. 20. lin. 21. ab illis veibis *inſtituti ſunt*. dele punctum, pro eo pone comam, & adde verbum *utebantur*. Pag. 28 lin. 32. habet, *habeat*. Pag. 30. marg. 2. petficiunt, *perficiunt*. Et lin. 32. Amam, *Aman*. Pag. 43. lin. 1. paſſus eſt: dele puncta, & adde *Conſtantinopoli*, & pro ibique immediatè, lege *ubi*. Pag. 58. lin. 10. effeſiones, *effuſiones*. pag. 59. in marg. 5. Apolcal. *Apocal.* pag. 64. lin 4. perſilimis, *perſimilis* Et lin. 27. potrectricem, *protectricem*. Pag. 66. lin. 9. Tullius, *Tullus* & *Tulli*. lin. 26. in caſu obliguo non Tullij: & in marg. 3. ſcripſit, *ſcripſerit*. Pag. 72. marg. 5. poteſt, *poterit*. pag. 69. lin. 28. patientia, *potentia*. pag. 90. lin. 25. idiomatæ, *idiomate*. lin. 28. quorum exemplaria nondum habere potuit, lege *ſed eorum exemplaria nondum habere potuerat*. Ibidem lin. 33. poterit, *potuerit*. Pag. lin. Hoſtiſtis, *hoſtis*. Pag. 94. lin. 9. 16. 29. 30. Democrat. *Dimocrat*. pag. à lin. penul. deleatur vox, *quamque* Pag. 97. lin. 5. Dominij, *Dominis*. pag. 100. lin. ult. etiam uſu diuturno, lege *ac uſu diuturno*. pag. 98 lin. 8. maſchulum, *maſculum*. pag. 99. lin. 27. exprobatum, *exprobratum*. Et lin. 37. exprobans, *exprobrans*. pag. 106. lin. 24. Adriaticium, *Adriatici*. Pag. 110. lin. 13. inter Comnenos Barbarorum, hic adjectivus *barbarorum*, à typographo tranſpoſitus, ſubſtantivo, *Othomanorum*, lineæ immediatæ conjungatur. Et lin. 18. Regiæ, *Regia*. Et lin. 24. ſtella, *ſella*. & in marg. ult. Defectitio, *Defectio*. Et lin. 28. extremas, *externas*. pag. 111. in titulo notandi 2. & in lin. immediatè ſequenti, quatuor, *quinque*. pag. 118. lin. 33. an, *ad*. pag. 119. lin. 21. oriundum, *oriundos*, pag. 120. 3. marg. modicum. *motivum*. Et pag. 125. lin. 13. Quem, Quum. pag. 129. marg. 2. tempora Leonis, *tempora Petrus Leonis*. pag. 131. lin. 20. alios, *aliud*. pag. 132. lin. 17. vi, *vim*. Pag. 137. lin. quæ, *quam*. pag. 141. lin. 30. quià *qui à*. pag. 149. lin. 25. in hac ne, *in hac re*. pag. 151. lin. 40. integra linea eſt tranſpoſita; ideo legendum. *Publicata edidiſſe apud Einzingerum legitur. Illius libri copiam nanciſci haud ſe potuiſſe Seifridus, dictaſq; omnes præfatorum auctorum lucubrationes maxima antiquitatis iactura interiiſſe fatetur*. pag. 153. lin. 22. Birunnius, *Virunnius*. Baluacenſis, *Bellovacenſis*. & lin. 35. ſicut tradit, *vel ſicut tradit*. Pag. 156. lin. 13. Vetruvius, *Vitruvius*. pag. 165. lin. 16. Theothahadi, *Theodati*. pag. 171. lin. 27. Perus, *Petrus*. pag. 174. lin. 39. ſanctitate, *ac ſanctitate*. pag. 184. lin. 6. voſtro, *roſtro*. pag. 186. lin 9. 1773. *1173*. Ibidem in catal. SS. adde poſt S. Severinum *S. Maurum* & etiam loco proprio *S. Geciliam*. pag. 196. lin. 25. contignata, *conſignata*. pag. 201. marg. 2. poſteroris, *poſteris*. Ibidem ovenſa, *oſtenſa*. pag. 206. marg. 4. Auſtriacæ. *Auſtraſia*. Et marg. 3. occani, *occaſio*. Et marg. 4. mont, *mors*. pag 203. lin. 31. ſunt, *ſint*. pag. 206 lin. 2. Bezonius, *Bezonis*. Et marg. 2. conditionis, *conditoris*. Et lin. 24. de quo Regino, dele comam, & ſequ. *id eſt ſequentes*. pag. 207. lin. 11. Gobado, *Gobodo*. & lin. 23. in eas, *in ea*. pag. 214. lin. 8. non tam altè, cum alijs, dele comam. pag. 216. lin. 1. Excurſ. Auſtriaconum, *Auſtriacorũ*. & lin. penult. quippe, adde *qui*. pag 228. lin. 38 cõparatione adde *facta*. pag. 229. lin. 21. Perleoniæ, *Perleonia*. & lin. ſequenti, vetuſſimiſque *vetuſtiſſimiſque*. & lin. 35. uſurpare, *ſe uſurpaſſe*. pag. 230. lin. 15. inveſtigantæ, *inveſtigata* & lin. 19 & cujuſque *& cuius*. pag. 238. lin. 7. poſterum, *poſterorum*. pag. 239. lin. 20. verum, *verò*. & lin. 29. Lenoem *Leonem*. & lin. ult. totius Catholicæ, *totius Eccleſia Catholica*. pag. 242. lin. 36. Brunichilde, *Brunechilde*. pag. 243. lin. 23. appendecis, *appendicis*. & in 1. marg. convenitur, *convincitur*. pag. 244. marg. 3. Dives, *Duces*. pag. 245. lin. ult. Mattimonia, *Matrimonia*. pag. 249. lin. 35. Alferto, *Alberto*. pag. 250. lin. 3. quot. *quo*. & marg ult. Mantuauus, *Mantuanus*. pag. 257. lin. 9. Carnioliæ, *Carniola*. & lin. 27. occulos, *oculos*. pag. 258. lin. 5. quendam, *quandam*. pag. 260. lin 24 Eelegans, *Elegans*. pag. 264 marg. 2. defunctos, *defuncto*. pag. 267. lin. 26. auctas *avitas*. pag. 268 lin. 19. tumultumque *tumulumq;*. & lin. 21. iſtus, *iſtius*, & marg. 3. à verbo gerit. dele punctum. pag. 275. lin. 7. mira quidem, adde *providentia*. pag 279. col. 1. Gradus III. *XI*. pag. 287. col. 1. Gradus IV. *XII*. pag. 298. lin. 3. libanem, *libamen* pag 305. lin. 3. ſimuilitudines, *ſimilitudines* pag. 307. lin. 1. ex. Num. Giganteo *Giganteo*. pag. 304. Hippolytum, *Hippolitbum*.

F I N I S.

NOVVS ANNVS
M. DC. L V.
FAUSTA AUGURATUR
PIISSIMAE DOMVI AVSTRIACAE.

EXTINCTO SVMMO EX PANFILIA SOBOLE SACERDOTE, AC PROFLIGATA IN REGNO NEAPOLITANO FRANCORVM CLASSE,QVÆ SVB DVCE DE GVISA EXVLES, SATELLITES, AC REGIS CATHOLICI REBELLES HINC INDE COLLEGERAT; HOC PRIMVM NOSTRI OPERIS, AC LABORIS GENTILITIVM TERMINVM (DEO ADJVVANTE) ADEPTVS EST. VNDE MERITÒ CANENDVM.

Finit & iſte Liber, vitam Innocentius explet,
Spemque necat Gallo Partenopea Fides.
Incipit hinc Libri proferre oracula finis,
AVSTRIA quod PIETAS fata ſecunda refert.

Digitized by Google

PARS POSTERIOR.
DE PIISSIMIS,
ATQVE AVGVSTISSIMIS

Stirpibus,

AVSTRIACA, BORBONICA.

Vetuſtiſſimis primordijs ijſdem.

IPSARVM ORIGO

REGIVS SANGVIS ITALVS.

AD CHRISTIANISSIMVM GALLIARVM REGEM,

Cui præcipua nomina.

ALOISIVS DECIMVS QVARTVS BORBONIVS.

Tranſpone haſce literas,& in hunc modum Regi adoleſcenti hilari voce applaude.

I MVNDO CARVS, QVI AVSTRIVS SOBOLE BIS.

Repete ſubinde, & hæc fauſta ei auſpicare.

I Mundo bis carus, qui Auſtrius Sobole,

AVSTRIÆ SOBOLI

Animo, & Sacramento coniungaris. Sic imperat Cœlum omne.

Terra Vniuerſa Sacro illo Philomati ore, quod lingua Pontificia nunc obloquitur, ſic Deum precatur.

Formido in illos, ò ruat amplius,
Terrorque & omnes uis tua deprimat.
Immota bellantum rigeſcant
Agmina &c.

In Cant. Moyſi verſ. 16.

Tali ligamine, quo Barbarus, efferuſque Orientis Canis In ferrea catena aſtringendus.

TALI FOEDERE,

Quo fędę tot impiorum hoſtium acies, adeo in cunctos Principes Chriſtianos, nemine excepto, formidoloſæ, Vſque ad interitum proſternendæ.

Carmen LXXV.

Philom. Muſ. Iuuenil.

D. Iacobo Abbati Altouito Romam.
Vbi nunc auctor in Petri Sede ad id ſollicitior.

Primores abiere Patres; & vidimus vnà
Optatæ Pacis votaque ſpeſque mori.
Nil intentatum precibus, monitiſque reliqui
Sollicitus tritas ire redire vias,
Europam pacare omnem, & componere certis
Legibus *Auſtriacam Borboniamque* Domum,
Vt conſanguinei damnent Ciuilia Reges
Arma, quibus melius Thracia victa ruat.
Poſtulat hoc ſceptri Pietas, grauiuſque recuſant,
Quam tolerare queant, vtraque Regna iugum.
Hæc eadem toto communis pectore clamat
Relligio, mæſtas non ſemel vda genas.
Hæc lacrymis gemituque ſuo ter maximus vrget
Antiſtes; monitis hæc tonat ille ſuis &c.

PROGNOSTICA NOMINALIA.

ALEXANDER SEPTIMVS GHISIVS.

ANAGRAMMA.

NEXVS VIGILANS SPE HIS ARDET.

Quibus

Per alterum ſanguinis nexum auſpicatum Sacramentum ſic reuelatur.

ITALVS.

Domus Auſtrica, & Borbonica.

Italus Rex vtriuſque ſtirpis fons, è cuius ſex eius nominis apicibus prodit iſtud arcanum,

Auſtria ab Auſtri vento ita denominata. Laz. in cóm. rer. Viennenſ.

SALVTI.

Tria autem hæc nomina, xxx. characteribus conſcripta, tali oraculo tranſpoſitiuè enuncianda.

Vi robuſta ſibi, Cælo Turcas domant.

Inter Deum, & mortales, inter Chriſtianos Heroas, populoſque Vigilans in Chriſti Vicario Nexus Apoſtolicus, Communique conſulens

SALVTI,

His prorſus SPE ARDET, Vt ea VI ROBVSTA, qua hæ duæ ſoboles maximè eminent, perenni fædere coniunctæ,

Sibi, & Cælo Turcas doment.

His quoque prius admodum exarſit, vbi olim Deo ſic cum Moſe cecinit.

Loc. cit. ver. 17.

Ad Sancta ducas culmina *Montium*,
Te auctore dudum condita. Firmior
Hic noſtra ſedes nos, manentque
Templa nouo fabricata ſaxo.

Philomati carmen, in altera folij antecedentis facie commemoratum, ſic ſe habet paulo infra poſt enarrata.

Nec tamen audimur. Feruent in prælia dextrę
Longius, & noſtro Pax procul orbe fugit.
Regibus ergo ſacris parcas, Regumque miniſtris,
Ac Stygij damnes agmina dira Iouis.
Hæc noſtris inimica Aris, pietatis auitę
Turba nouatores, ad fera bella mouet.
Tartareo digreſſa ſpecu, tenebroſa per Orbem
Nubila fumoſæ diſſipat illa Stygis.
Hæc cælum rapit ex oculis, lucemq; diemque
Atque humili cogit ſerpere corda ſolo.
Noſtra ferox igitur producunt crimina bellum,
Et luimus meritum per mala tanta nefas.
Dixit: *Ego pacem faciens Deus*. Illius ergo eſt
Vnius hæc donum: cetera fluxa reor.
Poſcimus hanc fruſtra Pacem, quam crimine fędo
Perdimus: exemplo qui petet, ille feret.
Quam verbis petimus, rebus poſcamus eandem:
Eſt multum, verbis iungere poſſe manus.

APPENDIX ALTERA:

IN QVA HVIVSCEMODI TABVLÆ GENEOLOGICÆ nouitas, inſpectio, mendum, ac ſenſus Produntur,

Atque totum argumentum in fronte Gentilitij promiſſum ſtabilitur.

1 NE mireris (Lector beneuole) de præſentis tabulæ nouitate, ad arborum formam hominum ſoboles delineandi communem morem (hic quidem mos magis, ac magis rationi & experientiæ, quinimo & ipſi naturæ conſentaneus, à ſuis prorſus initijs ſemper viſus eſt) nequaquam ſeruante. Architecturæ opera, & ſi ab arte prodeuntia, Agricolturæ nihilominus operibus durabiliora ſunt plerumque ac ſtabiliora. Haſcæ familias quas inuentor, auctorque in perpulchro iſto ære exhibet, diuturno admodum tramite multiſque ſæculis perduraſſe, Tabula ipſa curioſa plane, ac non adeo fabuloſa (vt quam plurimi pro comperto haberent) inueſtigatione ac diligentiâ patefacit, præbetque. Hinc fortè ductus, vt in hunc modum, vſitato (cui conformari minime vtique difficile ei fuiſſet) haud equidem parui penſo, ſed derelicto tantummodo, vtraſque Geneologias, vtrinque è quaternis proſapijs reſultantes, ſculpi faceret, ac orbi toto (cui *Recedant vetera, noua ſint omnia*, quamuis *nihil ſub ſole nouum*, genuinum carmen profecto) publicè offerret præſentaretque. Adde, quod tabellario, qui ſuam iconem recenter adinuentam tot ſtatuis, non niſi architecturæ debitis, ſuperius, inferiuſque exornare deſignauerat, commodius fuit proculdubio tali inſpectione deſignare, opereque complere.

Diſcrimen inter Architecturæ, & Agricolturæ opera.

2 Aſt inſpectio hæc licet intuentibus vndique peregrina, vndique prima facie concinna, ſitus tamen rerum, locuſque, propter aliquot intolerabiles fædoſque ſculptoris lapſus, erroreſque ingeniorum peritorum obtutibus non ſolum plurimum diſplicent, verum etiam & contemptibiles fiunt. Et quidem temporis, loci, ac dignitatis ratione perſpecta, ac ponderata (vt cætera ſileam) maxime ipſa expoſtulat, imò conuincit, vt Rex Latinorum Æneas, Franco conſanguineo, affinique ſuo in quarto gradu, præcedat, huiuſque familijs aliæ deinde familiæ ab eodem Rege Ænea ſuccedaneis generationibus (nominis tantum, non autem ſanguinis iura derelinquentes) exortæ, anteferantur.

Æneas Franco affini anteferendus.

Igitur quid cauſæ Eiconographo extitit, vt cæcitate adeo turpi atque enormi, omnique digna reprehenſione contrarium efficeret, totamque auctoris mentem, ac delineationem turbaret, confunderet, peruerteret.

Eiconographus obiurgatur.

Prior locus digniorque tum in Tabulæ titulo, tum etiam & in armis gentilitijs, nec non & in ſtatuis inferioribus domui Auſtriacæ merito conceſſus, ſculptuſque. Quare ſtirps eius, quæ tempore vltima eſt in ordine, ſtirpi intermediæ, ſtirpique inter-

media penultimæ, ac tandem penultima primæ, principiique dum ſucceſſiuo ductu correſpondet, debent quoque rebus prædictis & hæ pariter reſpondere; alioquin & ſi res veræ, ſtatus tamen rerum falſus omnino. Hinc neceſſario conſequitur omnium columnarum cum ſuis ſtatuis ſuperioribus vtrinque ad inuicem tranſpoſitio: Ergo quinque columnæ dextri lateris, cum ſuis etiam ſtatuis ſuperioribus non vbi nunc ſunt, ſed alibi, ſcilicet in latere ſiniſtro, & è conuerſo columnæ ſiniſtri lateris & earum ſtatuæ ſuperiores in latere dextro ponendæ.

Quomodo columnæ laterales vtrinque ad inuicem traſponendæ

Hoc enim modo quæ in fronte tituli tabulæ inſcribuntur Proſapiæ, Auſtriaca, Borbona ſtatuis ſuperioribus ex vtraque parte, ſtatuæ itidem familiarum nuncupationibus, per ſua ſcutula ad pedes earundem ſtatuarum conſcriptis, familiarum nuncupationes ſuis columnis, columnæ poſtmodum cum armis tum gentilitijs, tum etiam & cum ſtirpium originibus, quemadmodum & cum ſtatuis inferioribus, quæ debent manere vbi nunc ſunt, hinc inde iuſto ordine conformes erunt.

Aliud mendum tandem inciſori quam ineptiſſime irrepſit in ſituatione Hieroglyphicorum. Nam quæ ad dextrum latus ſpectabant, ſculpſit ipſe in ſiniſtro: quæ vero ſiniſtrum requirebant, collocauit in dextro. Quomodo autem ea diſponi debeant preſto declarabitur.

Sequitur declaratio Tabulæ

3 Omnem porrò tabulæ huius intelligentiam quantum ad ſuas ſtirpes, in quatuor radicalia initia æque ex vtraque parte diſpoſitas poteſt quilibet modico vtique labore percipere, non ſolum ex præhabitis enucleatiſque familijs in excurſu præſintis Gentilitij: 6. à ſect. 3. & ſequ. verum etiam & ex traditis in 2. Gentilitio ſub Matrimonio Rodulphi iij. Auſtriaci ac Boemiæ Regis cum Blanca, Francica, ac Sancti Regis Ludouici Franciſcani nepte, de cuius Geneologia, è regum Gallorum ſanguine Capetino emerſa, fuſe ibidem & per certas ætates.

In eo pariter loco hanc etiam promiſit auctor inſerere tabulam, in qua facile proculdubio ei fuit Æneæ & Franci ſubtimi reperire radicem aduerſus Gabrielem Bucelinum, cuius futilem leuemque iactantiam de vetuſta admodum ſuorum Theutonicorum ingenuitate, ſupra Italam maxime, honeſtè ſatis atque apologeticè compeſcit. Erat enim impreſſum iſtud 1. Gentilium, quando eo in loco apologiam illam (notata prius ibidem criticorum nonnullorum cenſura) hoſtilis eorum calamus, ipſum lacerans, prouocanſque, conflare coegit. At promamus modo breui commentario nonnulla pro ſtatuis ſuperioribus intelligentia.

Alciat. In emb. de concordia cui ſimbolum Gerion

Statua media deſumpta eſt ex appicto Andreæ Alciati emblemate, cui ſchema Gerion, ſchematis verò epigraphen ſeu inſcriptio, *concordia inſuperabilis*. Verum auctor noſter Gerionis ſcuto addidit bina corda, aureo ligamine conſtricta, intimeque ad inuicem copulata. Alloquens mox familiæ vtriuslibet, Auſtriæ, videlicet, ac Gallorum regum principes, ſubiecit ex regio vate. *Ponite corda veſtra in virtute eius*.

Pſal. 47.

Continua paraphr.

Vos, ò proceres, Auſtrij, Borboniique tanto interuallo temporis, ſanguine & carne coniuncti, relictis ſciſſuris odijſque, quibus ad inuicem vos met, veſtra, populos impetitis, laceratis, in exterminium ponitis: *Ponite corda veſtra in virtute eius*, hoc eſt concordiæ, eaque *circumdate Syon* inſuperabiliter, *& amplectimini eam* feliciter, *& narrate in turribus eius* mirabiliter, *quoniam hic eſt Deus Deus noſter in æternum, & in ſæculum ſæculi; ipſe reget nos in ſæcula*, qui *charitas eſt*, qui *pax eſt*, *& abundantia noſtra*, qui *lapis eſt angularis*, faciens *vtraque vnum*. *Ponite*, inquam, *corda veſtra in virtute eius, & diſtribuite domos eius in progenie altera*, vbi non amplius domus Dei ſummi, ſed fana ſuperbi Ethnicæ ſeu Mahumethicæ ſuperſtitioni ſacra. Et dum ponitis corda veſtra in virtute eius, ſint prorſus corda hæc noua, nouæ voces, noua opera, vt ex veſtra inſimul animorum concordia, & amicitia, ſtirpium concordiæ amicitiæque ex propoſito reſpondente, formidoloſi ac imperterriti, inuictique euadatis aduerſus tot tantoſque hoſtes, qui nos circumdant & opprimunt, omnemque ſubſtantiam diripiunt. Hi ſunt qui plerumque fucato fœdere vos ſeducunt, decipiuntque, promittentes quod haud inde obſeruandum aperte aſſerunt, vt in hunc modum iterato, atque obſtinato marte nunquam ſinatis vos deſtruere, regna grauaminibus quotidianis opprimere, ſubiectis exoſa regimina veſtra, ne amplius e ferreo iu-

go ſe

go ſe excutere tardent, omnino reddere. *Neque*, vt Cicero ait, *alius diſcordiarum exitus inter claros ac potentes viros, niſi aut vniuerſus interitus, aut victoris dominatus & regnum*. De Auſp. reſponſ.

Ponite demum *corda veſtra in virtute* talis concordiæ, ne in poſterum bellum leenæ cum apro immemini, quorum interitum vultures, corui, lupique expectant, vt eorum ſanguinem bibant, oculos eruant, carnibus veſcantur, cadaueraque ſuis vnguibus, dentibus hinc inde vtrinque membratim diſrupta lacerent, deuorent, & in quam modica fruſtra comminuant. Verum enim eſſe adagium illud, *Inter duos litigantes tertius gaudet*, experimentum ipſum indies comprobat. Vide Alciat. in Embl. de Apro cum liena dimicante.

Ex ſtatuis deinde Gerionem ipſum immediate ſequentibus ad latus Auſtriacæ proſapiæ, 1. Monarchia, quæ celebriores orbis terrarum Monarchias in ea columna cæteris latitudine breuiore indigitatat 2. Pietas 3. Fortitudo 4. Benignitas 5. fides Romana. Ex alijs vero ad latus Barbonicæ ſtripis, 1. Menſura. Qua mundi ætates in altera ac ſimili columna exprimit, proditque eorum tempus per certorum ſæculorum curricula, ſexta indefinita adhuc mortalibus permanente. 2. Sagacitas 3. Fortuna 4. Magnanimitas Chriſtiana. 5. Religio.

Ex vtroque latere liquet prorſus vtrinque, quamlibet inſcriptionem, ad pedes cuiuslibet ſtatuæ iactam, ſingulam ſingulæ, ipſi optime conformari. Hinc fit, vt quemadmodum regis Æneæ Proſapia, in eodem Aenea, communi nuncupatione Pio, *Pia* extitit, in Proſapia Anicia (nomen hoc Anicium grecè, inuictum latine ſonat) *Inuicta*, in Proſapia Frangipana *Benigna*, in Proſapia Berleona *Catholica* Ita pariter & regum Galliarum familia in Franci ſtirpe *ſagax* fuit; in ſtirpe Merouea *fortunata*; in ſtirpe Carolinga *Chriſtianiſſima*: ac poſtremo in ſtirpe Capetina *Religioſa*. Diuiſ. 2. excurſ. 9. fol. 159.

Statuæ inferioris lateris dextri, prout iacent in tabula, Auſtriadas ſunt, vt in hoc eodem Gentil. 1. loco nuper citato patet. Nam ſi eas eodem modo enumerabis, hoc eſt à medio ad finem in eadem linea. 1. eſt Æneas. 2. Iulius Cæſar. 3. Conſtantinus magnus 4. Albertus eques Romanus, ex gente Perleonia cognomento Diues. Porro quatuor ſtatuis dextri lateris debent ſupponi Hieroglyphica ſiniſtri lateris tabulæ, in hunc modum. Ad pedes ſtatuæ Alberti diuitis præfati, inferendum eſt vltimum Hieroglyphicum, in quo leo in actu fugiendi caput retro reuoluens (tanquam qui relicta Patria cunabula amoris luminibus, dolens eorum abſentiam, inſpicit) ditionis Auſtriæ armorum Gentilitiorum faſciam habet, in ore pendentem, nec non & ſupra ſe auiculas quaſdam (Alaudæ hæ vocantur) in aere volitantes, ipſumque ſequentes. Alaudæ antiquitus arma Gentilitia Auſtriæ erant: at poſtremo his mutatis, ac relictis, faſcia alba in campo rubro nouo ſcuto ineſt, vide Gentil. 3. auctoris, vbi de Archiducatu Auſtriæ. Perleonia gens ad Heluetos pro Eccleſiaſticæ libertatis, ac Chriſti vicarij defenſione exul in Alberto Diuite, qui & magni Rudolphi Cæſaris huius nominis. 1. Proauus Comeſque Aabsburgenſis ſtemma paternum, vnde poſtea Auſtria ſoboles, mirum in modum, atque incomparabili felicitate propaganit. Loc. cit. ſect. 2. fol. 224. & ſequen. Ad ann. 1145. vid. ſec. 2. excur. 5. fol. 133. & ſec. 1. 16. f. 224.

Ad pedes ſtatuæ magni Conſtantini transferendum eſt Hieroglyphicum illud ſequens, quod ſupra turrim in medio vnicam ſtellam explicat. Hoc ænim erat peculiare tanti Cæſaris gentilitium, cuius numiſma bipartitum protulit Auctor loco citato, partim ad religionis catholicæ ſiniſtram cum eiuſdem Cæſaris facie, partim ad dextram fortitudinis cum prædictę turris eicone ipſum tradens in eo ſtemmate. 4. Supra ſcutum Conſtantini Triregnum Pontificium palam eminet, intra vero quatuor literæ E.C.R.L. quarum intellectus *Eccleſiæ Catholicæ Romanæ libertas*. Baptizato namque tam digno Principe à B. Siluestro Papa, Chriſtianum nomen libere ac publicè propagari incepit, Ad pedes Iulij Cæſaris 1. huius nominis Romanorum Imperatoris, aliud immediatum Hieroglyphicum opus eſt inſtituere. Auctor deſumpſit eum, in quo Aquila ad volandum parata orbem terrarum vnguibus eleuat, ex proprio ac vocali ſymbolo, quod Albertus. 1. Imperator cognomento victorioſus poſt primam electionem in regem Romanorum, quam vti haud integre Canonicam, iuſtamque generoſe reſpuit, aſſumpſit. In eo quinque litterę vocales A.E.I.O.V. *Aquila, Electa Iuſte. Omnia vincit*, denotant, Ad Æneæ regis pedes poſtremum Hieroglyphicum de lupa la- inter fol. 190. & 191. Vide Gentil. 3. auctoris ad matrimonium Alberti. I. Cæſaris.

tina cum infantibus geminis apponendum. Quippe Romanorum gentem ab Aeneæ ſanguine habuiſſe initium oſtendit Auctor loco cit. ad ſtem. 1. fol. 184. & alibi. & nos infra. Flamma autem illa, ſupra manum dextram eiuſdem Regis accenſa, Pietatis erga parentem, quem è flammis eripuiſſe, ac ſuper humeros geſtaſſe, comperta res proſſus, ac erga ſuos ſymbolum eſt.

Alterius lateris pro regum Gallorum gente ſoboleque eodem modo mendum caſtigandum, ſeruata tamen & eadem numerandi ratione, ſcilicet a medio ad poſtremitatem. Prior ſtatua Francum Aeneæ affinem Sicambrorumque fundatorem, regemque in ea imagine aſſerens, habet ad ſcutum duos caracteres ex conſonantibus C. F. quorum explicatio. *Comite Fortuna*. 2. eſt regis Clodouei, qui ampullam criſmatis, à columba, in eius baptiſmate cum ea cęlitus miſſa, perductam (ex iſthoc criſmate, vt ferunt, adhuc reges Galli vnguuntur, conſecranturque) extollit. 3. Caroli Magni, in cuius ſcuto duo enſes ſuperius, ſeu pugiones in tranſuerſæ crucis forma, ac per huius medium pileus his litteris L. P. inferius conſignatus, hoc eſt *libertas publica*; de qua publica libertate, armorum vi ac nobili marte comparata, quin & ſub pilei ſchemate apud Romanos antiquitus expreſſa, vide auctorem in ſuo Quadrageſ. M. S. fer. 3. dom. 3. vbi de Bruti numiſmàte ex Alciato emblem. 150. Auctor vero in ſua eicone, in modum tranſuerſæ crucis poſita, vt dixi, cruciformem appingi curauit vtrumque Enſem; Nam Carolus Magnus pro publica Eccleſiæ Romanæ libertate cum Longobardis maxima optimaque ſtrenuitate confligens, expugnanſque tandem, capienſque Deſiderium, vltimum eorum regem, abs tyrannica, ac poſtrema huius ſuorumque infeſtatione atque oppreſſione (quæ Chriſti crux eiuſque fuſus in cruce cruor per ſuos Pontifices maximos, ſuaque Eccleſiaſtica membra plantauerat, fundauerat, propagauerat, excoluerat) admirandum in modum liberauit. Vnde iure merito poſt longam Imperij occidentis in oriente aberrationem, primum eiuſdem Imperij occidentalis Ceſarem Auguſtum Leo III. Romanus declarauit, Chriſtianiſſimi nomenclatura pro ſe ac ſuis hæredibus & ſucceſſoribus tradita; atque Imperium Romano Germanum eius ſtirpi hæreditarium fecit.

Vide Gent. 1. auct. loc. citat. ad matrim. Rudolph. III.

Quarta ſtatua eſt Hugonis Capeti, primi huius nominis Francorum Regis, extincta Caroli Magni ſobole, ſtemmatiſque Capetini, vnde & Borbona Gens, quæ hodie regnat, propagatoris quam feliciſſimi. Sub iſthac Capeti ſtatua, quæ eſt poſtrema, poſtremum quoque Hieroglyphicum lateris dextri ſubijciendum: Leo ibi in eius ſcuto dum vnguibus pedum anteriorum lilia diſcerpit, premitque; ore lilij florem, nihil aliud, vt puto, demonſtrare vult, quam eradicationem totalem, excidiumque armorum gentilitiorum Carolingicæ ſtirpis, rege ac Imperatore Ludouico in ea tandem extincto. Sub ſtatua altera Hieroglyphicum ſolis, Pontificaliter pileati, ac coronati atque in occidentem viſi eſſe debet. Nam ſcutum illud tali ſchemate exornatum occidentale imperium, oriental penitus obſcurato atque ablato, ex Papali auctoritate per Carolum Magnum ad Germanos translatum. Sub ſtatua ſequenti, quæ eſt regis Clodouei, ſchema Gentilitium de tribus bufonibus, peruetuſtum regum Gallorum ſtemma conſtituentibus, & in tria aurea lilia (ſi vera eſt hæc hiſtoria vt plurimi ac magnæ notæ auctores ferunt) baptizato eodem rege, ſtatim poſt obtentam de Germanis & eorum rege victoriam, pro qua victus pene ac profligatus, ſe Chriſtianum fieri (erat enim Ethnicus) voto Deo promiſerat, neceſſario locandum. Vide de armis Gentilitijs regum Francorum tres opiniones apud Comment: ſuper Alciatum in ſyntagm. f. 59. Vide & ea quæ auctor affert in 2. Gentil. loco citato de matrimon. Rudolphi III. Auſtriaci cum Blanca commemorata, & alibi in eius manuſcriptis. Vide demum & Genebrardum de incerto ab Odone poſito liliorum numero, quem vt ipſe ait Rex Carolus VI, ad tria deinde tantum reduxit. Quod auctor noſter fol. 210. huius 1. Gentil. nequaquam aduertit. Tandem ſub ſtatua vltima iacere debet ſcutum illud, in quo Ciuitas Sicambra, quæ ad paludem Meotidem, ac Scitam Gentem à Franco, Aeneæ affine traditur ædificata.

Generis Borbonici origo.

Tres ſententiæ de Regum Francorum lilijs.

Genebrardus in Car. V. de incerto liliorum numero.

Statua media & inter prędictas æquali diſtantia hinc inde ſculptam Italiam noſtram affert. Quæ cum mundi Regina omni ferè tempeſtate ſemper extiterit, mundi globum

butu multa cum ratione, & iure ſub plantis habet Stemma auitum eius Iani, anni bifrontis, clauem ad dextram tenentis imagine, concinna equidem inuentione exornatur. Ianus fabulatus apud ſacrarum litterarum interpretes eſt communiter ac verè Noë Patriarcha, qui poſt Armeniæ ditionis fundationem Italiæ Regnum, cuius initia Etruſci, ſtatim fundauit. Hanc Hiſtoriam diſtinctius atque enucleatius pertractat auctor in 2. Gentil. loc. cit. in Buccelinum. Vnde exaſticon.

REGES ITALIÆ

Primus in Italia IANVS regnauit agreſti;
Aurea SATVRNVS iugera falce colit.
Tertius Auſonius dominatur PICVS in oris:
FAVNVS & in Latio regna paterna capit
Filia Laurentum Regi fuit vna LATINO:
Dos fuit Aeneæ terra Latina PIO.

Ita cecinit Gaſp. Vrſinus Velius Siles in ſuis Monaſtichis de Illuſtribus Heroibus Reipublicæ Romanæ apud Eliam Reuſn. citandum infra lib. 1. fol. 156. Reges Italiæ

Igitur quemadmodum Regum Aeneæ, ac Franci ſanguinis anteceſſores, parenteſque ex Italia emerſere, in Græciam deinde translata eorum ſtirpe per Dardanum, vnde pars illa Dardania dicta (hodie italiè Dardanelli) qui ſtemma paternum, ac cum eo Itali, Regis Hiſpaniarum & Italiæ gentem propagauit: eodem pariter modo eruta Troia tam Aeneæ proſapia in Italiam ad Latium reuerſam, ibique regali dignitate inſignitam, quam Franci ſobrini ſtirpem in Franciam deductam Italas eſſe originem fateri neceſſe eſt. Quotquot ergo ſe iactitant (inter hos ſatis eſt Bucelinus citatus pro ſuorum Theutonicorum extollenda ſuper omnem Italorum claritate) (quarum ſcilicet gentium, proceres, Heroeſque è Troiano genere oriundos eſſe, ſimul vtique profitentur, omnem Europæ ſplendorem atque ingenuitatem ex Itala ſtirpe prodijſſe: ſed de hac re ad ſatietatem Gentil. 2. auctoris loco ſuper citato. Vbi etiam fusè de Italo Italiæ Rege, ac Dardani parente fol. 162. In quo aduertendum Italum natum eſſe in Italia, vt inquit auctor, quod potius de eius origine, quam perſona intelligendum eſt. Ares Frigius de initio Regni Troianorum, quem affert Auctor fol. 63. huius Gentil. 1. vbi ait cum alius Dardanum ortum habuiſſe ab Electra Atlantis filia, & Ioue, parum probabiliter id vtique aſſerit, ne dicam fabuloſè, Atlas enim genuit Dardanum, non autem Electra, vt meliores hiſtorici tradunt.

Id quod denique addi poſſet pro maiori intelligentia ac collocatione ſtirpium ſeu poſterorum ex gente Aeneida ac Iulij Cæſaris, non ita bene neque in hoc priori Gentilitio, neque in inſerta hac tabula ac ſerie conſcriptorum, in ſequenti, quæ typographicè & quidem emendatior impreſſa eſt, cum nonnullis alijs omni animaduerſione dignis ſubijciemus.

CONCORDANTIÆ NONNVLLÆ.

Statuarum ſupernarum præſentis tabulæ inſcriptionibus Synopticè reſpondentes, & in quodam cartaciolo auctoris caſu repertæ cum hac rubrica.

Haſce concordantias poſui in baſi prioris tabulæ, de qua fit mentio & in altera ex ære, vbi ſunt monita ad lectorem. Et in qua loco earum (ita annuente Archiduce) ſito eodem, atque ordine diſtintas ſtatuas totidem, (vltra ſupernas) infernè ſculpi feci.

LOCVS

LOCVS MEDIVS

Ponite corda veſtra in virtute eius. Pſal. 47.

CONCORDANTIA.

Nolite Sanctum dare Canibus, ne fortè conculcent, & conuerſi dirumpant vos. Matt. c. 8.

D. Bernard. epiſt. 322.

CHriſtianos Magnates Procereſque, Principes, Reges, Cæſares, Monarchas, Seculares, Eccleſiaſticos ita verbis Propheticis os mellifluum alloquitur, Sancta Paleſtinæ loca flentibus oculis commiſerans. *Commota eſt*, ait, *& contremuit terra, quia cæpit Deus Cæli perdere terram ſuam. Suam, in qua eſt viſus, & annis plusquam 30. homo cum hominibus conuerſatus. Suam vtique, quam illuſtrauit miraculis, quam dedicauit ſanguine proprio, in qua primi Reſurrectionis flores apparuerunt, & nunc peccatis noſtris exigentibus Crucis aduerſarij caput extulerunt ſacrilegum, depopulantes in ore gladij terram Promiſſionis. Propè enim eſt, ſi non fuerit qui reſiſtat, vt in ipſam Dei viuentis irruant Ciuitatem, vt officinas noſtræ Redemptionis euertant, vt polluant loca Sancta, Agni immaculati purpurata cruore. Ad ipſum (proh dolor) Religionis Chriſtianæ Sacrarium inhiant ore ſacrilego, lectumque ipſum inuadere, & conculcare conantur, in quo propter nos vita noſtra obdormiuit in morte. Quid facitis, viri fratres? Quid ſatagitis, ſerui Crucis? Itanè dabitis Sanctum canibus, & margaritas porcis? Nunquid non poteſt Deus mittere Angelorum plusquam duodecim legiones, aut certè dicere verbo, & liberabitur terra, Sed dico vobis, reſpicit Dominus filios hominum, ſi fortè ſit qui intelligat, & requirat, & doleat vicem eius*, &c. Hactenus Apoſtolicus Abbas, qui ſi adhuc viueret, ac tantam Chriſtianorum Principum cerneret ſomnolentiam, tot miſerandas inter ſe ſciſſuras, videret excidia reciproca, barbaram fœdamque Scytharum Monarchiam magis ac magis in dies culpabiliter excitantia, vnientia, augentiaque, Domuſque Auguſtiſſimas, Chriſtianiſſimas, Catholicas, Auſtriam, Borbonicam, è quarum nutibus totus ferè orbis Chriſtianus hodie pendet, ſanguine radicitus eaſdem, ſed animis adeò monſtroſè diuerſas, equidem alium ſtilum tractaret, alia verba proferret. Philomati Cataſtrophen anni 1648. integro ſeptemnio antequam fieret Romanus Alexander, ac pondere Angelicis humeris formidoloſo grauaretur, optimè ſe habet in propoſito carmine illo 74. in corpore. Vbi deplorans primò in calcata fide Sanctum datum canibus, & Margaritas porcis; mox digna peripetia ad Deum rapitur. Eius Poeſis eſt huiuſmodi.

Philom. car. 74. mus. iuuenil.

Infernis emiſſa plagis noſtro orbe vagatur
Eumenidum funeſta cohors; comiteſque ſequuntur
Et dolus, & furor, inſidiæque, & flebile lethum.
Nulla viget regio; viduatæ ciuibus vrbes,
Tecta euerſa; Aræ incenſæ; ſpoliata colonis
Squallent arua; calent cognato ſanguine riui:
Effrenis nec adhuc ſcelere exatiata libido
Bellandi, nec adhuc rabiem compeſcit Erinnys.
His ego nocturnis lacrymis, gemituque diurno
Immoror. Hæc vtinam Gentes, quas Rhenus inundat,
Quas Rhodanus præceps, quas torrens ambit Iberus,
Secum animo reputent! & amicas fœdere certo
Coniungant dextras, & feſſus pondere belli
Miles, & exhauſti ciues populique quieſcant.

Et ſua

Et ſua tranquillo redeat Pax aurea ſæclo.
Sed rapuere Noti tum ſpes tum verba, proterui
Per mare per Syrtes. Toto hac collegia luſtro
Tot legatorum decumana volumina verbis
Oppleruni Pacis, nec adhuc concordia conſtat:
Sed maiore fremens ſæuit Bellona tumultu.
Te rogo, qui Cælum, qui terras Numine comples,
Quo ſine frondoſa folium non decidit vlmo,
Cuius ad arbitrium flectuntur corda Potentum,
Spiritus alme Patris, Natique æterna voluptas,
Tu miſeris aſſiſte pius; Tu frange rebelles;
Tu Romanum orbem cæleſti Pace ſerena.
Tu Magni quintum genſali hac luce ſerena
Præſulis INNOCVI annum; Tu delubra reponens,
Diſcordes conuerte animos &c.

Claudo omnia, dum audio aure dextra D. Ambroſium, his verbis loquentem *Fortitudo, quæ per bella tuetur à barbaris patriam, vel defendit infirmos, vel à latronibus ſocios, plena iuſtitia eſt*. Sed ad ſiniſtram mei aurem hæc intonat Caſſiodorus, *Neſcio quo pacto aſſiduè dimicantibus difficile eſt morum cuſtodire menſuram* &c. Vnde Poeta D.Amb.lib. de officijs Lib.3. ep. 13.

Nulla fides, pietaſque viris qui caſtra ſequuntur

Ponite ergo, ò Principes, *corda veſtra in virtute eius*, ideſt concordiæ, ſi non vultis ſanctum dari canibus Traciæ, qui dum Sancta Paleſtinæ loca conculcant, iam in vos ibidè conuerſi, mille modis in toto orbe vos lacerant, dilaniant, dirumpunt.

LATVS DEXTRVM TABVLÆ.

I.

PIA IN ÆNEIDIS.

CONCORDANTIA

Pietas non conſulit niſi profutura, non parturit niſi proficua.

ITa eſt proculdubio; nam omne id quod vtrique bono, publico aut priuato integrè fauet, Pietati omninò attribuendum. Ethnicis ipſis fortunæ opera, quam ſimptoma naturæ Plato, maris filiam Homerus, Parcarum ſororem Pauſania appellauere, nec ſine magnis dolis fidelis, nec ſine verſatili rota firma. Inter Perſarum Cyrus, inter Grecorum verò Reges Alexander fuerunt magis felices, quia fuerunt & magis Pij. Vnus Deo honorem Hieroſolymitano templo reſtituit; vnus humi proſtatus, atque ad genua prouolutus, ſummi Numinis imaginem in ſummo Sacerdote adorauit. Romanorum euentus adeo in omni re ſecundi, ac felices ingentem vtrique inuidiam ſemper apud alienigenas peperere, nam propter egregiam illam opinionem, quam de ſuprema diuinitate adeo piè conceperant, exteræ nationes maximo dedecore afficiebantur. Id quod ante omnia alia negocia Senatus Conſultus agere inſtituerat, ad cultum diuinum ſpectabat. *Ita* ſanè, ait Valerius, *rerum humanarum futura regimina exiſtimantes, ſi diuinæ potentiæ bene, & conſtanter fuiſſent famulata*. Seſſio omnis ex lege Octauiani nonniſi poſt reuerentiam ac libamen vini vel incenſi ad illius Numinis altare, in cuius delubro patres ad res tractandas, agendaſque conueniebant, Se- Valer. Max. lib. 1. c. 1.

Liu. lib. 5.
Agap. ad Iuſtin.
Minut.
Papirian.

natoribus conceſſa, antea penitus interdicta. *Omnia proſpera eueniunt colentibus Deum, aduerſa ſpernantibus*. Creato Cæſare Macrino, oblatoque ei à ſubiectis cognomento aut Felicis, aut Pij, elegit, ſed parum conſultè primum, vt hoc pacto gaudendi diù ſuper ſecundo iure merito ſe indignum oſtenderet. *Qualem à Principibus præſtantur Deo, talia eis Deus, parpari referens, exhibet*. Et Minutius in ſuo Octar. *Quid aliud eſt fatum, niſi quod de vnoquoque noſtro fatus eſt Deus*. Papiriamus quoque, *Summa ratio eſt, quæ pro Religione facit*. Imperia cum Religione ſtant, cum Religione cadunt. *Reges in ipſos Imperium eſt Iouis*. Sen. Trag. Et conſequenter ex Horatio Omne ſub regno grauiore regnum eſt.

II.

INVICTA IN ANICIIS CONCORDANTIA.

Fortitudo verè bona, & inuicta fortuna, ſi Numini famuletur.

Vide fol. Gent. 8. 292.
Caſſiod. in ep.
Sen. adu. fort.

ANICIVS Grecè, Latinè eſt INVICTVS. Et quidem vix illuceſcentibus Seruatoris patibulati incunabulis, fortiſſimi, inuictiſſimique Anicianæ gentis Heroes purpura ſanguinis, pro Chriſto effuſi, induti, Eccleſiam Catholicam plurimum decorauere. Hæc pariter feliciſſima gens antea, ac deinceps, & nondum in Auſtriam Proſapiam, in qua iterum in ſupremo gloriæ faſtigio euecta eſt, prorumpens, ac ſoboleſcens, totum terrarum Orbem Diuis pluſquam XX. Pontificibus V. Imperatoribus XVIII. Romanis Conſulibus, Proconſulibus, Prætoribus, Præfectis, Ducibus Senatoribus quam plurimis in ingentem admirationem protraxit. Tertiæ Adamicæ huius robur qualecunque Principibus quid prodeſt ſine humillimo ad abſolutiſſimam omnipotentiam famulatum? *Quos ſuprema protegunt, felices aduerſarios habere non poſſunt*, aiebat Caſſiodorus. Contra vero accidit vbi humana potentia auxilijs diuinis, quæ maximam in Magnatibus ſeruitutem, maiorem bonorum rationem debitumque ineis iuſtè præponderando, abſque dubio expoſtulant, miſerrimè deſtituitur. Credo Annei Senecæ, aienti, *Valentior omni fortuna eſt animus, qui in vtramque partem res ſuas ducit, beataque ac miſeræ vitæ cauſa eſt &c.* Animus dignitate procerus, vel in bonum, ſi Dei famulus, vel in malum, ſi aduerſarius, ſuper fata ipſa fortiſſimus. Eſto, ò Princeps, Dei amicus, ſuadet Xenophon, nihilque, niſi eo implorato, fortitudine, ac potentia tua, vt ne vincaris, aggredere. Robur, ſiue externum, armis, aut diuitijs adhærens, ſiue internum, & vtrique homini inſitum abſque reuenti in Regum Regem ſubiectione non habet vnde diù ſtet, quia caret baſi, parum creſcit, quia parum proficit. *Religio, & Pietas*, dicebat Sineſius Arcadio, *firma imprimis Regni baſis ſubijciatur*. Et Agaperus Iuſtiniano *Non alius eſt Imperij veſtri beatior prouentus, quam Religionis augumentum*, quo ablato, *Adducit Deus conſiliarios in ſtultum finem, & iudices in ſtuporem, & baltheum regum diſſoluit, & præcingit fune renes eorum*. Hæc in Principum viuarijs ſeu in eorum belluarum indomabilium clauſuris ſolita infelixque felicitas.

Sineſius. Arc. Agap. Iuſt.
Iob. cap. 1.

III.

BENIGNA IN PERLEONIBVS.

CONCORDANTIA.

Beneuolentia aduerſus indigentes Chriſtianæ notitiæ plurimum co ſert

NVm propter D. Gregorij Magni erga ægenos liberalitatem, ac ſollicitudinem, qua manibus proprijs, ſeu verus Chriſti Vicarius ac imitator, ipſis panes frangere ſolitus erat, ſiue potius ob ſimilem prærogatiuam inobili vero Petro de Leone repertam, atque admiratam, vt ſcripſi fol. Gentilitij 1. 195. Aniciana ſoboles tranſierit in Frangipanam, diſputant hiſtorici, quorum oculatiores dum ſecundo id tribuunt, probabilius, vt video, loquuntur. Illud tamen in hoc toti Mundo compertum, talem ac tantam in vtroque beneuolentiam, ac pietatem Chriſtianiſſimam, ac Sereniſſimam Anicianorum Heroum nomini incomparabilis ſplendoris, ac gloriæ augmentum addidiſſe. Ad diuites, Magnateſque, ni fallor, eſt illud propheticum de Frangipanibus, *Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſque induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris*. Charitate iſta nihil ca ius debet eſſe in Principe, qui ad bonæ egregiæque famæ incrementum, vt par eſt, nobiliter inhiat. *Charitas* hæc, teſte Apoſtolo, *operit multitudinem peccatorum*, quaſi ipſa ſit quæ ſceleratum cumulum, vnde Religioſum, ac Chriſtianum nomen valdè labefactatur, ad miraculum abſorbeat, ne eius profectus, ac progreſſus adeò celeriter præped an ur. Bono nomini neque diuitiæ multæ comparandæ. Hæ dum cenſum augnt, *dat cenſus* & auget *honorem*; illud verò tunc ſummè creſcit, cum Princeps *diſpergit*, & dat *pauperibus*; nam ob hanc rem, liberalitati Dei adeo conformem, *iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi*. Nullam felicitatem Princeps meretur, miſerorum neceſſitatum oblitus. Felicitas enim animi compos non eſt ferarum beneficium, ſed hominum. Idem proſſus eſt, vt communiter aſſeritur haud paſcere ægenos, ac eos occidiſſe. Nullus perinde cultus gratus Deo ſine miſericordia, *quandoquidem nec aliud quicquam eſt*, teſte Nazianzeno, *quod Deo magis conueniat*. Pacatus quoque aiebat. *Nullam maiorem crediderim Principum felicitatem, quam feciſſe felicem, & interceſſiſſe inopiæ*. Centuplicato accremento, ſi Euangelio credimus, parua munuſcula, indigentibus exhibita, Procerum gloriam inter mortales extollunt, *Feneratur enim Deo qui miſeretur Pauperis*.

Iſaiæ cap. 58.

Nazianz. orat. 16.

In paneg. ad Theodos.

Prouerb. 9.

IV.

CATHOLICA IN AVSTRIIS.

CONCORDANTIA.

Auſtria Catholica ad myſticæ Hydræ ceruicum obtruncationem ſemper intenta

CATHOLICI Cognomentum & quando Heroibus Auſtriacis haud hæreditarium? Hæreditas iſta, *ſuper aurum, & lapidem precioſum multum* omni exiſtimatio-

matione digna, primum in eiſdem iure Sanguinis, è progenitoribus Aeneidis, Iuliis, Aniciis, Perleonibus, Francipanibus, Habsburgienſibus deriuantis; mox vero ex ſancto, ac coniugali fœdere Philippi I. cum Ioanna Aragonia, Ferdinandi Catholici Regis, & Iſabellæ Reginæ filia, & hærede. O ſanè ſuper omnem temporaneam felicitatem feliciſſima adeptio, non armorum vi, per quam fides, & Pietas longè aberrant, & iniuſtè acquiſita, ſed Sacramentali robore pacificè expugnata, & capta. Non ambitioſa tyrannide poſſeſſa, ac inde depreſſa, ſed Chriſtiana Pietate, quæ adhuc leui oneri, ſuaui iugo ingenuè ſuos populos vincit, deuicta. Non Macchiauellica directione retenta, ſed Catholica prudentia recta. Vis ſcire qualia Auſtriæ ſobolis pignora! Audi Summum Pontificem Innocentium X. in ſuis litteris Apoſtolicis ad Annam Medicæam Archiducem Oenipontanam ſuperſtitem, iam tunc pregnantem ann. 1654. mihi eius Theologo, concionatori, ſacellano, & à ſecretis conſcientiæ ab eadem traditis, In eis hæc inter alia. *Nos nobilitatis tuæ partum in Auguſto illo thalamo inclytæ domus Auſtriacæ, in qua progigni ſolent propugnatores fidei, & domitores impietatis, fauſtum feliceemque à Domino ex intimo corde precamur &c.* Prolem Herculeam, Deo caram, Romanæ Eccleſiæ dilectam, Imperio Orthodoxo, ac etherodoxo pariter (quod ſine Auſtriæ propugnatione ferream Turcarum virgam, vt ſimul & cum hæreſum onere magis ac magis premeretur, vndique ſentiret) Auguſti Auſtriacæ gentis Thalami in dies pariunt. Illam, inquam, prolem, quæ tum fortiſſimæ fidei ferro, tum diuino immaculatæ Religionis igne hoſtium Chriſti ceruices multiplices quotidiano certamine obtruncat, Quæque tam crebro labore deſudat, ne in maximam Apoſtolicæ Sedis iacturam, ac deplorabilem depopulationem, ad quam tot tantique hoſtes vndique inhiant, formidabilis eorum Hydra monſtroſè ſoboleſcat, ac proinde indomabilis, & inuincibilis fiat. Igitur dum Auſtria Domus in Rege Italo multa cum Maieſtate radicaliter preeſt: dum in Troianorum Regum Sanguine multo cum robore hoſtilitati opponitur. Dum in regia Aneæ proſapia multa cum Pietate, ac gloria propagatur: Dum in Itala Gente multa cum felicitate ſoboleſcit, dum inter Anicianos Heroas inuicta ſummis virtutibus, ac meritis floret: dum cum ſuis Perleonibus, ac Francipanibus potentetiſſima benignitate imperat, miſeratione excellit: dum tandem Habsburgica effecta in toto terrarum Orbe Catholica Religione vnica facta eſt, viuat perenniter & pro totius terrarum orbis bono viuat. Vincat feliciter & pro plena Eccleſiæ Romanæ, & Imperij Germanici libertate vincat.

Vide etiam ſuprà fol. 294. & alibi.

LATVS SINISTRVM.

I.

SAGAX IN FRANCO
CONCORDANTIA

Sagacitas, omni laude digna ſinceriſſima quidem conſiliatrix.

COmmendatâ in Protoplaſto Francione, ſeu Franco pro nouo Regno condendo ſolertiâ, ac prudentia, equidem nonniſi conſilia iuſta, & vtilia, ac candidis calculis firmata principio edita eſſe credendum. Principis ſtudium, acquirendi veram gloriam falſis virtutibus, nonne ſuperuacaneum, ac ridiculum? Qui libentius Macchiauello, quam Euangelio fidem preſtant, nonne & ipſi maledictionum ſeminarium, vbi præſunt, euadunt? *Deus*, inquit Rex ille patientiſſimus, *propter peccata populi regna-*

Iob. c. 34.

regnore facit hypocritam. Cuilibet regimini ſub tali patrono vera affert Sidonius his verbis. *Videbis illic & oculos Argi, & manus Briarei, & Sphingarum vngues, & periura Laomedontis, & Vliſſis argutias, & Simonis fallacias, & fidem Polymneſtoris, & pietatem Pigmalionis &c.* Veræ ac Chriſtianæ prudentiæ iura, & præcepta honeſtam, laudabilemque calliditatem probato Principi cum Magno Baſilio conſulunt. Vbi in peragendis negotijs, conſilijſque congregandis *pudor impudentem celat audacem quies, pietas nefandum, vera fallaces probant, ſuadentque molles dura &c.* nil aliud auditur, quam illud axioma Sigiſmundi, ſeu Friderici, quod in aulis omnibus valdè frequens eſt, ac carum, *Neſcit regnare qui neſcit diſſimulare*. Athenienſes Temiſtocli, ſuadenti deberi igne conſumi, (temporis opportunitate id eis perbelle conſulente) naualem hoſtium Spartanorum claſſem, reſponderunt, teſte Tullio *Quod cum honeſtum non eſſet, id neque vtile quidem putarent*. Exterminanda à bonis Principibus hæc fraudolenta conſiliatrix, qua Conſtantius Cæſar vt pius appareret, ac veluti Lupus, ouina pelle contectus, Catholichiſmum deſtrueret, oueſque Chriſti immaniter deuoraret, delubra innumera Arianis erigere affectabat. Vnde merito D. Hilarius, *Pugnamus contra perſecutorem fallentem, contra hoſtem blandientem, contra Conſtantium Antichriſtum*.

Sidonius.

D. Baſil.

Sen. in Hipol.

Cicer. lib. 2. de off.

S Hil. in Conſtant. Cæſarem.

II.

FORTVNATA IN MEROVEIS.

CONCORDANTIA.

Fortunata, felixque poſteritas nonniſi ex fortunata fide.

ET quæ, qualis, quanta hæc fortunata fides, vnde auſpicato germine fortunata, felixque ſtirpium, ſobolumque propagatio? Reſpondeat breui Magnus ille *Clodoueus*, prior in hac familia Chriſtianus, qui Merouei Regis nepos ex filio Childerico 1. omnis virtutis, & iuſtitiæ exemplum fuit. Huic Principi Cæli miracula reſponderunt, nunc in percelebri victoria illa de Germanis, quando facto iam voto de recipiendo baptiſmate, ita eum Sanctiſſima coniuge Clotilde ſuadente, ſi ex penè victo, ac profligato, victor, ac profligator euaderet: Nunc in Sancto Criſmate cælitus miſſo, quo adhuc Reges Francorum, ſtrumatum morbo tactu manuum (res vtique admiranda, ac præcipua) certam medelam in dies afferentes, conſecrantur: Nunc demum ſubita in bufonum in lilia aurea mutatione, quæ tunc temporis diuinitus contigit. Bellarminianam theſim haud veram eſſe, ne ambigas. In ea ſic cap. 18. de Notis Eccleſiæ *Vltima nota eſt felicitas temporalis diuinitus ijs collata, qui Eccleſiam defenderunt*. Quique, adde, Clodoueum præfatum, eiuſque inter alios poſteros *Dagobertum* 1. Magni cognomento propter pacis, ac Religionis amorem valdè promeritum, imitati ſunt. De Conſtantino Magno aſſerit D. Auguſt. *Conſtantinum Imperatorem non ſupplicantem Dæmonibus, ſed ipſum verum Deum colentem, tantis terrenis impleuit muneribus, quanta optare nullus auderet. Vniuerſum Orbem Romanus vnus Auguſtus tenuit, & defendit. In adminiſtrandis, & gerendis bellis, victorioſiſſimus fuit. In tyrannis opprimendis per omnia proſperatus eſt. Grandæuus ægritudine, & ſenectute defunctus eſt. Filios imperantes reliquit*. Fortè ſine Clodouei 1. fide, cui vxoris ſuæ Chilperici Regis Burgundiorum filiæ conſtans Pietas plurimum contulit (vir eius Ethnicorum erroribus antea erat irretitus) Merouęorum progenies in ſubiugandam illam Theutonicorum irruptionem, funditus corrueret.

Vide Auct. Geal. 2. citato.

Vide fol. 293 Cent. 1.

D August. lib 5. de Ciuitate cap. 25.

III.

CHRISTIANISSIMA IN CAROLINIS.

CONCORDANTIA.

Chriſtianiſſimi nomenclaturam nonniſi heroica geſta pro Eccleſiæ Romanæ famulatu promeruere.

PIPINVS Breuis, quanto corpore puſillus, tanto animo ac Religione procerus, Caroli Martelli parentis ſui, nec non & Viſigothorum, ac Saracenorum profligatoris eximij; egregia facinora longe admodum excelluit. A S. Antiſtite Bonifacio, Germanorum Apoſtolo (alij à Summo Pontifice Romano Zacharia) conſecratus, totus armiger pro Dei Eccleſia expertus eſt, totus Apoſtolicæ Sedis protector, munificuſque. Longobardorum, (ita à *longis barbis* nuncupatorum) omni in Sedem Apoſtolicam excitata efferitate ab eo magnanimiter depreſſa, Regeque eorum Aſtaulpho exterminato, vt Eccleſiaſticum Imperium, adeo hodie, ne facilè pateret incurſionibus beſtiarum, neceſſarium, amplè, ac ſplendidè augeretur, Rauennatem Exarcatum, multis Ciuitatibus, ac caſtellis locupletem, ipſique Romæ, ad quam regimen mittebat, dominantem; ſummis Pontificibus in perpetuum donauit. *Carolus* eius filius adeo ſtrenuè, adeò Sanctè pro Deo, pro Romana Eccleſia, pro Imperio, pro Francorum Regno, pro totius orbis Chriſtiani libertate ingentes labores impendit, vt non ſolum *Magni* atque *Chriſtianiſſimi* agnomina à Papa Leone III. conſequi meruerit, verum etiam in Germanorum, ac Gallorum faſtibus inter Diuos referri. *Ludouicus Pius* Rex & Imperator, quem Carolus ipſe procreauerat, & quotquot deinceps eundem titulum Chriſtianiſs. nomine, & re ſunt adepti, ab ipſo Progenitore, à quo & eis traſmiſſus fuit, duo potiſſimum didicerunt; alterum deſumptum ex D. Auguſtino, dum ait, *Apud veros Dei cultores etiam illa bella peccata non ſunt, quæ non cupiditate, ſed pacis Studio geruntur, vt mali coherceantur, & boni ſubleuentur*. Alterum, quod nuda cuiuslibet cognomenti nomenclatura, quam eximia facta peperere, in poſtero degenere ambobus pedibus turpiter claudicat, vt propterea regiminis pondus non ſolum ſuſtineri impoſſibile appareat, verum etiam & cum ipſo rectore ſe corruiſſe videatur. De Principatu huiuſcemodi aliquid ſimile protulit Saluianus illis verbis, *Quid eſt aliud Principatus ſine meritorum ſublimitate, niſi honoris titulus ſine homine?*

Vide auct. p. 2. de Sacerdotali Principem, Italiè ſcripto.

D. Auguſt. lib. de verb. Dom.

Salu. Maſſil. lib. 4. de Prou.

IV.

RELIGIOSA IN CAPETIS.

CONCORDANTIA.

Religio firma Eccleſiæ hoſtium Capitibus ſuperba capritia humiliat.

EX animi impetu, ſiue, auctore Voleterrano, *Quia alijs capritia auferre ſolebat*, Hugo Rex *Capetus* vocari ſolitus. Eius poſteri tanto parenti in rebus Religionis nequaquam degeneres ad inimicis Dei ceruices deprimendas omni ſuo impauidi, ac peraſſi-

Voleter. de Hugonis Cap. cognomine.

peraſſidui. Sic *Philippus* I. edoctus ab ea D. Auguſtini doctrina, *Nocendi cupiditas, vel vlciſcendi crudelitas, violentus, & implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi quæ ſunt, ſimilia, hæc ſunt quæ in bello culpantur*, iſta in armis ſuis generosà, ac Sancti Syndereſi ab horrens, Franciciæ nobilitatis *Cruciatam* pro *Terra Sancta* recuperanda conclamari mandauit. Quam Sanctam Terram commodius equidem recuperari hodie, ac facilius poſſet, ſine vlla Perſonarum Eccleſiaſticarum incommoditas, ſi Chriſtiani Principes tantam moram ſemel rumperent, ac religioſa ratio ſubſidia debita miniſtraret, armiſque Venetis, adeo toti Imperio Turcico formidoloſis eſt. Qu'is, viribus ſuis, vt fas eſt, adhererent. Secus factum per abnepotem *Ludouicum* VI. Pinguem, ſub quo pernicioſiſſimæ inter Gallos, & Anglos obortæ contentiones, liteſque. Quo circa Sanctus Abbas Bernardus ad eundem Principem, *Si autem perſiſtitis* (quod abſit) *non acquieſcere ſanis conſilijs, mundi nos ſumus à ſanguine veſtro. Deus non permittet Eccleſiam ſuam ſiue à vobis, ſiue à veſtris diutius conculcari*, Atnepos vero *Ludouicus VII. Pius* (huius exempli *Philippus II.* Auguſtus trinepos, dein minores *Ludouici*, ſcilicet VIII. & IX. ei filius, ac inter Sanctos relatus, nec non & ſucceſſores alij non pauci ſunt ſecuti) vt falſa dogmata, erroreſque, aduerſus Romanam fidem ſuperbè debaccantes, penitus eradicaret, Concilium in Gallia conuocari præcepit: Vrbanum, Paſchalem, Gelaſium, Cæleſtinum Pontifices Maximos debita, ac regia veneratione recepit, Quibus mox pariter & titulorum, & Eccleſiaſticarum immunitatum conſeruationem quam libentiſſimè conceſſit. Idem Rex iter ad Terram Sanctam arripuit, effecitque, vbi etiam tum Templariorum Sancti Ioannis, tum quoque & Equitum Theutonicorum Xenodochia fundauit, impoſito eis onere, vt percrebro exercitio peregrinis tranſitum aduerſus barbarorum, ac Latronum excurſiones tutum redderent. Cum ergo ſtirps Borbonica in primo Rege, è cuius nomine Itala regio noſtra nuncupata, regia granditate è radice ipſa reſplendeat: in Rege Franco tanta ſagacitate emineat: in familia Merouea Regum Seminarium feliciter extet; in ſubole Carolinga plurima Cæſarum ſegete Chriſtianiſſimè abundet; ac denique in ſanguine Capetino ingenua diuturnitate religiosè floreat; præcemur ei vitam, & victoriam. Vitam, qua vincat Dei hoſtes, aduerſus quos debet arma ſua vertere. Victoriam, qua viuat in pace cum Domo Auſtriaca, & inde, toto orbe Chriſtiano in pace compoſito, expectatus ille monſtroſus Geryon appareat, cuius ſolus aſpectus Othmannicam Lunam in ſanguinem vertere poſſit, ac veluti infauſtus Cometes Tyrannidis Orientalis excidium vno temporis momento augurari. Hactenus auctor in ſuo cartaciolo.

D. Auguſt. lib. 22. c. 74. cont. Fauſt.

D. Bernar. ep. 225.

PHI-

PHILOMATHI

Nunc

ALEXANDRI VII. ROM. PON. OP. MAX.

Promiſſa, ac vota,

Pontificiam ad Pacis Generalis tractatus legationem
tunc fungentis.

AGmina Chriſtigenum niſi iuncta ferantur in hoſtem,
Et fera barbaricæ confringant cornua Lunæ,
Huc puras afferre manus, mixtaſque phalangas
Agglomerare decet. Noſtras huc gloria ſummas
O vtinam trahat! & fruſtra ciuilibus armis
Expiet amiſſum per triſtia bella cruorem.
Huc ego ſeu ſit opus Neptunni fluctibus, altâ
Puppe ſedens; ſeu terreſtri certare duello
Vectus equo veniam. Cruce dextra micabit inermis,
Lingua Sacris armata modis pia carmina fundet,
Fortia felices animabo in prælia fratres.
Audiat hæc miſerans Summi Regnator Olympi,
Militumque cohors omnis mea vota ſecundet.

Ita carm. LXXXIII. fol. 179.

QVARE AVCTOR HVIC OPERI, à ſe aſſumpti mutauerit titulum. Vbi mox breuiter etiam de præſentium tabularum appendice, ac intellectu

ANimaduertens fortè Auctor apud Cornelium à Lapide id quod affertur de vocabulo Fortunæ, duo ſibi in mentem venire potuere. Primum, quod antiquitus vana gens, ac ſuperſtitioſa nomine Fortunæ intelligebat quandam Deam, cui olim maximè Vrbs Roma, motibus Ethnicorum implicata delubra quamplurima vanè conſtruxerat, feſta indignè ordinauerat, libamina impiè obtulerat. A qua deceptione, ac cæcitate haud valdè longè abeſt hodierna multorum fatuitas, cuius ſuperuacanea inueſtigatio circa rem hanc aliquid diſtinctum à ſumma atque infallibili Dei prouidentia, cauſis ſecundis ſe accommodante, loco fortunæ & ipſa pariter philoſophatur, ac ſecernit. Secundum, quod, teſte D. Auguſtino apud eundem Cornelium, quodlibet Chriſtianum os, ne dum Religioſum, tali voce, qua ipſam fortunam nuncupamus, debet prorſus abſtinere, vt hoc pacto neque in ipſis vocabulis, per quæ haud raro circa res, ac rerum eſſentias aliqua deceptio, diuinæ ordinationi præiudicalis ſubrepere aſſolet, cum gentibus conueniamus.

Cornel. à Lapidē lib. 1. in Pent. in exordio.

Loco citato.

AVSTRIA PIETAS (cuius omnis felicitas, ſiue Chriſtiana, ac Catholica, ſiue temporanea, locuplexque admodum ipſa vtique ſibi, ac ſuis fors eſt, Deo ita quodam peculiari beneplacito diſponente, atque ordinante) bino illo fortunæ nomine, quo ſibi fortunam, ſuæque fortunatam poſteritati ſeptem vicibus eam nuncupare tenebatur auctor, & ab ipſomet titulo operis tedio afficere legentes, minimè ad gauderet, quemadmodum nec ſimplex hiſtoria, Chriſtianis exemplis plena, quæ ab hiſce fucis aliena, eſſe debet. His igitur ſtimulis eius conſcientia agitata, iſto preſſa grauamine, haud quidem inconſultè delberauit, vnica tituli mutatione ab omni ſcrupulo ſeipſum eximere, ac magis ac magis tam aliorum ingenijs, quam nitori hiſtoriæ, adeo egregiæ, ac ferè toti orbi conſentaneæ arridere. Appendix deinde iactarum tabularum Genealogicarum ipſum aſtrinxit, vt in titulo huius 1. Gentilitij Borbonicam Regum Francorum ſobolem ceu ab eadem radice cum Auſtria prodeuntem commemoraret. Hinc facies illa fol. 65. ad Excurſum 1. *Pietas Auſtriaca ſibi*, &c. omnino delenda. & loco eius altera iam mutanda & fol. 56. inſcribenda, adeo vt titulo Frontiſpicij reſpondeat, apponenda.

Mutatio tituli in omni opere Auſtriaco vnde in auctore exorta.

De harum autem tabularum appendice, ſeu additione, quarum primam propter rationem prædictam addere autor diſpoſuerat 2. Gentil. citato, non eſt vt multum hic immoret. Sufficit enim ſi dicam, quod capta occaſione, & ſi nimis tardè, à cenſura Romæ contra ſe facta, quam perdoctus ac nobilis vir, Lubianæ Antiſtes Imperijque Princeps ſibi miſerat, ſicut auctor ibidem fatetur, vt eidem deinde per apologiam reſponderet, tardum quoque tempus & ſibi conceſſum. Cum vero alijs iam perueſtigatis monumentis, & quidem vetuſtioribus, aliam itidem viam adinuenerit ex ipſamet doctrina Bucelinica, ad huius retundendam iactantiam, priorem tabulam lineauit, in qua omninò reſoluit Auſtriacum genus altius repetere, ac probabilitatem de Gente Auſtriaca, è ſtirpe Faramundica emerſa, non amplius magni facere, quinimò & penitus refellere, ac demum oſtendere in gratiam curioſorum ingeniorum, & in figmentorum Bucelinorum expugnationem, Auſtriorum Proſapiam radicitus eſſe vnam, eandemque cum Borbonica; nec aliunde vtramque erupiſſe, quam ab Itala Gente, totum terrarum orbem ab exordio Regni eius, quem Noemus Patriarcha ante confuſionem linguarum fundauerat, nobilibus familijs, per ſuas colonias diſtributis adimplente. Verum cum melius, ac commodius auctori videretur (relictis ibidem ijs, quæ ſcripſit prout nunc ſunt, & leguntur in 2. Gentilitio citato) addere in priori hoc

Punctum II.

Vide 16. fol. 116. & ſequ.

Italiæ regnum à Noe fundatum veluti in toto terrarum Orbe illuſtriū familiarium Seminariū. Vide Gent. 2. cit.

hoc Gentilitio principem tabulam, etiam & alteram emendatiorem ſimul dare operæ pretium eſſe decreuit.

In ſecunda hac tabula non ſolum digniorem locum, hoc eſt dextrum, omnibus familijs, quæ pertinent ad Auſtriacam gentem, temporis, ſanguinis ac dignitatis iure aſſignauit; verum etiam & Æneæ, ac Iulij Cæſaris ſtirpi ſuos poſteros, ſeruata propinquius generationum ſerie, quam tunc temporis præ manibus habere non potuit, è priſcorum Romanorum monumentis attribuit. Diſcrimen tamen inter vtramque horum ſtirpem in eo apparet, quod vbi in priori Rex Æneas radix eſt, in poſteriori deinde Iulius Cæſar eſt ramus vltimus, ex quo nullum aliud germen prodijſſe in linea maſculina apud omnibus compertum; quamuis probabiliter alij demonſtrent, remanſiſſe ex Iuliorum gente aliquot poſteros, eam propagantes tranſuerſali tramite. Teſtatur Auctor tum in libro ſuo Italico in folio, Antuerpiæ impreſſo, tum in Gentilitio hoc, & alibi pluries in ſuis ſcriptis, prælo datis. Vtramque ſtirpem, ſcilicet Æneæ, ac Iulij Cæſaris deſumpſit, vt video, ex opere, collecto à varijs hiſtoriæ Romanæ ſcriptoribus veteribus, recenſioribus per Eliam Reuſnerum Leorinum Sileſium, ac Francofurdi anno 1589. cum S. C. M. priuilegio in folio typis demandato. Eius inſcriptio ΓΕΝΕΑΛΟΓΙΚΟΝ *Romanum de familijs præcipuis Regum, Principum, Cæſarum, Imperatorum, Conſulum. Item aliorumque Magiſtratuum, ac Procerum Imperij Romani ab V. C. vſque ad hæc tempora præſentia*. Quæ continentur in toto volumine familiæ, hæ ſunt.

Vide Profa. 3. conſiderat. 3. opin. 1. fol. 139. & ſequ.

I. Regum Romanorum.
II. Coſſ. Romanorum.
III. Impp. Orbis Romani, ſiue Italorum.
IV. Impp. Bizantinorum & Græcorum.
V. Impp. Turcicorum.
VI. Impp. Germanicorum.

In priori parte Principem locum tenet Romuli ſtirpis, cuius hæc eſt lineatio:

FAMILIA ROMVLEA

Siue Romuli, primi Regni Romanorum fundatoris, ac Rectoris, è claro Regis Æneæ ſtemmate propagata.

Ex Elia Reuſn. cit. fol. 1.
Verum & paterna Romuli familia Æneidarum fuerit, quæſt. eſt.

ÆNeas Anchiſæ fil. ad quem materna Romuli proſapia (incerto ſiquidem patre natus eſt) refertur, floruit inter Regni Troiani Principes: cuius interitum iam imminentem proſpiciens, cum patre alijſque ſocijs fuga ſibi conſuluit: varijſque terrarum plagis peragratis, in Latium, quod eſt pars Italiæ, tandem traiecit ad Regem Latinum, à quo finibus donatus, promptam ipſi in bello nauauit operam contra Rutulos. Quo ex animi ſententia confecto, *Lauinam* Latini filiam vxorem duxit, deque eius nomine Lauiniam vrbem condidit. Quæ res bellum ſibi nouum atque exitium conflauit. Etenim Turno coniugium hoc, quod ipſe ſperaſſet, exagitanti odioſius, hoſtiliter occurrens, victoriam quidem de hoſte reportauit, ſed ſocerum in acie amiſit. Triennio elapſo, iterum cum Turno bellum Hetruſcorum auxilijs inſtaurante congreſſus, cum ad noctem vſque dubio marte eſſet pugnatum, ita inter tumultum perijt, vt etiam cadauer ipſius reperiri nequiuerit A. M. 2794. Coniuges Æneæ memorantur duæ, *Creuſa* Priami Troianorum Regis filia, & *Lauinia*.

Euryleon cogn. *Aſcanius*, & *Iulus*, patris fugæ in Latium comes, & in bellis contra Rutulos, & Hetruſcos conſors, & in Regno Latinorum ſucceſſor. Mezentium & Hetruſcos, qui

Æmilia matre Lauinia nata.

Syluius cogn. Poſthumus patre perempto natus in matris exilio, & quidem in Sylua natus ab euentu nomen accepit. Poſt mortem Aſcanij filio eius Iulo in ſucceſſione Regni præ-

lex SALICA | Anſbertus. | ramontanus

ta anno regni

...es Habsburgi. | Gens Anicia.

Albertus Diues Romanus | Anicius Petrus Leo

ex gente Francipane

pro victoribus ſe gerebant, profligauit. Abundante autem Lauinij multitudine, florentem, atque opulentam Vrbem nouercæ reliquit: nouam ipſe aliam ſub Albano monte condens, à ſitu porrectæ in dorſo vrbis Albam Longam appellauit; eoque Regni ſedem collocauit. Fuit autem cum poteſtate annos XXXIIX.

Iulus poſt patris mortem ad regnum aſpirauit: ſed reiectus populi ſuffragio, & Sacerdotij honore remuneratus, cum deinde in poſteritatem ſuam propagauit. Ab hoc conditam, & propagatam gentem *Iuliam*, magno auctorum conſenſu traditur.

prælatus propter matrem Lauiniam: annos ei præfuit vndetriginta. Mortuus A. M. 2862. Ab hoc Albanorum Reges omnes Syluij ſunt dicti.

Aeneas Syluius patris in Latinorum, ſiue Albanorũ regno ſucceſſor, annos id tenuit XXXI.

Brito Albione inſula poſitus, de ſuo nomine eam Britanniam denominauit: Regeſque Britanorum condidit, de quibus alibi.

Latinus Syluius Rex Latinorum A.M.R. 2893. nouis regni incrementis ſtuduit, & colonias aliquot deduxit. Regnauit annos 50.

Alba Syluius fratris in regno Albanorum ſucceſſor A. M. 2944. id tenuit annos XXXIX.

Capetus Syluius quem quidam Atym dicunt regnauit annos XXVI.

Capys Syluius Rex Latinorum cæpit A. M. 3009. vſque ad A. M. 3027. Diuerſus eſt ab eo, quem Stephanus, & Seruius Capuæ conditorem nominant.

Capetus ſiue Calpetus Syluius regnauit a XIII.

Tiberinus Syluius Rex Latinorum anno regni ſui 8. in quadam pugna cæſus, & in Albula ſubmerſus: nomen fluuio dediſſe creditur, vt Tiberis vocaretur.

Agrippa Syluius patri in regno Albanorum ſucceſſit A. M. 3058. cui annis XLI. præfuit.

Alladius ſiue *Aremulus* Syluius Rex Albanorum, tyrannus crudelis, & impius: tonitrua commentus, ſtrepitus, ac fragores edendo fulmineos, vt ciuibus attonitis pro Deo haberetur. Ad extremum diuino iudicio fulmine ictus, matura ſupplicia immatura ætate diſſoluit A. M. 3118. cum annos regnaſſet vndeuiginti.

Auentinus Syluius Rex Latinorum, Auentino Monti nomen dedit ſuo ſepulcro A. M. 3155. fuit cum Imperio annis XXXVII.

Iulius proauus Iuli Proculi, qui cum Romulo commigrauit Romam.

Procas Syluius Albanis ſumma cum poteſtate præfuit annis XXVII. Moriens filijs, Numitori, natu maiori pecunias, Amulio minori regnum reliquit.

Numitor Syluius regni paterni ſucceſſione fratris minoris depulſus: eo perempto, nepotum auxilijs reſtitutus A. M. 3220. morte ſua poſtea, & familiam ſuam, & Regnum Albanum terminauit.

Amulius regnum, quod Numitori fratri propter ætatem debebatur, fraude occupauit A. M. 3178. & ne vindex regni ex fratris genere oriretur, filium eius cęde ſuſtulit: filiam Veſtæ Sacerdotem conſecrauit. A Romulo tandem, & Remo, quos infantes in Tiberi ſummergi iuſſerat, adultis poſtea oppreſſus, vitam ferro amiſit, cum annos regnaſſet XXIV.

Aegeſtus ab Emulio patruo per inſidias ſublatus, culpa facinoris mendacio in latrones translata.

Ilia, ſiue *Rhea* Syluea per ſpeciem honoris Sacerdos Veſtæ ab Amulio lecta, perpetuæque Virginitati deuota: munere eo ad quadriennium perfuncta, dum Sacrorum cauſa in luco Martis aquam puram petit, ſtuprum authore incerto paſſa (nonnulli à Marte eam factam grauidam fingunt) gemellos peperit. Quibus expoſitis, cum ipſa etiam ſupplicio eſſet afficienda, Anthus, filiæ Amulij, præcibus conſeruata, at captiua ad mortem vſque eius detenta, à Romulo tandem liberata eſt. Euſebius tamen, viuam eam ab Amulio defoſſam aſſerit.

Antho domi paternæ cum *Rhea* Syluia enutrita, ad ſtuprum eam ſupplicio crudeli deſtinatam ſua ſolius interceſſione conſeruauit.

Romulus patre (vt ipſe credi voluit) Marte furtiuo concubitu genitus: Amulijque iuſſu cum fratre infans expoſitus, à Fauſtulo regij pecoris magiſtro in ripa fluminis Tyberis repertus, & inter paſtores, ab ipſius vxore Laurentia, quę ob vulgatum corpus Lupa dicta fuit, educatus eſt. Vndè illud eſt, quod à quibuſdam non vulgaris auctoritatis ſcriptoribus traditur, Romulum à *Ruma*, id eſt ab vbere Romum primò, deinde blandiendi cauſa Romulum dictum, quod paruulus, & lactens, vberibuſque Lupæ inhians, ſit inuentus. Ætas vbi accreuit, ſeruiles deſpicatus operas, venationes exercuit, prædonibus ſe hoſtem infeſtum præbuit, vbique oppreſſos fortiter defendit. Remo fratre, qui cum Amulej paſtores contra Numitorianos propugnandos ipſe quoque ſuſceperat, ab his capto, iamque Amulij ſententia Numitori ad ſupplicium dedito, de ſua ſtirpe à Fauſtulo edoctus, & ad vindictam inflammatus, coniuratione facta, cum fratre ex inopinato in arcem irrupit, & Amulio obtruncato, auo Numitori regnum, matri libertatem, & regios honores reſtituit. Auo inde actore coloniæ deducendæ concilium iniens, ac paſtorum, & Albanorum turbam cum fratre ex æquo partitus, orta inter eos, cum diffidentia mutua, æmulatione, nec non de

Remus Spurius, & gemellus cum Romulo natus, & expoſitus: communem altorem Fauſtulum accepit: alimenta Numitore auo clam ſubminiſtrante. Virilem ætatem vbi attigit, captus à predonibus, perductuſque ad Amulium Regē, accuſatur, vt qui Numitoris greges abigere ſolitus ſit. Itaque Numitori traditus, vt ipſe de eo pro arbitrio pęnas ſumeret multis ſermonibus viciſſim habitis, nepos Numitoris agnitus eſt. Protinus ergo cum Romulo & Fauſtulo, qui ſuppetias ipſi laturi aduenerant, in caput Amulij coniuratis, eo obtruncato

de loco contentione (Remuriam namque alter, Pallantium ipſe eligebat) fratre perempto, rem ſolus eſt executus, ciuitatique ac ciuibus Romanis nomen dedit. Vrbis autem fundamenta iecijt, Dionyſio, & Solino auctoribus, ſeptimæ olympiadis anno primo, qui eſt A. M. 3220. poſt excidium Troiæ 432. XI. kal. Maij, die ipſis Palilibus, ſiue Paſtorum Deæ Pali Sacro. Regno poſt hæc exornando & amplificando totius incumbens, Rempub. multis legibus atque inſtituis fundauit, togataque ac militari diſciplina ſtabiliuit: Cæninenſes, Cruſtominos, Antemnates, & Sabinos, filiarum raptum vlciſcens, nec non Camerinos, Fidenates, & Veientes, quos ſpes predæ ad Romanum agrum populſandum incitauerat, bello intra paucos dies deuicit, dirutiſque vrbibus Romam tranſtulit. Templa Ioui Feretrio, ſtatorique votis nuncupatis in Capitolio ritè dedicauit. Poſtremis regni annis propter inſolentiam adeò in odium Senatus venit, vt manibus illorum diſcerptus legatur, ſingulis ſingula fruſta ſinu occultata efferentibus, ne facinoris eius veſtigia extarent, A.M.3256. V.C.37. Nonis Quintilibus, qui dies Nonæ Caprotinæ, quos is ad Capræ paludem exercitum recenſens non comparuerit; item Populi fuga, ob conſternatum repentina Regis morte populum poſtea appellatus eſt. Vixit annos LV. menſes nouem, dies XVI. Eum ſine vxore vitam traduxiſſe, multi ſunt qui ſcribunt. Liuius autem *Erſiliam* Sabinam ſibi deſpondiſſe prodidit, ex eaque ſuſcepiſſe.

cato, auum Numitorem Regem ſalutauit. Ex cuius poſtmodum auctoritate & ſubſidio, cum fratre nouę Vrbis condendæ conſilium capiens, orta inter eos altercatio, ne de loco, in turba ictus cecidit A.M.3220. in Remuria ſepultus.

Primam ab natiuitatis prerogatiua ſic dictam, nuptam (Dionyſio teſte) Hoſto Hoſtilio vero fortiſſimo.

Aolium voce Gręca à ciuium congregatione, poſt Abillium nominatum.

Licet probetur ex hac tabula Iuliorum ſanguinis emerſio per *Iulum*, Euryleonis cognomento *Aſcanij* & Iuli, paterni ſtemmatis propagatorem, progenitum, Aeneæque nepotem, vt ibi eſt; attamen quantum ad Romulum, ipſum ſcilicet ad ſuæ ſtirpis propagatorem minimè deueniſſe, compertum ferè apud omnes. Aſt non omnes negare audent, aliundè & ex alijs poſteris Aeneadam ſobolem nequaquam poſtmodum ad alias familias quam plurimas, mutatis tantum appellationibus, non autem ſanguinis iuribus, perueniſſe, & maximè ad *Iuliam*, ac per hanc quoque ad Aniciam, Perleonam, Francipanam, Habsburgiacam vltimam, Auſtriacam. Legatur auctor locis citatis præſertim in lib. Italico, & in præſenti Gentilitio.

Quod verò attinet ad Iulij Cæſaris familiam, hæc eius erit Tabula.

IVLII CÆSARIS PROSAPIA

Ex eodem auctore Elia Reuſnero.

C. *Iulius* L.F. *Iulus* Coſ. cum C. Pinario Rufo A. V. 264. originem ſuam trahit (auctore *Liuio*, & Dionyſio) ab Iulo Aſcanij F. Aeneæ nepote; cuius maiores Tullus Hoſtilius Rex, Alba diruta, Romam traduxit, & inter Patres cooptauit. Vide fol. 60. vbi de Impp. Romanorũ familijs famil. 1.

C. *Iulius Iulus* Coſ. cum Q. Fabio A.V.271. Xuir LL. ſcribendarum cauſa A.V.302.

Vopiſcus Iulius Iulus Coſ. cum L. Aemelio A. V. 280.

L. *Iulius Iulus* Trib. Mil. Coſ. Pot. A. V. 315. Mag. Eq. A. Poſthumio Dict. A. V. 322. Coſ. cum L. Papiſio A. V. 323.

C. *Iulius Iulus* ter conſulatum geſſit, ſemel cum M. Geganio A. V. 306. bis cum L. Virginio A. V. 318. & ſeq.

L. *Iulius Iulus* Trib. Mil. Conſulari Poteſtate A. V. 350.

L. *Iulius Iulus Trib.* Mil. Coſ. Pot. A. V. 352. & 356.

L. *Iulius Iulus* Trib. Mil. Coſ. Pot. A. V. 375.

L. *Iulius Libo* fuit ſine Magiſtratibus.

L. *Iulius Libo* Coſ. cum L. Atilio A. V. 486. de Sallentinis triũphauit VII. Kal. Febr.

C. *Iulius Iulus* Trib. Mil. Coſ. Pot. annis V. C. 345. & 348. in cenſura mortuus A. V. 361.

C. *Iulius Iulus* Trib. Mil. Coſ. Pot. A. V. 366.

C. *Iulius Iulus* Dict. dictus ob Etruſci belli terrorem vanum A. V. 401.

Sex. Iulius primus appellatur *Cæſar*, à cæſarie, vel ab Elephanto in Africa cæſo, vt Spartiano placet: vel, quod magis vero conſonum eſt, quod ab vtero matris cæſus ſit PR. A. V. 555. Siciliam Prouinciam gubernandam obtinuit.

Sext. *Iulius Cæſar Coſ.* cum L. Aurelio A. V. 596. viramplisſimus, & florentiſſimus.

Sex. Iulius Cæſar Pr. Vrb. A. V. 630.

L. *Iulius Cæſar* nullum geſſit magiſtratum.

C. *Iulius Cæſar Vide ſignum* *

L. *Iulius Cæſar Coſ.* cum P. Rutilio A. V. 663. grauiſſimum geſſit bellum cum ſocijs Latinis. Etenim à Vettone Catone fuſus, & Eſerniam fugatus, ſuorum bis mille deſideratis: vndique collecta manu contra Samnites haud inauſpicato pugnauit, ob quam victoriam Romę ſaga poſita ſunt. Bello tandem ciuili cum alijs multis præcipuæ nobilitatis viris à Marianis eſt peremptus A. V. 666. Vxor *Fuluia* M. Fuluij Flacci Coſ. F.

C. *Iulius* Cæſar Strabo Põtifex, quem de iocis & ſalibus differentem Cicero inducens lib. 2. de orat. & Tuſc. 5. appellat ſpecimen humanitatis ſalis, ſuauitatis, leporis. Aedilicius à Marianis eſt occiſus A. V. 666.

L. *Iulius Cæſar*, *Proq.* fuit Catoni in Africa bello ciuili Cæſareano: Cæſaris iuſſu interfectus A. V. 707.

*

C. *Iulius Sex. F. N. Cæſar* nullo magiſtratu, aut egregio facinore nobilitatus. Vxor *Marcia*.

C. Iu-

C. Iulius Cæſar vir Prætorius Piſis dum manè calciaretur, repentina morte extinctus A.V.670. Vxor *Aurelia* C. Cottę filia.

Iulia vxor C. Martij Arpinaſis Coſ. ſepties.

Sex. Iulius Cæſar Coſ. cum L. Marcio initio belli ſocialis A.V.662.

Sex. Iulius Cæſar inglorius.

Sex. Iul. Cęſar Queſtor Syriam prouinciam obtinuit. Amilitibus ſuis occiſus.

Iulia Maior Vxor M. Atij Balbi Aricini, viri prætorij, auia Octauij Cæſ. Auguſti. Obijt A.V.702.

Iulia Minor Vxor Emilij Lepidi auia Q. Pedij collegę Auguſti, qui Procoſ. de Hiſpania triumphauit III. Id. Oct. A.V.719.

C. *Iulius Cæſar* Pontifex Maximus, per omnium honorum gradus ad conſulatum aſcendit. Inauguratus itaque primum Coſ. A.V.694. leges Agrarias cum maxima contentione inuito Senatu tulit. *Procos* Galliam prouinciam ad decennium ſortitus, omnem Galliam, quæ ſaltu Pyreneo, Alpibuſque, & monte Gebenna, fluminibuſque Rhodano, & Rheno continetur nouem annis ſubegit, parcauitque. Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus, Romanorum ponte fabricato; aggreſſus, maximiſque affecit cladibus. Britannos quoque aggreſſus, ipſis deuictis, pecunias, & obſides imperauit. Deinde cum obtinere non poſſet, vt ſui abſentis in Conſularibus Comitiis haberetur ratio, arma in patriam conuertit, nemineque reſiſtente, Galliam Ciſalpinam, Picenum, Vmbriam, & Hetruriam occupauit, Pompeiumque Italia expulit, quem breui validiſſimis eius copijs in campis Pharſalicis ſuperatis, funeſtiſſimo prælio profligauit A.V.705. Pompeio fugato, magna inde virtute Ptolemæum ad Alexandriam deleuit, Aegyptum ſubiecit: Pharnacem in Ponto ſuperauit: in Africa cum Pompeianis reliquijs, puta Scipione, Catone, & Rege Iuba, in Hiſpania ad Mundam cum Cneio, & ſextis Pompeij filis, non abſque magno periculo, manus conſeruit. De quibus omnibus debellatis magnificentiſſimè quinos egit triumphos. Bellis ciuilibus omnibus confectis, noui exquiſitiſſimeque à Senatu ipſi decreti ſunt honores, qui eius exitio viam apuerunt. Inuidiæ acceſſit immoderata arrogantia, regiæque appellationis libido. A paucis itaque orta coniuratio, paulatim in plures ſerpſit, adeo vt ſexaginta amplius Senatores in eius mortem conſpirarent; à quibus in Curia Pompeij XXIII. vulneribus confoſſus perijt A.V.709. Idib. Martij. Sic is, qui olim terrarum orbem ciuili ſanguine, nunc curiam Romanam ſuo impleuit ſanguine. Annos vixit L.V. completos cum menſibus octo, & diebus quatuor. Sepultus in campo Martio. Vxores eius memorantur quatuor. Primam *Coſſutiam* familia equeſtri repudiauit. Altera fuit *Cornelia* Cinnæ IV. Coſ. F. tertiæ Pompeiæ Q. Pompeij filiæ, nepti Sullæ dictatoris ſimiliter miſit repudium. Vltima fuit *Calpurnia*, Piſonis F. Concubinas item habuit duas, *Cleopatram* Aegypti, & *Eunoem* Mauritaniæ Reginas.

Iulia ex ſecundo nata connubio, cum Aedilitijs Comitijs Cn. Pompeij Magni, coniugis ſui veſtem cruore conſperſam è campo domum relictam vidiſſet, territa metu, ne qua vis ei eſſet illata, exanimis concidit: partumq; graui corporis dolore eijcere coacta, ſimul experauit A.V.701.

Cæſario ex inceſto concubitu Cleopatræ genitus poſt illius exceſſum ex India reuocatus, & perfidia ſui pędagogi ab Auguſto Cęſare peremptus. Hactenus Elias citatus.

Itaque, vt ex præhabitis in hac tabula apparet, *Iulius Cæſar* ſtirpem ſuam minimè propagauit. Verum ipſam eius ſtirpem haud quaquam penitus extinctam in Orbe fuiſſe neque per Neronem, loquendo de eius eſſe, non autem de dignitate Imperiali, quę in dicto Nerone defecit, neque per alium quempiam, adeo vt laterales rami haud remanſiſſent, oſtendunt monumenta quamplura, à multis ſcriptoribus, quos auctor noſter locis citatis fideliter recenſet, exhibita. Hęc vtique ſufficere poſsunt tum pio ambarum tabularum Genealogicarum explicatione, ac intelligentia, tum pariter & pro

pro omni huius 1. Gentilitijs complemento; in cuius tituli mutatione ſe obligauit Auctor Auſtriæ ſobolis deriuationem ac ſtirpis ſimul & Borbonicæ ex vna eademque radice Itala ac Regia per Italum Hiſpaniarum primo, ac dein Italiæ Regem, oſtendere.

Deducti Gentis Auſtriæ poſtrema ex Rudolpho Cæſare optimo Maximo ære data reperitur præſertim apud Gerardum de Roò in limine ſuæ hiſtoriæ, vbi pariter eius in arbore proprijs imaginibus recta traſuerſaque linea per earum generationes æquè ingenioſè, ac concinnè conſignata eſt gradibus octo ab eodem Rudolpho 1. vſque ad Philippum 1. Maximiliani 1. filius. Additis quoque ſeorſim ad vnamquamque imaginem armis Gentilitijs illius ditionis, quæ ſibi ceſſit. Vates inde, cui nomen Oſuualdus Portinetus I.V.D. hanc eandem Roo arborem Poeſi ſua epica lepidè, ac heroicè commentans, amplectenſque vetuſtiores deriuationes, curioſas quidem, & ingenioſas, & ſi parum veras, quod ſi verè, *ſi & in quantum* concedendæ, totam ſuam cantilenaam, quæ in tres partes ſecari poteſt, vt pars prior conceſſiua priſcarum ſententiarum nuncupari poſſit, poſterior chronologica generationes, & geſta perſequuens euentuſque, poſtrema encomiaſtica, in hunc modum, placens ſibi à Rudolpho Habsburgienſi totam ſuam narrationem incipere, intitulare decreuit.

POEMATION EPICVM PARAPHRASTICVM

In Auſtriacæ Arborem Genealogiæ.

PARS PRIOR

Priſcarum ſententiarum de origine domus Auſtriacæ conceſſiua.

Sic & Eccleſiæ Catholicæ initia, de quibus eſt illud Euang. ſicut granum ſinapis.

AC velut Heſperidum frondentibus eminet hortis
Ceſpitibus teres, ante alias immanior omnes
Arboris vnius ſpecies; Zephyroque repente
Creſcit in immenſum viridantibus vndiq;opaca
Ramis, ac fructus fert luxurioſa rubentes:
Haud ſecus Induperatores, Regeſque Duceſquo
Heroaſque alios virtute, armiſque potentes.
Omnibus in ramis produxit ſurculus olim
Habſpurgenſiacus, quos ſculpta figura recludit.
Et licet à Phrygijs genus hoc detraxerit ortum,
Non tamen iſtius primordia ſumere ſtirpis
Eſt animus, nec ab Auſtraſijs: eſt inclyta proles
Quos Habſpurgenſis produxit ſanguine auito.

PARS POSTERIOR

Genealogica Chronologica

Gradus I. Rudolphus 1 Eius animi, & corporis dotes.

PRIMVS adeſt ergo Habſpurgenſi ſtirpe RVDOLPHVS
Munera doctiloquæ cui ſe explicuere Mineruæ,
Et quem Mercurius donis ornauit opimis:
Religio Attilij, Prudentia auita Catonis,

Aemy-

Aemiliana fides, Fabij Conſtantia, Virtus
Fabricij tollunt ſuper aſtra coruſca RVDOLPHVM.
Sanguineam Mauors quoties quaſſauerat haſtam
Horrendus Galea, clypeique vmbone cruenti,
Intrepidus ſemper diros ſuſcepit in hoſtes.
Bella: Othocarus erit teſtis, quem depulit armis
Auſtriacos ægros vbi Rhetius alluit Iſter.
Victor ab hoſtili ſic tandem clade triumphos
Egit ouans celebres, atque aurea ſecla reduxit.
Credere ſed factis ſe audet quiſquamne ſecundis?
An non quos humiles tollit Rhamuſia, eoſdem
Nunc agit in preceps, aduerſa ſecunda ſequuntur
Auricomus radijs vix lucem Cynthius vnam
Vexerat: en rurſum exoritur nimboſus orion
Naſſouius, mouet ALBERTO dux prelia Martis,
Prelia conſeuit, peditumque equitumq; Phalange
Belligera ALBERTVS ſtipatus, & impiger hoſtem
Spicula torta vibrans, atque alta voce laceſſens
Protriuit, Nemeti qua mœnia celſa bicornis
Aſpera ripa quatit Rheni: quis frigidus hoſtes
Detinuit pauidos horror? quæ cura metuſque?
Anxius? vna ſalus victis eſt vertere terga.
Nec prius abſtinuit (ſtimulos dedit æmula virtus)
Reperit infeſta donec præcordia Adolphi
Cuſpide Naſſouij, imperij quò ſolus habenas
Sumeret excelſas, & pace quieſceret alma.
At vix attigerat fatis ingreſſus iniquis
Limina chara Domus, vix ferre referreque voces
Pignoribus dederat ſors improba: triſtis Erynnis
Neſcio quæ mentem exagitat, pro fraude nepotis
Exuit exuuias indigna morte peremptus,
Hunc ſequitur frater, ſceptrumque Ducale ***RVDOLPHVS***
Accepit, ingenio promptus, fauendus & ore
Armaque quem docuit tractare hoſtilia Mauors.
Hic caſtus caſtas caſta cum virgine tædas
Ottocari nata celebrat, iamque oſſibus imis
Arma animus gliſcit miſcere, ac Marte, togaque
Quærere, quæ nunquam poſt triſtitia funera famam
Præcipitatur aquis lethæis: fata parentum
Subſequitur vinclis exutus corporis. Ehu
Mortem obijt ſecli decus? heu cur gaudia nobis
Inuida Parca rapis? cur licia pollice rumpis
Atropos immitis? Sed quid nam inceſſere verbis
Fata immota iuuat? querulas & promere voces?
Peruia mors cunctis, quicquid nutritur vtroque
Climate: & alba liguſtra cadunt, Phytheotica Tempe
Amittunt flores, quos ſcindit falce canori
Accola Penæi, borroſue per ardua Treuir
Immites placidi iuga debacchata Moſellæ.
Quid referam *Hartmanus* triſtiſſima fata? ſub vndis
Qui miſerè perijt, ſpumans vbi vortice Rhenus
Voluitur aſſiduo, & raptat vi corpora fundo.
Quid luctus Caroli? in cunis mors, quem abſtulit atra
At veluti raro viridi de ſtipite gemma

Victoriæ præcipuæ:

Albertus 1. Rud. 1. primonatus, & Imp.

Occidit Adolphũ Imp. publico marte.

Occiditur à Nepote.

Rudolphus II. eius frater Rex Bohem

Vxor Rud. II.

Obitus valdè immaturus, ac triſtis

Hartmannus frater in Rhenũ ſummergitur.

Carolus infans Hartm. F.

Rudol. III. Alb. 1. fil. Rex Boem.

Degenerat: ſic Cæſarea de ſtirpe *RVROLPHVS*
Marte potens ſtuduit factis extendere famam
Adijcere & titulos titulis. Hic ille RVROLPHVS
Qui viduam ſtabili Boiemi Regis Eliſam

Eius Vxor.

Coniugio ſibi deuinxit, propriamque dicauit.
Hinc ſceptra acquirit, qua rupes Albis opacas

Obitus.

Lambit: at immites multos numerare nepotes
Haud dederant Parcæ rumpendo ſtamina vitæ.
Tota Gibellino cum gliſceret vndique Marte

Henricus Alb. 2. f.

Auſonia, *HENRICVS* Placidus cognomine dictus
Auſtriacas linquens Tyrreni Tybridis oras
Longinquas periit munitus milite forti.
Qui niſi prole carens ſuperum ceſſiſſet ab oris,
Supremi fuerat Laturus culmen honoris.

Otho Henr. frat.

Nequicquam requieſcit *OTHO* Mauortia caſtra
Viſere, bella mouet, bellator bellica ſigna
Belliger in Styriam vertit, Carnoſque iugauit
Armigerumque genus, qua de ſpumantibus vndis
It Drauus impatiens & multo fertilis hydro.
Aurea ſceptra quidem Imperij flagrabat, inanis
Sed redit acta ratis retrò ſtridentibus Euris,

Frid. III. & Leop. II. Othonis filij.

Nec valuit Clarum factis extendere nomen
Auſtriacos vltra tractus, duo pignora linquens
Præpropere ehu nimirum nobis quæ fata tulerunt)
Occidit, occiduo vt lethæa papauera collo.

Leopoldus 1. Alb. Cæſ. Primog.

Naſcitur Alberto *LEOPOLDVS* maxima proles,
Aurea ſiue refers ſecuræ tempora pacis,
Seu memoras belli victricia tela cruenti,
In varios natura dedit quas Dædala dotes
Inclytus vnus habet, Pietas nitet, aurea virtus,
Summaque dexteritas ſæuum vibrare mucronem:
Militiæ vnde decus trucis immortale vocatus,
Indomiti Mauortis honos, & gloria belli.

Fridericus Imper. Alb. 3. fil.

Segnius haud pulcher *FRIDERICVS*, nomine dictus
Belligerum contra Ludouicum ſumpſerat arma,
Per dubios Martis caſus, per tela, per hoſtes

Frider. II. 1. filius.

Irruit intrepidus rutilantia ſpicula torquens.
Præbuit huic facilis Fridericum Amathuſia prolem,
Ferrea quam Clotho (prima vix limina vitæ
Proh dolor ingreditur) lugubri funere merſit:

Gradus III. Albertus ſapiens. Alb. Cæſ. fil.

Nec ſatis, Ottonis quin pignora ſuſtulit ambo.
Progreditur princeps ALBERTVS delphica Laurus
In rebus dubijs, belli que domique trophæis
Emicuit (dictus Sapiens) in vtrumque ſuperbis
Pro patrijs mouet arma focis, ſtagnumque Lemannum
Contudit, & Tiguros: hinc gens Alemanna vocatur
Hic (tantus pietatis amor) ſe addixerat aris.
Aſt vbi adempta fuit fratrum ſine prole caterua,
Vltimus è thalami ſociali coniuge natos

Eius filij

Fridricum, Albertum, Leopoldum: habuitq; Rudolphum,
Poſtremus quorum regni aurea ſceptra tenebat.
Pacis amans Sanctam librauit lancibus æquis
Iuſtitiam; hic nouit, quas tractat Scæuola leges,
Huic Galba ingenium melius, nec ſpurca voluptas;

Nec

Hv
ita
ran
tia a
Eius

Nec Bromius, Paphiæque Deæ maleſana cupido.
Hic noua Regifico ſtruxit certantia Luxu
Templa Deo. Hic largis collegia ſumptibus auxit.
Non ſic Atridæ validum venerantur Achillem,
Nec ſe ita iactauit Tybris Cicerone reuerſo
Suſpicit hunc quantum, gaudetque celebre Lyceum
Littoris Auſtriaci, gelidus quà labitur Iſter.
Nauiget hinc alio mihi fictilis æquore linter
Eximiumque canat LEOPOLDI Phæbus in vmbra
Pieria facinus: peditum qui mænia turmis
Celſa plagæ Heluetiæ cinxit, conamine toto
Pugnauit, tandem occubuit rabido enſe peremptus. — Occubuit in bello Heluetico.
Quid modo *VVILELMVM* & P *FRIDERICVM* Lumina bina.
Clara ſoli Auſtriaci referam, quos extulit alma?
Ad decus eximium virtus in vtrumque paratos.
Nec verò intactus nobis *LEOPOLDVS* abibit — Gradus IV. Leopoldus IV. tertij fol.
Annipotens, meruit qui nomine ferre ſuperbi
Ob factus animi elati, moreſque tumentes.
Naſcitur *ERNESTVS* Leopoldo, ob robora martis
Ferreus: hic ſceptra haud vllius tincta cruore — Gradus V Ernestus Ferreus Leop. IV. fol.
Geſſit: hic Auſtriacam tenuit ſine cæde coronam.
Aſſirios ſi ſic tractaſſet Sardanapalus
Ipſius haud vnquam piceis fornacibus oſſa
Vulcanus torſiſſet atrox: ſique improbus olim
Talia Tarquinius Romanis iura dediſſet
Auſonia nunquam depulſus ab vrbe fuiſſet.
Proximus huic ſe offert *FRIDERICVS* filia ducta. — Frider. v. Erneſti frat.
Anna Ducis Brunſuicenſis, cui bina virilis
Ediderat prægnans clariſſima pignora ſexus.
Marte potens fuerat magis, an probitate, fideque
ALBERTVS? nequeo, fidei Martique cruento — Albertus IV. ac III. filij Alberti II. f.
Iſtius haud vnquam ſuſceptam credo duellum
Pompilij probitas, vitæque modeſtia ſumma
Antonij Marci toto celebratur in Orbe.
Aſt huius quis facta canet? quis clara trophæa
Condignè referet? quis vaſti nauita fluctus
Non timet vndiuagos Neræi findere puppi?
Quis poterit fixis radios Phaetontis ocellis
Vibrantes rutuli rimari? & myſtica Cæli
Scrutari Empyrei? ſic tanto pondere vires
Deficiunt, ac ſerpit humo in ea muſa canendo.
Tanta viro Pietas, Diuum reuerentia tanta
Sacra Palæſtini fana vt Iordanis adiret,
Et rigida Solymæ venerandum in rupe Sepulcrum
Chriſti, vbi non longè ſeptemplicis Oſtia Nili
Per mare cæruleum Pharijs ſpumantibus vndis
Graſſantur. Quinto Regale Boemia ſceptrum
Contulit *ALBERTO*: talamo nexuque iugali
Facto, ſeque ſuas & opes plaga Pannona ſpontè — Albertus V fol. 4. & 2. huius nom. Imper.
Subiecit. Qui Turcarum (ſi fata tuliſſent)
Illaturus erat Mauortia bella Tyranno
Albis, Pannoniæ Rex, Induperator hic anno
Vno factus erat, tantus virtutis alumnus.
Signa *SIGISMVNDVS* victricia portat ab hoſte — Sigiſmundus Frid. V. filius.

Atque glo bis equitum Euganeos prorupit in agros,
Non procul intortis Adleſis qua perfluit vndis,
Hinc, quia difficilis ſobolem Cytherea negarat,
AEMILIVS ſequitur Legati iure; Tyrolis
Alpibus irriguis leges hic condidit almas.

Frid. VI. Erneſti f. Rom. Imp.

Filius Erneſti *FRIDERICVS* ſceptra tenebat
Imperij. Hic placidæ pacis magè tempora amabat,
Prælia quam gladio miſcere cruenta vibranti.
Grandia nulli adeo (ſic fertur) pollice fila
Protraxere Deæ faciles in Neſtoris annos.
Ediderat tres huic ſoboles *LEONORA*, ſed inter

Maximilianus Frider. VI. fol.

Has ſolus vitam degebat MAXIMILIANVS,
Falce truci reliquos demeſſuit improba Clotho.

Alb. VI. Ern. fil.

Progreditur tandem faſtu, luxuque ſuperbus
ALBERTVS, propter ſumptus cognomine dictus
Prodigus effuſos, cui Briſgoiana parenti
Subdere ſe primò non obſtupuere Lycæa.
Quid ſecus? Auctor habet meritum, qui argentea fundens
Munera mnemoſyno Aoniam ditarat alumnam.

Ladislaus Alberti II. Imper. filius R. Boem.
Eius obitus immaturus, de quo auctor fusè, Genul. 2.

Proſilit è Vidua poſt mortem, poſthuma, patris,
Ecce LADISLAVS proles, cum redderet agri
Auſtriaci hic populis leges, & iura ſacrata,
Inſumpſiſſe (decem quam tum geminauerit annos)
Triſte venenata ſimulatur amyſtide funus.
Quis tibi tunc Luctus? gemitus? quis Magdala mentem
Singultus tenuit? Clymene Iouis ignibus actum
Haud tantum ingemuit gnatum, nec Cerylus olim
Fluctibus inglauijs, cuius tu ex omnibus vna
Sponſa habitura thoros fueras caſtiſſima caſtos,
En iacet exanguis: de Lauro facta cupreſſus
Deque thoro rogus eſt: nihil indulgere miſellis
Lachrymulis iuuat, haud Phaeton reuocatus in auras
Æthereas redijt ſuperum de ſtirpe creatus,
Aſtra animum, mundus famam, fert terra cadauer:
Nemo bonus moritur, perdit Rhadamantus iniquos.
Qualis ad auroram radianti luce coruſcans
Phoſphoros auricomæ gratiſſima ſtella Diones
Igniuomum Phœbi præfulgurat ante Phlegontem,
Atque ſuis radijs rutilat, crebriſque fauillis
Inficit arua fretum. Aut veluti Cynoſura refulget
Clarior ante alias ſtellas ſublimis Olympi:

Gradus VII. Maximiliani I. geſta, dotes.

Haud aliter virtute præit de ſanguine natos
Auſtriaco, inter eos & lucet MAXIMILIANVS.
Maximilianus is eſt, quem mænia celſa Rauennæ,
Intrepidus Gallus, Venetum cum plebe Senatus
Euganea, Alba, Sauus, Turcæ, qui ſanguinis vndas

De tumulo Max. Oenip. in Eccleſ. Arcis S. Crucis apud Minores mirãdis ſtatuis circumdato vide auctorẽ ad finem lib. Ital. Antuerpiani in proſis ſup. Poemation D. Antonij de Padua, & alibi.

Chriſticolum ſitiunt, Morini, genteſque repoſtæ
Oceanum ad magnum trepidant, venerantur, honorant.
Maximilianus is eſt, ſtatuas cui mille videre eſt
Erectas: Huic Autolycus, Pauſania'ſ Xerxes,
Auguſtus, Plato, Ariſtogiton, magnuſq; Philippus;
Darius, Iſocrates, Pipinus, Scipio, Cyrus
Magnus Alexander, Titus, centumque Camilli
Et Fabij cedant: cedant præclara trophea

Belli-

Belligeri Alcidis, longè eſt victoria maior
Vincere ſe, atque animi tum dos componere fluctus.
Quid moror? ante prius referam (Litonia pleno
Dum cornu fulget) quot ſydera in axe vagentur;
Quot ſparſim voluat lybicoque in littore arenas
Auſter, dum campos violento turbine verrit.
Quam valeam tenui inſignes perſtringere Laudes
Carmine. Nam ſi plura canam, ſi plurima dicam,
Plura tamen cantanda mihi, & maiora ſuperſunt,
Vſque adeo ſua laus mea vilia carmina vincit.
Aſt velut Æneas, Troiæ qui primus ab oris
Italiam venit multum iactatus & alto,
Et terris, multumque tulit fortiſſimus armis,
Vt poſſit genitor Romanam condere gentem,
Et placida tandem compoſtus pace quieſcat.
Sic caſus dubios perpeſſus Maximilianus
Per Syrtes gradiens, per tedia mille laborum,
Siſteret optato donec ſua carbaſa portu.
Mollibus è cunis FRANCISCVM fata tulerunt
Impia, nil præter luctum, gemitumque reliquit
Regna PHILIPPVS adit, lætuſque potitur iiſdem,
Cæruleis vbi aquis prædiues inundat Iberus.
Sex natura dedit ſoboles, quas Atropos aufert
Hoſtibus infenſi virtute Heroes, & armis
Illuſtres adſunt FERNANDVS, CAROLVS, ambo
Imperij faſces ſumma cum laude tenebant,
Ambo acres animis, armis fulgentibus ambo.
Scit Tybris, Hetruſcus, Lybicum mare nouit, & albis,
Scit Rhodanus, Saxo, ſcit parma, Brabantia, Rhenus
Sardinia, incolæ Hyperborei, Doreſque Tomique.
Hos (veluti Graium Mauortes machina quondam
Edidit) Heroes ſtirps protulit Habſpurgenſis.
Cyprus aractracino gaudet ſudore: Tarentum
Porrum habet; & violas Sarranis competuit aruis.
Auſtriacus profert fructus redolentibus herbis
Luxurioſus ager, patulis queis machina mundi
Veſcitur; extremis Phæbus qua emergitur Indis,
Et Tarteſſiaco ſe rurſus in æquore condit.

Gradus VIII. Philippus 1. Max. 1 filius.
Gradus IX. cuius germina Hiſpania Gradus X. cuius germ. Germanita.
Carolus V Ferd. 1. philippi 1. filij, atq; Impp.

PARS POSTREMA

Encomiaſtiaca, ac pro omni Orbis Othodoxi bono decantata.

AVSTRIA Clara Domus, qua non illuſtrior vlla,
Auſtria clara Domus, Mundi totius aſylum,
Auſtria clara domus, ſolamen, & anchora fida,
Auſtria clara domus. Labyrintho quidquid agendum
Fertur in ambiguo, Thermis alma, & Delphica laurus
Auſtria clara domus, quam nouit Sarmata, Partha,
Menphis, Perſis, Arabs, Babylon, ſacra culmina Synę.
Auſtria clara domus, quam tota Britannia honorat,

Styria, Pannonia, Auſonij, Nabathæaque regna;
Æthiopes, Indi, quæ ſit Domus Auſtria, norunt,
Nec latet Antipodum, quę ſit domus Auſtria, tractus
Brachmanes norunt, quæ ſit Domus Auſtria, norunt
Menapij, Bataui, debellatuſque Sycamber.
Auſtria ſigna Celix cognoſcit, & vltima Thule,
Qua rutilus medio diffunditur æquore Cymber,
Orbeque ſemotæ reſonant in fluctibus altis
Orchades, Arctoumque ferens vaga ſuccina littus.
Et merito: quis enim te non miretur, honorat
Suſpiciat, recolat, ſpectet, veneretur, ametque?
Sed ceſſo Auſtriacas obſcuro inuoluere laudes
Carmine: ſub tua, quæ cernis ſol aureus ortu
Quæque ſub occaſu, ſceptra: hæc veniſſe Deorum
Auguror augurio. Viuat Domus Auſtria, viuat
Soſpes Olympiades Cumæ (haud improba poſco)
Atq; ſenem Nomadum Regem ſuperet Maſiniſſam.
Incautos veluti Nautas Acheloia cantu
Flectit, & in pœnam retrahit: ſic candida virtus
Sacra fides, ſuperum cultus, pietatis auitæ
Relligio Auſtriacum, vt thyrſus, me compulit altum
Findere puppe ſalum: quod ſi ſub gurgite anhelo
Ad ſcopulos cęcos, Syrteſque alliſerit acta
Turbine Sarmatici Cori, Boreſque furentis,
Cogitet inſuetum inſueta ſulcaſſe carina
Nautam veliuoli ſpumantes equoris vndas.

Hic eſt titulus Annal. Roo.

Hactenus Vates ille tricentis his & quinque carminibus ſuper Arborem Genealo-
gicam Roo, cuius Annales rerum belli Domique ab Auſtriacis Habſpurgenſibus à
Rudolpho 1. vſque ad Carolum V. geſtarum, luculento grauique calamo, nec non &
digna quoque lucubratione conſcripti. Reliqua quæ ad completam Genealogiam vſq;
ad hęc noſtra tempora chronologicè deſiderantur, habes lector in hoc eodem Gentili-
tio fol. 275. & ſequ.

Cæterum quod velim, multum mireris inter plurima alia de auctore in hoc ingen-
tis laboris, ac vigiliæ opere Auſtriaco, magno vtique animo ab ipſo aſſumpto, id eſt
præcipuò, puta eius ſinceritatem, honeſtatem, ac conſtantiam, ſollicitudinem, &
deuotionem, fidemque erga Auguſtiſſimam Domum. Nam, vt fertur teſtimonijs fi
dignis, pro omnium rerum, ac materierum impreſſione, quas, inſeruiens Aulæ, vb
ad Sereniſſimorum Archiducum inſtantiam, ſemel & iterum factum, cum merito ſa
lutaris obedientiæ miſſus, integro octennio (nec tamen conciones Archiducales, Qu
drageſimales, aduentuales, nec confeſſiones, aut ſacrificia relinquens) compoſuit, pr
loque tradidit de ſubito, ac conſenſu ſui Principis, vti in dato eius diplomate appare
in nullo vtique circa expenſas, ad duo millia florenorum Germanorum plus min
aſcendentes, erarium camerale aggrauauit. Hinc non mirum ſi maximè exoſus eis f
ri minimè curarit, cum quibus habere pacem nunquam voluit, & ſi propter rem ha
(aliæ quam plurimæ, cuique bono fœdè aduerſæ tacendæ) ingentes ærumnas ſe paſ
rum, prout deinde contigit, coniectaret; quique incredibilem vim faſcinandi Pr
cipes morum vilitate habere experiuntur. Hi ſunt vulpes Sanſonis (aut ſcilicet iræ D
aut inſatiabilis Miniſtrorum auaritiæ, quorum nonnulli, maximè vbi Principes ſe
Lucæ c. 13. plicate ad regimen rerum, ſed potius conſenſiunt eorum manibus totaliter mancip
Vulpi Herodi, de quo Saluator *Itę & dicite vulpi illi* &c. aſsimilantur) alienam m
Matth. 8. Lucæ. 9. ſem accenſis caudarum ſuarum facibus funditus deſtruentes. Vulpes ſunt, quæ paſſ
intra ſecretiora cohortium loca dum aureas *foueas habent*, *Chriſtus* ibi nec *vbi cap*
ſuum reclinet habet. Vulpes ſunt & eo magnę ad nocendum, quò paruulæ ſub quadam
hypocriſi phariſeorum, Chriſti doctrinæ implacabiliter aduerſantium, callidè late

De his

De his vulpeculis epitalamium illud ad Concionatores Eccleſię vt Theodretus aduertit apud Gloſam ordinar. *Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas*. Hæ vulpeculæ, vnde, vt dixi, ſæpenumerò faſcinantur Principes, monſtruoſa quadam metamorphoſi in beſtias aliquot, mortali (etſi ſuaui) toxico repletas tranſmutantur: vt ſubinde cuncta Principum bona animi, corporis, fortunæ, omnia eradicantes genimina, melius, ac liberè deuorent. Hinc illud D.Hieronymi ad Furiam matronam Romanam ac Probi, Romanæ Vrbis Conſulis ſocrum. *Caue nutrices & gerulas, & iſtiuſmodi venenata animalia, quæ de dorſo tuo ſaturari ventrem ſuum cupiunt: non ſuadent quod tibi, ſed quod ſibi proſit.*

Cant.2.

S.Hier.ep.19.lib.2.

DE ARBORE GENEALOGICA

Antiquiſſima, minus antiqua, Neoterica familiæ Borbonicæ, quæ hodie Gallias dominatur.

AVctor noſter Gentilitio altero, ſæpè citato, Gabrieli Bucelino inhærendo, qui Germanus eſt, ac totus Beroſianus, Tritemiuſque totum illud tempus, quo per ſæcula XXX.cum dimidio, & amplius Arbor Regum Francorum vſque huc monſtroſè ſoboleuit, ac dilatata eſt, in quatuor ætates diſtinxit. Incipiens enim ab Antenore, trahenſque generationes omnes vſque ad Clogionem Regem, inde priorem ætatem, & in ea ſtirpem Cimericam, ſeu Sicambram annos 1178.percurrentem,conſtituit fol. 109.& ſequ. In 2.mox ætate ſtatuens Stirpem Meroueam annos 750.ei tribuit fol.112. In 3.vero poſuit fol.123. Carolingam ſobolem an.1.531.co: flatam.Tandem in 4.ætate Capetinam Proſapiam fol.131.ann.adhuc 776.conſtantem,locare placuit.

Auctor Gent. 1.ad 4. ætates reduxit totã Regum Frãc. Geneſim.

Inter illos omnes, qui fauent Alemnanis, Francos, Galloſque Heroas quotquot à ſe ęmerſiſſe ſe iactitantibus, Elias Reusnerius optimæ notæ ſcriptorem eſſe, recenſiores cuncti vnanimiter fatentur. Hic auctor partem illam 2.Operis Genealogic. Catholici hocce titulo inſigniuit. *De familijs Regum, & Principum, aliorumque procerum Orbis Chriſtiani*. STIRPS *CAROLINA*, *quæ ex vetuſtiſſimis Boiariæ Regulis orta, ſtemma produxit illuſtre primorum Impp. Germanorum, Regum Franciæ, Italiæ Bauariæ.à quibus poſt varias fortunæ viciſſitudines prognati Principes Palatini ad Rhenum. S.Rom. Imperij Archidapiſeri. Simerenſes, ad quos hodie hæreditam iure ſeptemuiralis dignitas peruenit. Bipontini, & Veldentiani. Duces vtriuſque Bauariæ. Ex eadem quoque ſtirpe pullularunt præter Reges Galliæ Pipinos ſiue Carolinos, Marchiones Auſtriæ, Comites item Andechiſij, Abuſini, Bogij, Dachunenſes, & alij*. Statim deindè pagina altera texituram de ſtirpe Carolina exordiés, eiuſque figens radicem, hæc habet principiò in titulò. Stirpem Carolinam à primis Boiorum, atque adeò primis Teutonum Regibus ſuam deducere Originem, grauis auctor eſt Ioannes Auentinus, antiquitatis indagator ſtudioſiſſimus: qui Annales de rebus geſtis Boiorum feliciſſimè edidit, eiuſcemodique nobis Regum eorum genealogiam reliquit: Hæc ille cum ſuo Auentino, cum quo pedibus iiſdem Beroſi (veri an ficti ab Annio Viterbienſi Sacri Palatij ex ordine S. Dominici magiſtro) tramitem ſequitur. Itaque in hac linea radicali ponens *Tuiſconem* Moſi proculdubio, vt ipſe ait, Aſcenas Homeri filium, Iapeti nepotem, Noe pronepotem, Germanorum patrem. ac primum eorum Regem, tranſit mox Reges plurimos, Principeſque, Heroaſque ſerie Genealigica tum recto, tum tranuerſo ordine inſerens, ad ſuos Manos, Ingeuones, Iſtenas, Marſos, Gambriuouios, Sueuos, Vandalos, Teutones, Alemannos, Noricos Ingeramos, & innumeros alios vſque *Pipinum* Craſſum cognomine, Brabantiæ Ducem poſtea Regij quoque Palatij in Francia Maiorem. Angili, ſiue Angeſiſi, filij Arnolphi, filij Arnoldi, gnatum. Obijt hic Pipinus A C.714. Tuiſco verò natus in Armenia, & anno poſt cataclyſmum CXXXI.à Noa in Europam miſſus obijt ſexto Imperij Semiramidis anno, qui eſt orbis

Vide Reuſn.par.2: fol.177. & ſequ.

Geneal. radicalis RR.Fran.ex Auct. & Reuſn.

bis ab aquis liberati CCCVII. Regni ſui 176. Ac per conſequens tot Regum, Principumque ſoboles, generationes ac ſucceſſiones in Regno, ac Prouincijs Germanicis tempus valdè longum percurrerunt, ſcilicet anni ni fallor 2912. Nam fundatio regni Tuiſconis, a qua incipiendum, ann. M. poſt diluuium 101. Chriſti Seruatoris ortus iuxta accuratiſſimam Bellarmini Chronol. ann. Orbis conditi 3984. è quibus detractis annis prioris ætatis ante diluuium, quæ durauit ann. 1656. remanent anni 2328. Ex his quoque ablatis annis illis 130. poſt quorum finem cæpit regnum Tuiſconis, remanent 2198. Quibus ſi addas annos 714. (tot enim interponuntur à Chriſto naſcente vſque ad Pipinum extinctum) ſunt omnes 2912. ac totum illud temporis ſpacium, in quo hæc radicalis excurſio perſtitit.

Bell. p. chron 2. Calculatio auctoris.

Hęc radicalis Gen. numerat annos 2912.

Loc. cit. fol. 185.

Lineato deinde ab eodem Elia illuſtri ſtirpis Carolinæ ſtemmate primorum Impp. Germanicorum, à quibus orti Principes Palatini ad Rhenum, & Duces Bauariæ per *Carolum Martellum* Franciæ Ducem, affert poſtea ſtirpem Carolinam pleniorem ab eodem Carolo Martello vſque ad Carolum Caluum Impp. ſtematis Regum Galliç Carolinorum ſiue Pipinorum propagatorem. Regimen Caroli Martelli qui obijt anno 741. durauit annos 27. Carolus autem Caluus tenuit regnum Franciæ vltra annos 37. imperatoriam vero maieſtatem biennio, eius mors 877. Quare hæc graduatio annis 125. calculatur.

fol. 188.

Poſt hæc tribuit Arbori prædictæ ſtirpis Corolinæ Ramos plures. Prior Ramus eſt regum quorundam Italiæ, & Lotharingiæ, quibus caput *Lotharius*, Ludouici Pij primogenitus. Secundus Ramus Regum Galliæ Carolinorum, quorum origo *Carolus Caluus* Ludouici Pij frater. Tertius Ramus Gentis Andecheſiæ per *Rapoldum* ſiue Rathboldum, qui & Rathbotonem Helengardæ, ſiue Helenradæ concubinæ Arnulphi Stiriæ ac Carinthiæ Boiorum Reguli Marchionis. Quartus Ramus eſt Marchionum Auſtriæ per *Eberardum* Arnulphi *Mali* Boiorum Regis filium. Quintus Ramus Comitum Abuſinorum per *Babonem* Babonis ſchirorum Dynaſtæ, prætorio Bauariæ præfecti genitum. Ramus ſextus Comitum Rittenburgiorum per *Rupertum* Babonis Abuſini præfati filium Comitemque Rittenburgium. Ramus ſeptimus Comitum Bogiorum ſiue de Arcu per *Harduicum* eiuſdem Babonis Abuſini filium. Ramus poſtremus in margine fol. 209. nouus dictus, octauum non potui reperire neque in textu, neque in margine, (fortè errauit typographus) eſt Comitum Syluestrum, & Rhenanorum per *Theodoricum*, & *Brunonem* &c. Et ne longius ſermonem protraham, protrahit auctor totam illam tabulam vſque ad fol. 229. finiens in *Gulielmo VI.* Ducæ Bauariæ, & Comite Palatiuo ad Rhenum tunc temporis ſuperſtite &c.

Delineatio minus antiqua Regum Gallorum Arboris illa eſt propriè, quam affert auctor noſter in vtraque tabula, incipiens à Franco Ectoris filio, ac Regni Sicambrorum fundatore. Quamque deinde explicitius profert Gentil. 2. loco cit. in Matrimonio Rudolphi III. cum Blanca Francica. At delinatio, temporibus noſtris proximior, cui truncus Rex Pharamundus, proditur clarè, ac multa cum gratia à Comite Foſchi ſuperſtite Vicentino pluries ibidem ab auctore citato. Prerogatiuæ familiarum arboris huius vtriuſque, ſcilicet non minus nec adeò antiquæ breui in ſequentibus (ſed non omnes) tanguntur, facta comperatione cum eis inter ſe, nec aliunde eas mutuauimus, quam abs tabulis auctoris, quibus radix Italus, Rex Italiæ.

DE DIGNIORIBVS PRÆROGATIVIS,

Quæ tam ex familiarum, ad Auſtriam ſobolem ſpectantium, quam etiam ex earum, quæ ad ſtirpem Borbonicam referuntur magna æquidem claritudine feliciter erumpunt.

MVlta in Philoſophia admirabilia ſunt, & cognitione digna; quia vero nihil homine in rebus corporeis admirabilius, nihil præſtantius, eius vtique excellentiam

etiam cognoſcere & contemplari homine in primis dignum eſt, ſed huius præclari, ac diuini animantis, non modo ad intelligendum, ſed etiam ad agendum nati, conſilia, facta, dicta, hiſtoria potiſſimum memorantur. Hiſtoria, inquam, quæ verè eſt, auctore Tullio, *teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuncia vetuſtatis.* Quippe quæ non vnius alicuius, aut alterius, ſed variarum gentium res geſtas, omniumque propè regum atque populorum facta complectitur; & ex veterum rerum contemplatione periculi expertem doctrinam, vt ille ait, peritiamque comparat: totam denique antiquitatis memoriam eruit, & in conſpectu quodammodo noſtro ponit: exemplis, eandem quæ ſapiunt, ad imitandum, & benè beatéque viuendum innumeris propoſitis. Hiſtoriæ ignoratione omnia tenebris obruta iacent, omnes pueros eſſe, & manere neceſſe eſt: contra verò ipſa non ignorata, per quam diſciplina Africani informatur Cyrus, Alexander eiuſdem Cyri emulatione eruditur, Themiſtoclesque Miltiadis trophæis excitatur, Iulius Cæſar Laudis flagrans ſtudio conquieſcere non patitur, ac denique præſtantiſſimus quiſque præſtantium virorum æmulatione gloriaque inflammatur. Vniuerſa hiſtoria & in ſe ipſa multum habet iucunditatis, atque voluptatis, & in eius partibus delectat præcipuè, atque in ea maximè, teſte Polibio, quæ familiarum illuſtrium origines & progreſſus inquirit, adnotatque ſimulque res eorum geſtas & egregia facinora, ac virtutes quaſi adumbrat, & delineat. Planè enim, ſi Platoni credimus, ineſt in parentum virtute vis quædam admirabilis propagandæ virtutis, & in ſtirpem quaſi deriuandæ.

Quid hiſtoria ex Cicerone.

Igitur hiſtoria nuncia vetuſtatis ſicuti per ſeries genealogicas bona, & mala omnia, virtutes & vitia, temporum curricula & cætera huiuſmodi ſuaptè natura (veritate inſtar genuini ſtropi ſibi propoſita) clarè prodit, ita pariter in agnitionem prærogatiuarum, in ſtirpibus indagandarum venire efficit. Quæ quidem prærogatiuæ deſumendæ 1. ex qualitate Perſonarum, vnde omnis ſtirpium origo patricia, vel plebeia, de præſtabili, vel douitiata radice 2. ex temporis diuturnitate, quam tangit auctor in principi, huius primi Gen. vbi agit de Politica nobilitate. 3. ex viris illuſtribus, qui in ea familia, de qua agitur claruere, titulis, ac virtutibus inſigniti 4. ex dilatatione ſtirpium, vnde alij poſteri alijs ſtirpibus nobilibus legitimè iuncti alibi dignè præfuere, ac ſimul alias haud obſcuri nominis ſoboles plantauere. 5. ex longo ac fæcundo auiti ac maſculini ſanguinis parentum ad filios, vel fratrum, aut nepotum ductu. 6. ex rerum temporalium copia, bono iure acquiſita. 7. ex ſumma tranquillitate in propagandis poſteris, ac ſucceſſoribus, qui nulla violentiæ, ſeu tyrannidis nota accorum acquiſiuere regimina 8. ex Religione, ac Pietate, vnde potiſſimum quælibet eximia prærogatiua neceſſariò expetenda. Hæc, vt puto, relictis multis alijs, ſunt, quæ in orbe terrarum inſignes, laudabiles, mirandas, promeritaſque, vt libris etiam demandentur, familias omnes ex quibus deinde Heroum Geneſeos, prorſus reddunt. His benè, ac iuſtè libratis, poteſt faciliter vnuſquiſq; poſt confectum ſcrutinium, & examen, ſuum iudicium illinc afferre circa familiarum Æneæ, Iuliæ, Aniciæ, Perleoniæ, atque iſtinc, circa Sicambræ, Merouææ, Carolinæ, Capetiuæque omnium ex eadem radice exortarum, prærogatiuas. Vbi tamen ſcopus meus in hoc loco tendat audiat lector, ſi placet.

Vide etiam lib. Ital. Antuerp.

Indagatio prerogatiuarum in ſtirpibus vnde potiſſimum exquirenda.

Omnes prerogatiuæ ab Italo 1. Italiæ Rege vſque ad Æneam ex vna parte, & ad Francum ex alia communes ſunt vtrimque familijs commemoratis. Quotquot in eo ordine radicali inſeruntur viri, cuncti penè regia prærogatiua excellent. Apud Lucidum ſex ſunt Troianorum Reges, vide tomo 2. fol. 162. vbi etiam de origine regni Troianorum ex eodem Lucido.

Prerogatiuæ communes. Reges Troiani.

Viri illuſtres in familia Æneida, ac Iulia, harumque prærogatiuæ haud paucæ, tam ex regali dignitate, quam aliundè ſatis erumpentes, patent ex tabulis ſupra poſitis, & ex pluribus auctoribus, qui eas libris ſuis notauere.

Prærogatiuæ præcipuæ in familia Auſtr.

De prærogatiuis Auicianæ familiæ nihil in præſentibus dicendum, cum auctor in hoc 1. tomo plenè ſcripſerit ſuper idem argumentum, & alibi etiam Italicè, Ita pariter, & Perleonæ ſtirpis prærogatiuæ apud ipſum locis citatis quærendæ.

Vide Excur. 7. per totum & fol. 191.

Poſtremò circa Gentem Habſburgicam Auſtriacam, in cuius centrum tot tantæque præ-

prærogatiuarum dictarum ſobolum, lineæ ſcilicet Italæ, Troianæ, Aeneadæ, Iuliæ, Aniciæ, Perleonæ, vltimò mirandum in modum diriguntur, nonne ipſa veluti ſeminarium quodam ingens, & immenſum ea omnia omnibus pandit, quæ per 8. capita paulò ante commemorata tetigimus? Quæris in eius origine perſonæ primariç, ac fundamentariæ qualitatem? Aſpice quæro in ea cum dignitate Imperatoria innumera egregiarum procerumque virtutum fundamina. Quæris longa ſæculorum inteeualla? Calcula, ſi placet, ab anno Chriſto 1273. quando creatio in Cæſarem Auguſtum Rudolphis Habſpurgienſis contigit, vſque ad præſens æuum, nam ſic habebis annos ferè quadrigentos parum minus.

Quæris virorum illuſtrium Serenitatem, ſiue titulorum radijs, ſiue virtutum luminibus eminenti quadam excellentia fulgentem? Percurre, obſecro, generationes ſingulas, quia non ſine ingēti ſtupore omnia hęc ſparſim in huius familię poſteris varijs præditis virtutibus inuenies. Dignitas Archiducalis, regalis, Imperialis, Monarchica nonne hodie huic familiæ adeo propria videatur, vt Cæſarea ipſa maieſtas ſibi cum cæteris penè hæreditaria? Octo illa carmina Italica Auctoris in ſuo Poemate Epico, cui titulus *Il Santo di Padoua* fol. 231. poſita, quaſi ad miraculum cunctos Principes Auſtrios cum eorum titulis explicuit in hunc modum.

Imp. ex Domo Auſtriaca 15. Monarchæ 4. Reges Vngariæ, & Bohemiæ 10. Archiduces 78.

Due Ridolfi, due Alberti, e Federici,
Vn Carlo quinto, e due Maſſimiliani.
Vn Mattia, vn Leopoldo, eſſi Fenici,
E quattro Ferdinandi almi, e ſourani.
Quattro Filippi Monarchi felici,
Diece Vngari, e Boemi Re Chriſtiani.
Settant'otto Arciduchi, ò morti infanti,
O adulti, e in varij vfficij, ò gran regnanti.

Quantum ad illud de multiplicatione ſtirpium &c. Certè In Genealogia Auſtriaca ſi Mares conſideras & extra Germaniam (de familijs intra Germaniam ſcripſit auctor in hoc 1. Gentilitio vbi de 20. ramis arboris Anicianæ) nonnè ramus ille Philippi 1. vnico matrimonij ligamine (vt cætera ſileam) per quod plures Monarchæ omni Mundo ſpectabiliſſimi prodiere, vti in dies prodeunt, cum veteri Orbe orbem nouum ſola Auſtria Domus copulauit? Si fœminas aſpicis, Luſtra parum Genealogias omnes maritorum Gentil. 2. Auctoris, vt inde admireris quomodo breui tempore Auſtrius ſanguis illuſtriora totius ferè Europæ germina fecundiſſimè irrigauerit. Denique ſi mares iterum ac ſimul fœminas ſpectas, tranſi deinde ad partem poſtremam eiuſdem Gentilitij, nam ibi reperies ex Pallauicino plures 21. graduationes ſuccincto ordine conſcriptas. Et in eis Gothicis Regibus, Caſtellæ ac Legionis Regibus ſupra bientibus, & Aragoniæ, Regibus Nauarræ, ſiue Vaſconum, Regibus Luſitaniæ, ſiue Portugalliæ, Henrico Aucupi, ac ſubinde Imperatoribus Saxoniæ, & Sueuici ſanguinis, Carolo Magno, cuius ſtemma à Regibus Auſtraſiæ, & Francorum deducitur, & à quo Gonzagæ Principes duces, Hugoni Capeto, alijſque Capetinis Galliæ Regibus, Regibus Burgundiæ Regibus Saxoni Angliæ, Imperatoribus Græcis Conſtantinopolitanis, Othonicis III. Magno VVittelſpachio, à quo Electores Bauari ſuperſtites, Regibus Hungariæ, & Boemiæ &c. Auſtria ſobolem affinem eſſe comperies.

De quinto capite iam conſtat, quod curſu ſæculorum penè IV linea Auſtriaca maſculina gradus in Germanico Imperio 12. in Monarchia Hiſpanica 6. peregrina felicitate confecerit, & adhuc conficit plures alios in poſterum, ſuperes dantibus conjectura.

De capite ſequenti ac 6. in ordine habes totum Gentilitium 3. concinnæ vtique ſerie ac nondum ab alijs excogitata elaboratum.

De capite 7. Vide illam Gentilitij 2. concluſionem vbi de quibuſdam arcanis, ac priuilegij præcipuis, Domui Auſtriacæ diuinitus conceſſis.

De capite 8 quod eſt vltimum, hoſtes ipſi profitentur, ab ipſamet experientia in hoc coacti, omnem totius Domus Auſtriacæ felicitatis fundamentum eius Pietatem in Deum, & in Eccleſiam Catholicam Romanam eſſę. In hac re auctor ſatis multus eſt in

omni-

omnibus locis ſuis, nec alia inſcriptione intitulari elegit opus ſuum iſtud, quam ea, in qua ante omnia cognomento *Piiſſima* Domus Auſtriaca ac dein immediatè *Auguſtiſſima* denominatetur.

Percurramus modo breui familias eas, quarum graduationes ad Borbonam ſobolem hodie terminantur. Prior familia *Franco* Sicambrorum Rege pro ſua peculiari radice ad gaudet. Præſupponit auctor veriſimiliter, Francum hunc, de quo loquimur, eodem penè tempore initia genti ſuæ tribuiſſe, quo & ſuæ eiu affinem Aeneam: ita in vtraque tabula, & in 2. Gentil. Anticipaſſe propterea eundem Francum pluribus ſæculis Antenorem, à quo incipiunt genus Cimeriorum, & Sicambrorum nonnulli recentiores, peruetuſtiſſimam Theutonicorum, ac Germanorum Francorumque Originem quam accuratè inueſtigantes; ibidem demonſtrat, ſumendo enumerationem à principio Regni Aeneæ in Latium. Scioſtam quoque ciuilis ſapientiæ partem non modo apud priuatos, ſed multo etiam magis apud Principes, & magiſtratus omnibus temporibus ſummopere fuiſſe. De *Valeriano* 1.

Prærogatiue in ſtirpe Borbona.

Vide etiam de ſtirpe Pharamundana ab Antenore Reuſnerium par. 1. in principio.

Cæſare prædicat Aurelius Victor, eum cum alijs in rebus plurimis, tum etiam in veteribus familijs inquirendis, atque cognoſcendis magnam operam poſuiſſe: quod ante eum feciſſe nouerat *Adrianum* ingenioſiſſimum, atque doctiſſimum Imperatorem. Quorum exemplo Maximilianus 1. Cæſar Auſtriacus maximum quoque hiſtoriæ non cognoſcendæ ſolum, ſed etiam propagandæ ſtudium habuiſſe legitur. Qui & auctor fuit præcipuus priſcas illas, & maximè illuſtres familias Germaniæ paſſim explorandi *Ioanni Stabio*, & *Ladislao Sunthemio*, quorum collectanea poſtea maiore genio ſupplantarunt *Ioannes Cuſpinianus*, & *VVolfgangus* Lazius. Præter hos deſcripſerunt quoque familias illuſtres Germaniæ *Ioannes Auentinus*, *Iacobus Manlius*, *Beatus Rhenanus*, & deinceps *Henricus Ranzouius*, *Dauid Chytræus*, *Reinerus Reineccius*, *Petrus Albinus*, *Hieronymus Henningius*, *Elias Reuſnerus*, & alij. Horum omnium Duces præcipui in hac doctrina Græci, ac Romani, de quibus Pauſanias in Arcadicis, *Stephanus* Genealogias Suidæ, & Hecatæi nominat: & Aceſilai Aeneas tabulas genealogicas, itemque Simonidis Melitettæ libros eiuſdem argumenti tres idem *Suidas* memorat. Apud Romanos inter familiarum ſcriptores M. *Terentius Varro* opere ſuo de familijs Troianis, in quo ſeptingentorum illuſtrium nomina, & imagines inſeruit, auctore Plinio. A quo proximus celebratur *T. Pomponius Atticus*, M. T. Ciceronis familiaris, antiquitatis amator maximus, qui familiarum præcipuarum Originem ſui temporis ita ſubtexuit, vt ex eo clarorum virorum propagines poſſint liquidò cognoſci, ſicut ſcribit de eo Cornelius Nepos. Succeſſit in Attici veſtigia *Hyginus* Auguſti Cæſaris libertus, & M. *Valerius Meſſala* Orator, & hiſtoricus ampliſſimæ familiæ, & dignitatis, qui iam ſenex de familijs volumina aliquot condidit eodem teſte Plinio. Horum opera cum familijs Romanis antiquis, ade que ipſa Vrbe Roma in ruderibus ſepulta ſuperioribus temporibus iterum excitata opera, & ſtudio aliquot clarorum virorum. *In h c c lle* ſunt præcipui *Raphael Volaterranus*, *Fuluius Vrſinus*, *Onuphrius Panuinus*, *Antonius Auguſtinus*, *Ioannes Glandorphius* in ſuo Onomaſtico Romano *Ioannes Roſa*, *Carolus Sigonius*, *Baronius*, *Richardus Streinius*, & alij. De Rege Franco Hectoris filio, Brenni nepote, Vlyſſis pronepote, Laertis abnepote, Adalogerionis ad nepote, Ingeratni trinepote, ac minore Allemanni, cui parens Teuto X. Germanorum Rex, Auus Vandalus, proauus Sueuus abauus Gambriuius, Atauus Marſo, tritauus Herminon genitus ab Iſteuone, filio Ingeuonis, nepote Mani, ac pro nepote Tuiſconis: de Rege inquam Franco habeo apud Eliam citatum vbi de primis Regibus Teutonicis folio 178. hæc præcipua. *Francus* à quo Francones, ſiue Franci, nonus Boiorum Rex, fato ſublatus poſt felicem per 41. annos rei adminiſtrationem A. M. 2829. &c. Imperij Troiani euerſio ex ſupputatione Bellarminiana A. M. 2821. Alij apud Lucidum in tabulis Annalibus temporum 2783. quibus ſi addas annos Regni Regis Franci, complent annos 2824. Vnde iuxta enumerationem Lucidi haud obſcurè fortè colligi poteſt, Francum iſtum eſſe illum Hectoris filium, qui è Troia patria diſcedens cum alijs nobilibus, Regnum ſuum inceperit, Francoſque fundauerit vno vel alio modo, hoc eſt vel ſecun-

Hiſtorici Germani circa doctrinam Genealogicam.

Hiſtorici Græci, & Romani peruetuſti in rebus Genealog. applicati.

Franci Stirps.

De Rege Franco nonnulla.

dum placitum Germanorum , vel ſecundum Gallorum ſententiam.

Cunctas Prærogatiuas , quas tam Gens Sicambra , quam Merouea , Carolina, Capeta , vnde & Borbona , cuius inceptio ſub iſta nomenclatura pauca luſtra percurrit , Regias , Cæſareas , & aliarum dignitatum , Sanguini regio iure debitarum , quinimmò & Sanctas , continet , omnes reperies , (in Domo Auſtriaca maſculina nullus Sanctus , vide Auctor. 2. Gentil. loc. citat. in fine ; ſed neque in Borbona , vt ſic) quidem innumerabiles , prædicabiles , memorabiles apud plures ſcriptores . Verum Auſtriacæ Domui circa hæc maximè , puta Religionem Catolicam , ac Pietatem Chriſtianam , dignitatem Archiducalem , & Imperialem , rerumque temporalium copiam , vel nulli ad huc cedit , vel vnica in toto orbe eſt , vel nec vna ſola adhuc reperitur , quæ ei comparari poſſit. Vide etiam nonnullos apud auctorem in hoc propoſito ad finem Gentilitij. 3.

In domo Auſtriaca maſculina nullus Sanctus Vide auct. 2. Gent loco cit. in fine. Sed neque in Borbona, vt ſic.

Finis totius Appendicis.

EPILO-

EPILOGVS

Totius Gentilitij huius.

ISTius prioris voluminis conflatio omnis quadrifariè ſumi poteſt. Primo ab eius initijs vſque ad inceptionem Excurſuum, qui ſunt numero XI. vnde pars prior argumenti propoſiti dę Auſtria Gente exordium ſumit ibi fol. 65. Secundo à principio Excurſuum vſque ad Genealogiam cronologicam ibi fol. 254. Tertiò à principio Chronologiæ vſque ad hanc noſtram Appendicem, quę altera nuncupatur reſpectu prioris ad fol. 286. additæ ab auctore, pro Domo Auſtriaca tantum: hæc vero ad vtramque, hoc eſt & ad Auſtriacam, & ad Borbonicam ſimul ſpectat. Quartò ab hac noſtra Appendice vſque ad eius finem.

Tres priores diuiſiones ea omnia continent, quę in elencho auctoris folio 51. ſunt adnotata. Poſtrema autem, quę eſt veluti ſecunda pars totius materiei, his conſtat.

1. Tabula prior ære ſculpta.
2. Tabulæ prioris explenatio, & caſtigatio.
3. Tabula poſterior typographicè impreſſa.
4. Eius declaratio.
5. Poemation in Arborem Auſtriacam.
6. De Arbore Genealogica antiquiſſima, minus antiqua, Neoterica familiæ Borbonicæ. &c.
7. De dignioribus Prerogatiuis Domorum Auſtriæ, & Borbonicæ.

Tanta ſimilitudo ac paritas inter Pijſſimas, Auguſtiſsimas, Chriſtianiſſimas, Catholicas Proſapias haſce, AVSTRIAM, BORBONIAM, in radice eaſdem, in familijs harmonicas, in prærogatiuis vnicas, ac peregrinas, ex ijſdem prorſus apicibus, quibus conſtant, mirificè apparet. Verum quia nunc circumſonante hinc inde fama *totus Mundus*, paulo ante *in maligno poſitus*, vniuerſæ PACIS benignitate exhilaratus, ac vndequaque in PACE compoſitus, recentique ſanguinis ligamine Hiſpano Gallicanoque ſceptro coniugali fædere pro tecto iungendis ditandus exultat, licet poſtrema & aliud arcanum quadrifarie nouiter ſubijcere. Duo arcana extrema dum alter vtrinque mirandum in modum ſibi mutuò reſpondebunt, media, vnde & integritas conſonantiæ digne erumpit, veluti egregios ad PACIS tractatus nexum in ſubſcripta tabella iurè appoſuimus.

Id profectò auctoris intentioni plurimum arridebit (maximè tamen vbi de Hiſpanico mediatore fit mentio) quippe qui fidei annulo, ex auro, ac gemmis myſticè fabrefacto paucis iam elapſis annis, quodam opuſculum eidem conſecrans, ſinceram tanto Domino ac patrono ſeruitutem profeſſus eſt. Relat. de ſollemni profeſſ. ad fidem Cath. Reg. Chriſt. Oenip impreſſa.

Pacis motiua.	*Generalis Pacis Mediatores*		*Pacis motiua*
DOMVS AVSTRIACA	Domnus Anto-	Dominus Iu-	DOMVS BORBONA.
Anagramma	nius de Pimen-	lius Cardina-	Anagramma
CARA SVM , IVSTA	tel, & Prado—	—lis Mazari.	SVM ORBI , BONA
DO.	*Anagramma*	nus.	DO.
	Os, nuper linés	*Anagramma*	
	Potentum Dia	Si Mundi vi-	
	demata.	ſus, i ordinans	
		clarius alma.	

Bonum eſt ex integra cauſa: extans aliquis auguſtè Orbi, ſi bona dat Orbi, & Orbi carus, & iuſta ei tribuit. Idem vice verſa aſſerendum. Igitur *Charitas*, *Iuſtitia*, *Bonitas* promiſcuè in vtraque Domo, AVSTRIACA, BORBONICA. Binum

Atque glo bis equitum Euganeos prorupit in agros,
Non procul intortis Adleſis qua perfluit vndis,
Hunc, quia difficilis ſobolem Cytherea negarat,
AEMILIVS ſequitur Legati iure; Tyrolis
Alpibus irriguis leges hic condidit almas.

Frid. VI. Erneſti f. Rom. Imp.

Filius Erneſti *FRIDERICVS* ſceptra tenebat
Imperij. Hic placidæ pacis magè tempora amabat,
Prælia quam gladio miſcere cruenta vibranti.
Grandia nulli adeo (ſic fertur) pollice fila
Protraxere Deæ faciles in Neſtoris annos.
Ediderat tres huic ſoboles *LEONORA*, ſed inter

Maximilianus Frider. VI. fol.

Has ſolus vitam degebat MAXIMILIANVS,
Falce truci reliquos demeſſuit improba Clotho.

Alb. VI. Ern. fil.

Progreditur tandem faſtu, luxuque ſuperbus
ALBERTVS, propter ſumptus cognomine dictus
Prodigus effuſos, cui Briſgoiana parenti
Subdere ſe primò non obſtupuere Lycæa.
Quid ſecus? Auctor habet meritum, qui argentea fundens
Munera mnemoſyno Aoniam ditarat alumnam.

Ladislaus Alberti II. Imper. filius R. Boem.
Eius obitus immaturus, de quo auctor fusè, Genial. 2.

Proſilit è Vidua poſt mortem, poſthuma, patris,
Ecce LADISLAVS proles, cum redderet agri
Auſtriaci hic populis leges, & iura ſacrata,
Inſumpſiſſe (decem quam tum geminauerit annos)
Triſte venenata ſimulatur amyſtide funus.
Quis tibi tunc Luctus? gemitus? quis Magdala mentem
Singultus tenuit? Clymene Iouis ignibus actum
Haud tantum ingemuit gnatum, nec Cerylus olim
Fluctibus inglauijs, cuius tu ex omnibus vna
Sponſa habitura thoros fueras caſtiſſima caſtos,
En iacet exanguis: de Lauro facta cupreſſus
Deque thoro rogus eſt: nihil indulgere miſellis
Lachrymulis iuuat, haud Phaeton reuocatus in auras
Æthereas redijt ſupcrum de ſtirpe creatus.
Aſtra animum, mundus famam, fert terra cadauer:
Nemo bonus moritur, perdit Rhadamantus iniquos.
Qualis ad auroram radianti luce coruſcans
Phoſphoros auricomæ gratiſſima ſtella Diones
Igniuomum Phæbi præfulgurat ante Phlegontem,
Atque ſuis radijs rutilat, crebriſque fauillis
Inficit arua fretum. Aut veluti Cynoſura refulget
Clarior ante alias ſtellas ſublimis Olympi:

Gradus VII. Maximiliani 1 geſta, dotes.

Haud aliter virtute præit de ſanguine natos
Auſtriaco, inter eos & lucet MAXIMILIANVS.
Maximilianus is eſt, quem mænia celſa Rauennæ,
Intrepidus Gallus, Venetum cum plebe Senatus
Euganea, Alba, Sauus, Turcæ, qui ſanguinis vndas

De tumulo Max. Oenip. in Eccleſ. Aticâ S. Crucis apud Minores mirãdis ſtatuis circumdato vide auctorẽ ad finem lib. Ital. Antuerpiani in proſis ſup. Poemation D. Antonij de Padua, & alibi.

Chriſticolum ſitiunt, Morini, genteſque repoſtæ
Oceanum ad magnum trepidant, venerantur, honorant.
Maximilianus is eſt, ſtatuas cui mille videre eſt
Erectas: Huic Autolycus, Pauſanias, Xerxes,
Auguſtus, Plato, Ariſtogiton, magnuſq; Philippus;
Darius, Iſocrates, Pipinus, Scipio, Cyrus
Magnus Alexander, Titus, centumque Camilli
Et Fabij cedant: cedant præclara trophea

Belli-

Belligeri Alcidis, longè eſt victoria maior
Vincere ſe,atque animi tumidos componere fluctus.
Quid moror? ante prius referam (Litonia pleno
Dum cornu fulget) quot ſydera in axe vagentur;
Quot ſparſim voluat lybicoque in littore arenas
Auſter, dum campos violento turbine verrit.
Quam valeam tenui inſignes perſtringere Laudes
Carmine. Nam ſi plura canam, ſi plurima dicam,
Plura tamen cantanda mihi,& maiora ſuperſunt,
Vſque adeo ſua laus mea vilia carmina vincit.
Aſt velut Æneas, Troiæ qui primus ab oris
Italiam venit multum iactatus & alto,
Et terris, multumque tulit fortiſſimus armis,
Vt poſſit genitor Romanam condere gentem,
Et placida tandem compoſtus pace quieſcat.
Sic caſus dubios perpeſſus Maximilianus
Per Syrtes gradiens, per tedia mille laborum,
Sisteret optato donec ſua carbaſa portu.
Mollibus è cunis FRANCISCVM fata tulerunt
Impia, nil præter luctum, gemitumque reliquit
Regna PHILIPPVS adit, lætuſque potitur ijſdem,
Cæruleis vbi aquis prædiues inundat Iberus.
Sex natura dedit ſoboles, quas Atropos aufert
Hoſtibus infenſi virtute Heroes, & armis
Illuſtres adſunt FERNANDVS,CAROLVS, ambo
Imperij faſces ſumma cum laude tenebant,
Ambo acres animis, armis fulgentibus ambo.
Scit Tybris,Hetruſcus,Lybicum mare nouit,& albis,
Scit Rhodanus,Saxo,ſcit parma, Brabantia,Rhenus
Sardinia, incolæ Hyperborei, Doreſque Tomique.
Hos(veluti Graium Mauortes machina quondam
Edidit)Heroes ſtirps protulit Habſpurgenſis.
Cyprus aracracino gaudet ſudore: Tarentum
Portum habet; & violas Sarranis competuit aruis.
Auſtriacus profert fructus redolentibus herbis
Luxurioſus ager, patulis queis machina mundi
Veſcitur; extremis Phæbus qua emergitur Indis,
Et Tarteſſiaco ſe rurſus in æquore condit.

Gradus VIII.
Philippus 1. Max. I filius.
Gradus IX
cuius germina Hiſpania Gradus X.
cuius germ. Germanita.
Carolus V Ferd. 1. philippi 1. filij,atq; Impp.

PARS POSTREMA

Encomiaſtiaca, ac pro omni Orbis Othodoxi bono decantata.

AVSTRIA Clara Domus, qua non illuſtrior vlla,
Auſtria clara Domus, Mundi totius aſylum,
Auſtria clara domus, ſolamen, & anchora fida.
Auſtria clara domus. Labyrintho quidquid agendum
Fertur in ambiguo,Thermis alma,& Delphica laurus
Auſtria clara domus, quam nouit Sarmata, Partha,
Menphis,Perſis,Arabs,Babylon,ſacra culmina Synę.
Auſtria clara domus, quam tota Britannia honorat,

Styria, Pannonia, Auſonij, Nabathæaque regna;
Æthiopes, Indi, quæ ſit Domus Auſtria, norunt,
Nec latet Antipodum, quę ſit domus Auſtria, tractus
Brachmanes norunt, quæ ſit Domus Auſtria, norunt
Menapij, Bataui, debellatuſque Sycamber.
Auſtria ſigna Celix cognoſcit, & vltima Thule,
Qua rutilus medio diffunditur æquore Cymber,
Orbeque remotæ reſonant in fluctibus altis
Orchades, Arctoumque ferens vaga ſuccina littus.
Et merito: quis enim te non miretur, honorat
Suſpiciat, recolat, ſpectet, veneretur, ametque?
Sed ceſſo Auſtriacas obſcuro inuoluere laudes
Carmine: ſub tua, quæ cernis ſol aureus ortu
Quæque ſub occaſu, ſceptra: hæc veniſſe Deorum
Auguror augurio. Viuat Domus Auſtria, viuat
Soſpes Olympiades Cumæ (haud improba poſco)
Atq; ſenem Nomadum Regem ſuperet Maſiniſſam.
Incautos veluti Nautas Atheloia cantu
Flectit, & in pœnam tetrahit: ſic candida virtus
Sacra fides, ſuperum cultus, pietatis auitæ
Relligio Auſtriacum, vt thyrſus, me compulit altum
Findere puppe ſalum: quod ſi ſub gurgite anhelo
Ad ſcopulos cęcos, Syrteſque alliſerit acta
Turbine Sarmatici Cori, Boreſque furentis,
Cogitet inſuetum inſueta ſulcaſſe carina
Nautam veliuoli ſpumantes equoris vndas.

Hic eſt titulus Annal. Roo.

Hactenus Vates ille tricentis his & quinque carminibus ſuper Arborem Genealogicam Roo, cuius Annales rerum belli Domique ab Auſtriacis Habſpurgenſibus à Rudolpho 1. vſque ad Carolum V. geſtarum, luculento grauique calamo, nec non & digna quoque lucubratione conſcripti. Reliqua quæ ad completam Genealogiam vſq; ad hęc noſtra tempora chronologicè deſiderantur, habes lector in hoc eodem Gentilitio fol. 275. & ſequ.

Cæterum quod velim, multum mireris inter plurima alia de auctore in hoc ingentis laboris, ac vigiliæ opere Auſtriaco, magno vtique animo ab ipſo aſſumpto, id eſt præcipuò, puta eius ſinceritatem, honeſtatem, ac conſtantiam, ſollicitudinem, & deuotionem, fidemque erga Auguſtiſſimam Domum. Nam, vt fertur teſtimonijs fide dignis, pro omnium rerum, ac materierum impreſſione, quas, inſeruiens Aulæ, vbi ad Sereniſſimorum Archiducum inſtantiam, ſemel & iterum factam, cum merito ſaluiaris obedientiæ nullus, integro octennio (nec tamen conciones Archiducales, Quadrageſimales, aduentuales, nec confeſſiones, aut ſacrificia relinquens) compoſuit, præloque tradidit de lubito, ac conſenſu ſui Principis, vti in dato eius diplomate appatet, in nullo vtique circa expenſas, ad duo millia florenorum Germanorum plus minus aſcendentes, ærarium camerale aggrauauit. Hinc non mirum ſi maximè exoſus eis fieri minimè curarit, cum quibus habere pacem nunquam voluit, & ſi propter rem hanc (aliæ quam plurimæ, cuique bono ſæpè aduerſæ tacendæ) ingentes ærumnas ſe paſſurum, prout deinde contigit, conjectaret; quique incredibilem vim faſcinandi Principes morum vilitate habere experiuntur. Hi ſunt vulpes Sanſonis (aut ſcilicet iræ Dei, aut inſatiabilis Miniſtrorum auaritiæ, quorum nonnulli, maximè vbi Principes ſe applicare ad regimen rerum, ſed potius conſenſiunt eorum manibus totaliter mancipari,

Lucæ c. 13.

Vulpi Herodi, de quo Saluator *Itę & dicite vulpi illi* &c. aſsimilantur) alienam meſſem accenſis caudarum ſuarum facibus funditus deſtruentes. Vulpes ſunt, quæ paſsim

Math. 8.
Lucæ. 9.

intra ſecretiora cohortium loca dum aureas *foueas habent*, *Chriſtus* ibi nec vbi *caput ſuum reclinet habet*. Vulpes ſunt & eo magnę ad nocendum, quò paruulæ ſub quadam hypocriſi phariſeorum, Chriſti doctrinæ implacabiliter aduerſantium, callidè latent.

De his

De his vulpeculis epitalamium illud ad Concionatores Eccleſię vt Theodretus aduertit apud Gloſam ordinar. *Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas*. Hæ vulpeculæ, vnde, vt dixi, ſæpenumerò faſcinantur Principes, monſtruoſa quadam metamorphoſi in beſtias aliquot, mortali (etſi ſuaui) toxico repletas transmutantur: vt ſubinde cuncta Principum bona animi, corporis, fortunæ, omnia eradicantes genimina, melius, ac liberè deuorent. Hinc illud D. Hieronymi ad Furiam matronam Romanam ac Probi, Romanæ Vrbis Conſulis ſocrum. *Caue nutrices & gerulas, & iſtiuſmodi venenata animalia, quæ de dorſo tuo ſaturari ventrem ſuum cupiunt: non ſuadent quod tibi, ſed quod ſibi proſit.* Cant. 2. S. Hier. ep. 19. lib. 2.

DE ARBORE GENEALOGICA

Antiquiſſima, minus antiqua, Neoterica familiæ Borbonicæ, quæ hodie Gallias dominatur.

AVctor noſter Gentilitio altero, ſæpè citato, Gabrieli Bucelino inhærendo, qui Germanus eſt, ac totus Beroſianus, Tritemiuſque totum illud tempus, quo per ſæcula XXX. cum dimidio, & amplius Arbor Regum Francorum vſque huc monſtroſè ſoboleuit, ac dilatata eſt, in quatuor ætates diſtinxit. Incipiens enim ab Antenore, trahenſque generationes omnes vſque ad Clogionem Regem, inde priorem ætatem, & in ea ſtirpem Cimericam, ſeu Sicambram annos 1178. percurrentem, conſtituit fol. 109. & ſequ. In 2. mox ætate ſtatuens Stirpem Meroueam annos 750. ei tribuit fol. 112. In 3. vero poſuit fol. 123. Carolingam ſobolem an. 1.531. co: ſtatam. Tandem in 4. ætate Capetinam Proſapiam fol. 131. ann. adhuc 776. conſtantem, locare placuit. Auctor Gent. 2. ad 4. ætates reduxit totã Regum Frãc. Geneſim.

Inter illos omnes, qui fauent Alemannis, Francos, Galloſque Heroas quotquot à ſe emerſiſſe ſe iactitantibus, Elias Reusnerius optimæ notæ ſcriptorem eſſe, recenſiores cuncti vnanimiter fatentur. Hic auctor partem illam 2. Operis Genealogic. Catholici hocce titulo inſigniuit. *De familiis Regum, & Principum, aliorumque procerum Orbis Chriſtiani*. STIRPS *CAROLINA, quæ ex vetuſtiſſimis Boiariæ Regulis orta, ſtemma produxit illuſtre primorum Impp. Germanorum, Regum Franciæ, Italiæ Bauariæ, à quibus poſt varias fortunæ viciſſitudines prognati Principes Palatini ad Rhenum, S. Rom. Imperij Archidapiferi. Simerenſes, ad quos hodie hæreditam iure ſeptemuiralis dignitas peruenit: Bipontini, & Veldentiani. Duces vtriuſque Bauariæ. Ex eadem quoque ſtirpe pullularunt præter Reges Galliæ Pipinos ſiue Carolinos, Marchiones Auſtriæ, Comites item Andechiſij, Abuſini, Bogij, Dachunenſes, & alij*. Statim deindè pagina altera texituram de ſtirpe Carolina exordiẽs, eiuſque figens radicem, hæc habet principiò in titulò. Stirpem Carolinam à primis Boiorum, atque adeò primis Teutonum Regibus ſuam deducere Originem, grauis auctor eſt Ioannes Auentinus, antiquitatis indagator ſtudioſiſſimus: qui Annales de rebus geſtis Boiorum feliciſſimè edidit, eiuſcemodique nobis Regum eorum genealogiam reliquit. Hæc ille cum ſuo Auentino, cum quo pedibus iiſdem Beroſi (veri an ficti ab Annio Viterbienſi Sacri Palatij ex ordine S. Dominici magiſtro) tramitem ſequitur. Itaque in hac linea radicali ponens *Tuiſconem* Moſi proculdubio, vt ipſe ait, Aſcenas Homeri filium, Iapeti nepotem, Noe pro-nepotem, Germanorum patrem. ac primum eorum Regem, tranſit mox Reges plurimos, Principeſque, Heroaſque ſerie Genealigica tum recto, tum tranuerſo ordine inſerens, ad ſuos Manos, Ingeuones, Iſtenas, Marſos, Gambriuonios, Sueuos, Vandalos, Teutones, Alemannos, Noricos Ingetamos, & innumeros alios vſque *Pipinum* Craſſum cognomine, Brabantiæ Ducem poſtea Regij quoque Palatij in Francia Maiorem. Angili, ſiue Angeſiſi, filij Arnolphi, filij Arnoldi, gnatum. Obijt hic Pipinus A. C. 714. Tuiſco verò natus in Armenia, & anno poſt cataclyſmum CXXXI. à Noa in Europam miſſus obijt ſexto Imperij Semiramidis anno, qui eſt orbis

Vide Reuſn. par. 2. fol. 177. & ſequ.

Geneal. radicalis RR. Fran. ex Auẽt. & Reuſn.

bis ab aquis liberati CCCVII. Regni ſui 176. Ac per conſequens tot Regum, Principumque ſoboles, generationes ac ſucceſſiones in Regno, ac Prouincijs Germanicis tempus valdè longum percurrerunt, ſcilicet anni ni fallor 2912. Nam fundatio regni Tuiſconis, a qua incipiendum, ann. M. poſt dilluuium 101. Chriſti Seruatoris ortus iuxta accuratiſſimam Bellarmini Chronol. ann. Orbis conditi 3984. è quibus detractis annis prioris ætatis ante diluuium, quæ durauit ann. 1656. remanent anni 2328. Ex his quoque ablatis annis illis 130. poſt quorum finem cæpit regnum Tuiſconis, remanent 2198. Quibus ſi addas annos 714. (tot enim interponuntur à Chriſto naſcente vſque ad Pipinum extinctum) ſunt omnes 2912. ac totum illud temporis ſpacium, in quo hæc radicalis excurſio perſtitit.

Bell. p. chron 2. Calculatio auctoris.

Hęc radicalis Genealogia numerat annos 2912.

Loc. cit. fol. 185.

fol. 188.

Lineato deinde ab eodem Elia illuſtri ſtirpis Carolinæ ſtemmate primorum Impp. Germanicorum, à quibus orti Principes Palatini ad Rhenum, & Duces Bauariæ per *Carolum Martellum* Franciæ Ducem, affert poſteà ſtirpem Carolinam pleniorem ab eodem Carolo Martello vſque ad Carolum Caluum Impp. ſtematis Regum Galliç Carolinorum ſiue Pipinorum propagatorem. Regimen Caroli Martelli qui obijt anno 741. durauit annos 27. Carolus autem Caluus tenuit regnum Franciæ vltra annos 37. imperatoriam vero maieſtatem biennio, eius mors 877. Quare hæc graduatio annis 125. calculatur.

Poſt hæc tribuit Arbori prædictæ ſtirpis Corolinæ Ramos plures. Prior Ramus eſt regum quorundam Italiæ, & Lotharingiæ, quibus caput *Lotharius*, Ludouici Pij primogenitus. Secundus Ramus Regum Galliæ Carolinorum, quorum origo *Carolus Caluus* Ludouici Pij frater. Tertius Ramus Gentis Andecheſiæ per *Rapoldum* ſiue Rathboldum, qui & Rathbotonem Helengardæ, ſiue Helenradæ concubinæ Arnulphi Stiriæ ac Carinthiæ Boiorum Reguli Marchionis. Quartus Ramus eſt Marchionum Auſtriæ per *Eberardum* Arnulphi *Mali* Boiorum Regis filium. Quintus Ramus Comitum Abuſinorum per *Babonem* Babonis ſchirorum Dynaſtæ, prætorio Bauariæ præfecti genitum. Ramus ſextus Comitum Rittenburgiorum per *Rupertum* Babonis Abuſini præfati filium Comitemque Rittenburgium. Ramus ſeptimus Comitum Bogiorum ſiue de Arcu per *Harduicum* eiuſdem Babonis Abuſini filium. Ramus poſtremus in margine fol. 209. nouus dictus, octauum non potui reperire neque in textu, neque in margine, (fortè errauit typographus) eſt Comitum Syluestrum, & Rhenanorum per *Theodoricum*, & *Brunonem* &c. Et ne longius ſermonem protraham, protrahit auctor totam illam tabulam vſque ad fol. 229. finiens in *Gulielmo VI.* Ducæ Bauariæ, & Comite Palatiuo ad Rhenum tunc temporis ſuperſtite &c.

Delineatio minus antiqua Regum Gallorum Arboris illa eſt propriè, quam affert auctor noſter in vtraque tabula, incipiens à Franco Ectoris filio, ac Regni Sicambrorum fundatore. Quamque deinde explicitius profert Gentil. 2. loco cit. in Matrimonio Rudolphi III. cum Blanca Francica. At delinatio, temporibus noſtris proximior, cui truncus Rex Pharamundus, proditur clarè, ac multa cum gratia à Comite Foſchi ſuperſtite Vicentino pluries ibidem ab auctore citato. Prerogatiuæ familiarum arboris huius vtriuſque, ſcilicet non minus nec adeò antiquæ breui in ſequentibus (ſed non omnes) tanguntur, facta comperatione cum eis inter ſe, nec aliunde eas mutuauimus, quam abs tabulis auctoris, quibus radix Italus, Rex Italiæ.

DE DIGNIORIBVS PRÆROGATIVIS,

Quæ tam ex familiarum, ad Auſtriam ſbolem ſpectantium, quam etiam ex earum, quæ ad ſtirpem Borbonicam referuntur magna æquidem claritudine feliciter erumpunt.

MVlta in Philoſophia admirabilia ſunt, & cognitione digna; quia vero nihil homine in rebus corporeis admirabilius, nihil præſtantius, eius vtique excellentiam

etiam cognoſcere & contemplari homine in primis dignum eſt, ſed huius præclari, ac diuini animantis, non modo ad intelligendum, ſed etiam ad agendum nati, conſilia, facta, dicta, hiſtoria potiſſimum memorantur. Hiſtoria, inquam, quæ verè eſt, auctore Tullio, *teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuncia vetuſtatis.* Quippe quæ non vnius alicuius, aut alterius, ſed variarum gentium res geſtas, omniumque propè regum atque populorum facta complectitur; & ex veterum rerum contemplatione periculi expertem doctrinam, vt ille ait, peritiamque comparat: totam denique antiquitatis memoriam eruit, & in conſpectu quodammodo noſtro ponit: exemplis, eandem quæ ſapiunt, ad imitandum, & benè beatèque viuendum innumeris propoſitis. Hiſtoriæ ignoratione omnia tenebris obruta iacent, omnes pueros eſſe, & manere neceſſe eſt: contra verò ipſa non ignorata, per quam diſciplina Africani informatur Cyrus, Alexander eiuſdem Cyri emulatione eruditur, Themiſtoclesque Miltiadis trophæis excitatur, Iulius Cæſar Laudis flagrans ſtudio conquieſcere non patitur, ac denique præſtantiſſimus quiſque præſtantium virorum æmulatione gloriaque inflammatur. Vniuerſa hiſtoria & in ſe ipſa multum habet iucunditatis, atque voluptatis, & in eius partibus delectat præcipuè, atque in ea maximè, teſte Polibio, quæ familiarum illuſtrium origines & progreſſus inquirit, adnotatque ſimulque res eorum geſtas & egregia facinora, ac virtutes quaſi adumbrat, & delineat. Planè enim, ſi Platoni credimus, ineſt in parentum virtute vis quædam admirabilis propagandæ virtutis, & in ſtirpem quaſi deriuandæ.

Quid hiſtoria ex Cicerone.

Igitur hiſtoria nuncia vetuſtatis ſicuti per ſeries genealogicas bona, & mala omnia, virtutes & vitia, temporum curricula & cætera huiuſmodi ſuaptè natura (veritate inſtar genuini ſtropi ſibi propoſita) clarè prodit, ita pariter in agnitionem prærogatiuarum, in ſtirpibus indagandarum venire efficit. Quæ quidem prærogatiuæ deſumendæ 1. ex qualitate Perſonarum, vnde omnis ſtirpium origo patricia, vel plebeia, de præſtabili, vel douitiata radice 2. ex temporis diuturnitate, quam tangit auctor in principi, huius primi Gem. vbi agit de Politica nobilitate. 3. ex viris illuſtribus, qui in ea familia, de qua agitur claruere, titulis, ac virtutibus in ſigniti 4. ex dilatatione ſtirpium, vnde alij poſteri alijs ſtirpibus nobilibus legitimè iuncti alibi dignè præfuere, ac ſimul alias haud obſcuri nominis ſoboles plantauere. 5. ex longo ac fæcundo anni ac maſculini ſanguinis parentum ad filios, vel fratrum, aut nepotum ductu. 6. ex rerum temporalium copia, bono iure acquiſita. 7. ex ſumma tranquillitate in propagandis poſteris, ac ſucceſſoribus, qui nulla violentiæ, ſeu tyrannidis nota accorum acquiſiuere regimina 8. ex Religione, ac Pietate, vnde potiſſimum quælibet eximia prærogatiua neceſſariò expetenda. Hæc, vt puto, relictis multis alijs, ſunt, quæ in orbe terrarum inſignes, laudabiles, mirandas, promeritaſque, vt libris etiam demandentur, familias omnes; ex quibus deinde Heroum Geneſeos, prorſus reddunt. His benè, ac iuſtè libratis, poteſt faciliter vnuſquiſq; poſt confectum ſcrutinium, & examen, ſuum iudicium illinc afferre circa familiarum Æneæ, Iuliæ, Aniciæ, Perleoniæ, atque iſtinc circa Sicambræ, Merouææ, Carolinæ, Capetiuæque omnium ex eadem radice exortarum, prærogatiuas. Vbi tamen ſcopus meus in hoc loco tendat audiat lector, ſi placet.

Vide etiam lib. I. tal. Antuerp.

Indagatio prerogatiuarum in ſtirpibus vnde potiſſimum exquirenda.

Omnes prerogatiuæ ab Italo 1. Italiæ Rege vſque ad Æneam ex vna parte, & ad Francum ex alia communes ſunt vtrimque familijs commemoratis. Quotquot in eo ordine radicali inſeruntur viri, cuncti penè regia prærogatiua excellent. Apud Lucidum ſex ſunt Troianorum Reges, vide tomo 2. fol. 162. vbi etiam de origine regni Troianorum ex eodem Lucido.

Prerogatiuæ communes.
Reges Troiani.

Viri illuſtres in familia Æneida, ac Iulia, harumque prærogatiuæ haud paucæ, tam ex regali dignitate, quam aliundè ſatis erumpentes, patent ex tabulis ſupra poſitis, & ex pluribus auctoribus, qui eas libris ſuis notauere.

Prærogatiuæ præcipuæ in familia Auſtr.

De prærogatiuis Auicianæ familiæ nihil in præſentibus dicendum, cum auctor in hoc 1. tomo plenè ſcripſerit ſuper idem argumentum, & alibi etiam Italicè. Ita pariter, & Perleonæ ſtirpis prærogatiuæ apud ipſum locis citatis quærendæ.

Vide Excur. 7. per totum & fol. 198.

Poſtremò circa Gentem Habſburgicam Auſtriacam, in cuius centrum tot tantæque præ-

prærogatiuarum dictarum ſobolum, lineæ ſcilicet Italæ, Troianæ, Aeneadæ, Iuliæ, Aniciæ, Perleonæ, vltimò mirandum in modum diriguntur, nonne ipſa veluti ſeminarium quodam ingens, & immenſum ea omnia omnibus pandit, quæ per 8. capita paulò ante commemorata tetigimus? Quæris in eius origine perſonæ primariç, ac fundamentariæ qualitatem? Aſpice quæro in ea cum dignitate Imperatoria innumera egregiarum procerumque virtutum fundamina. Quæris longa ſæculorum intercualla? Calcula, ſi placet, ab anno Chriſto 1273. quando creatio in Cæſarem Auguſtum Rudolphis Habſpurgienſis contigit, vſque ad præſens æuum, nam ſic habebis annos ferè quadrigentos parum minus.

Quæris virorum illuſtrium Serenitatem, ſiue titulorum radijs, ſiue virtutum luminibus eminenti quadam excellentia fulgentem? Percurre, obſecro, generationes ſingulas, quia non ſine ingẽti ſtupore omnia hec ſparſim in huius familię poſteris varijs præditis virtutibus inuenies. Dignitas Archiducalis, regalis, Imperialis, Monarchica nonnę hodie huic familiæ adeo propria videatur, vt Cæſarea ipſa maieſtas ſibi cum cæteris penè hæreditaria? Octo illa carmina Italica Auctoris in ſuo Poemate Epico, cui titulus *Il Santo di Padona* fol. 231. poſita, quaſi ad miraculum cunctos Principes Auſtrios cum eorum titulis explicuit in hunc modum.

Imp. ex Domo Auſtriaca 15.
Monarchæ 4.
Reges Vngariæ, & Bohemiæ 10.
Archiduces 78.

Due Ridolfi, due Alberti, e Federici,
Vn Carlo quinto, e due Maſſimiliani.
Vn Mattia, vn Leopoldo, eſſi Fenici,
E quattro Ferdinandi almi, e ſourani.
Quattro Filippi Monarchi felici,
Diece Vngari, e Boemi Re Chriſtiani.
Settant'otto Arciduchi, ò morti infanti,
O adulti, e in varij vfficij, ò gran regnanti.

Quantum ad illud de multiplicatione ſtirpium &c. Certè In Genealogia Auſtriaca ſi Mares conſideras & extra Germaniam (de familijs intra Germaniam ſcripſit auctor in hoc 1. Gentilitio vbi de 20. ramis arboris Anicianæ) nonnè ramus ille Philippi 1. vnico matrimonij ligamine (vt cætera ſileam) per quod plures Monarchæ omni Mundo ſpectabiliſſimi prodiere, vti in dies prodeunt, cum veteri Orbe orbem nouum ſola Auſtria Domus copulauit? Si fœminas aſpicis, Luſtra parum Genealogias omnes maritorum Gentil. 2. Auctoris, vt inde admireris quomodo breui tempore Auſtrius ſanguis illuſtriora totius ferè Europæ germina fecundiſſimè irrigauerit. Denique ſi mares iterum ac ſimul fœminas ſpectas, tranſi deinde ad partem poſtremam eiuſdem Gentilitij, nam ibi reperies ex Pallauicino plures 21. graduationes ſuccincto ordine conſcriptas. Et in eis Gothicis Regibus, Caſtellæ ac Legionis Regibus ſupra bientibus, & Aragoniæ, Regibus Nauarræ, ſiue Vaſconum, Regibus Luſitaniæ, ſiue Portugalliæ, Henrico Aucupi, ac ſubinde Imperatoribus Saxoniæ, & Sueuici ſanguinis, Carolo Magno, cuius ſtemma à Regibus Auſtraſiæ, & Francorum deducitur, & à quo Gonzagæ Principes duces, Hugoni Capeto, alijſque Capetinis Galliæ Regibus, Regibus Burgundiæ Regibus Saxoni Angliæ, Imperatoribus Græcis Conſtantinopolitanis, Othonicis III. Magno VVittelſpachio, à quo Electores Bauari ſuperſtites, Regibus Hungariæ, & Boemiæ &c. Auſtria ſobololem affinem eſſe comperies.

De quinto capite iam conſtat, quod curſu ſæculorum penè IV linea Auſtriaca maſculina gradus in Germanico Imperio 12. in Monarchia Hiſpanica 6. peregrina felicitate confecerit, & adhuc conficit plures alios in poſterum, ſuperes dantibus confectura.

De capite ſequenti ac 6. in ordine habes totum Gentilitium 3. concinna vtique ſerie ac nondum ab alijs excogitata elaboratum.

De capite 7. Vide illam Gentilitij 2. concluſionem vbi de quibuſdam arcanis, ac priuilegij præcipuis, Domui Auſtriacæ diuinitus conceſſis.

De capite 8 quod eſt vltimum, hoſtes ipſi profitentur, ab ipſamet experientia in hoc coacti, omnem totius Domus Auſtriacæ felicitatis fundamentum eius Pietatem in Deum, & in Eccleſiam Catholicam Romanam eſſę. In hac re auctor ſatis multus eſt in

omni-

omnibus locis ſuis, nec alia inſcriptione intitulari elegit opus ſuum iſtud, quam ea, in qua ante omnia cognomento *Piiſſima* Domus Auſtriaca ac dein immediatè *Auguſtiſſima* denominaretur.

Prerogatiue in ſtirpe Borbona.

Percurramus modo breui familias eas, quarum graduationes ad Borbonam ſobolem hodie terminantur. Prior familia *Franco* Sicambrorum Rege pro ſua peculiari radice ad gaudet. Præſupponit auctor veriſimiliter, Francum hunc, de quo loquimur, eodem penè tempore initia genti ſuæ tribuiſſe, quo & ſuæ eius affinem Aeneam: ita in vtraque tabula, & in 2. Gentil. Anticipaſſe propterea eundem Francum pluribus ſæculis Antenorem, à quo incipiunt genus Cimeriorum, & Sicambrorum nonnulli recenſiores, peruetuſtiſſimam Theutonicorum, ac Germanorum Francorumque Originem quam accuratè inueſtigantes; ibidem demonſtrat, ſumendo enumerationem à principio Regni Aneæ in Latium. Scioſtam quoque ciuilis ſapientiæ partem non modo apud priuatos, ſed multo etiam magis apud Principes, & magiſtratus omnibus temporibus ſummopere fuiſſe. De *Valeriano* 1.

Vide etiam de ſtirpe Pharamundana ab Antenore Reuſnerium par. 1. in principio.

Cæſare prædicat Aurelius Victor, eum cum alijs in rebus plurimis, tum etiam in veteribus familijs inquirendis, atque cognoſcendis magnam operam poſuiſſe: quod ante eum feciſſe nouerat *Adrianum* ingenioſiſſimum, atque doctiſſimum Imperatorem. Quorum exemplo Maximilianus 1. Cæſar Auſtriacus maximum quoque hiſtoriæ non cognoſcendæ ſolum, ſed etiam propagandæ ſtudium habuiſſe legitur. Qui & auctor fuit præcipuus priſcas illas, & maximè illuſtres familias Germaniæ paſſim explorandi *Ioanni Stabio*, & *Ladiſlao Suntbemio*, quorum collectanea poſtea maiore genio ſupplantarunt *Ioannes Cuſpinianus*, & *VVolſgangus* Lazius. Præter hos deſcripſerunt quoque familias illuſtres Germaniæ *Ioannes Auentinus*, *Iacobus Manlius*, *Beatus Rhenanus*, & deinceps *Henricus Ranzouius*, *Dauid Chytraus*, *Reinerus Reineccius*, *Petrus Albinus*, *Hieronymus Henningius*, *Elias Reuſnerus*, & alij. Horum omnium Duces præcipui in hac doctrina Græci, ac Romani, de quibus Pauſanias in Arcadicis, *Stephanus* Genealogias Suidæ, & Hecatæi nominat: & Aceſilai Aeneas tabulas genealogicas, itemque Simonidis Melitettæ libros eiuſdem argumenti tres idem *Suidas* memorat, Apud Romanos inter familiarum ſcriptores M. *Terentius Varro* opere ſuo de familijs Troianis, in quo ſeptingentorum illuſtrium nomina, & imagines inſeruit, auctore Plinio. A quo proximus celebratur *T. Pomponius Atticus*, M. T. Ciceronis familiaris, antiquitatis amator maximus, qui familiarum præcipuarum Originem ſui temporis ita ſubtexuit, vt ex eo clarorum virorum propagines poſſint liquidò cognoſci, ſicut ſcribit de eo Cornelius Nepos. Succeſſit in Attici veſtigia *Hyginus* Auguſti Cæſaris libertus, & M. *Valerius Meſſala* Orator, & hiſtoricus ampliſſimæ familiæ, & dignitatis, qui iam ſenex de familijs volumina aliquot condidit eodem teſte Plinio. Horum opera cum familijs Romanis antiquis, adeoque ipſa Vrbe Roma in ruderibus ſepulta ſuperioribus temporibus iterum excitata opera, & ſtudio aliquot clarorum virorum. *In hac claſſe* ſunt præcipui *Raphael Volaterranus*, *Fuluius Vrſinus*, *Onuphrius Panuinus*, *Antonius Auguſtinus*, *Ioannes Glandorphius* in ſuo Onomaſtico Romano *Ioannes Roſa*, *Carolus Sigonius*, *Baronius*, *Richardus Streinius*, & alij. De Rege Franco Hectoris filio, Brenni nepote, Vlyſſis pronepote, Laertis abnepote, Adalogeriohis ad nepote, Ingeratni trinepote, ac minore Allemanni, cui parens Teuto X. Germanorum Rex, Auus Vandalus, proauus Sueuus abauus Gambriuius, Atauus Marſo, tritauus Herminon genitus ab Iſteuone, filio Ingeuonis, nepote Mani, ac pronepote Tuiſconis: de Rege inquam Franco habeo apud Eliam citatum vbi de primis Regibus Teutonicis folio 178. hæc præcipua. *Francus* à quo Francones, ſiue Franci, nonus Boiorum Rex, fato ſublatus poſt felicem per 41. annos rei adminiſtrationem A. M. 2829. &c. Imperij Troiani euerſio ex ſupputatione Bellarminiana A. M. 2821. Alij apud Lucidum in tabulis Annalibus temporum 2783. quibus ſi addas annos Regni Regis Franci, complent annos 2824. Vnde iuxta enumerationem Lucidi haud obſcurè fortè colligi poteſt, Francum iſtum eſſe illum Hectoris filium, qui è Troia patria diſcedens cum alijs nobilibus, Regnum ſuum inceperit, Francoſque fundauerit vno vel alio modo, hoc eſt vel ſecun-

Hiſtorici Germanici circa doctrinam Genealogicam.

Hiſtorici Græci, & Romani peruetuſti in rebus Genealo. applicati.

Franci Stirps.

De Regè Franco nonnulla.

E dum

ſdum placitum Germanorum , vel ſecundum Gallorum ſententiam.

Cunctas Prærogatiuas , quas tam Gens Sicambra, quam Merouea , Carolina, Capeta, vnde & Borbona , cuius inceptio ſub iſta nomenclatura pauca luſtra percurrit , Regias, Cæſareas , & aliarum dignitatum , Sanguini regio iure debitarum , quinimmò & Sanctas , continet , omnes reperies , (in Domo Auſtriaca maſculina nullus Sanctus , vide Auctor. 2. Gentil. loc. citat. in fine ; ſed neque in Borbona , vt ſic) quidem innumerabiles , prædicabiles , memorabiles apud plures ſcriptores . Verum Auſtriacæ Domui circa hæc maximè , puta Religionem Catolicam , ac Pietatem Chriſtianam , dignitatem Archiducalem , & Imperialem , rerumque temporalium copiam , vel nulli ad huc cedit , vel vnica in toto orbe eſt , vel nec vna ſola adhuc reperitur , quæ ei comparari poſſit . Vide etiam nonnullos apud auctorem in hoc propoſito ad finem Gentilitij. 3.

In domo Auſtriaca maſculina nullus Sanctus Vide auct. 2. Gent loco cit. in fine. Sed neque in Borbona, vt ſic.

Finis totius Appendicis.

EPILO-

EPILOGVS

Totius Gentilitij huius.

IStius prioris voluminis conflatio omnis quadrifariè ſumi poteſt. Primo ab eius initijs vſque ad inceptionem Excurſuum, qui ſunt numero XI. vnde pars prior argumenti propoſiti de Auſtria Gente exordium ſumit ibi fol. 65. Secundo à principio Excurſuum vſque ad Genealogiam cronologicam ibi fol. 254. Tertiò à principio Chronologiæ vſque ad hanc noſtram Appendicem, quę altera nuncupatur reſpectu prioris ad fol. 286. additæ ab auctore, pro Domo Auſtriaca tantum: hæc vero ad vtramque, hoc eſt & ad Auſtriacam, & ad Borbonicam ſimul ſpectat. Quartò ab hac noſtra Appendice vſque ad eius finem.

Tres priores diuiſiones ea omnia continent, quę in elencho auctoris folio 51. ſunt adnotata. Poſtrema autem, quę eſt veluti ſecunda pars totius materiei, his conſtat.

1. Tabula prior ære ſculpta.
2. Tabulæ prioris explenatio, & caſtigatio.
3. Tabula poſterior typographicè impreſſa.
4. Eius declaratio.
5. Poemation in Arborem Auſtriacam.
6. De Arbore Genealogica antiquiſſima, minus antiqua, Neoterica familiæ Borbonicæ. &c.
7. De dignioribus Prerogatiuis Domorum Auſtriæ, & Borbonicæ.

Tanta ſimilitudo ac paritas inter Pijſſimas, Auguſtiſsimas, Chriſtianiſſimas, Catholicas Proſapias haſce, AVSTRIAM, BORBONIAM, in radice eaſdem, in familijs harmonicas, in prærogatiuis vnicas, ac peregrinas, ex ijſdem prorſus apicibus, quibus conſtant, mirificè apparet. Verum quia nunc circumſonante hinc inde fama *totus Mundus*, paulo ante *in maligno poſitus*, vniuerſæ PACIS benignitate exhilaratus, ac vndequaque in PACE compoſitus, recentique ſanguinis ligamine Hiſpano Gallicanoque ſceptro coniugali fœdere pro certo iungendis ditandus exultat, licet poſtrema & aliud arcanum quadrifarie nouiter ſubijcere. Duo arcana extrema dum alter vtrinque mirandum in modum ſibi mutuò reſpondebunt, media, vnde & integritas conſonantiæ digne erumpit, veluti egregios ad PACIS tractatus nexum in ſubſcripta tabella iurè appoſuimus.

Id profectò auctoris intentioni plurimum arridebit (maximè tamen vbi de Hiſpanico mediatore fit mentio) quippe qui fidei annulo, ex auro, ac gemmis myſticè fabrefacto paucis iam elapſis annis, quodam opuſculum eidem conſecrans, ſinceram tanto Domino ac patrono ſeruitutem profeſſus eſt. Relat. de ſollemni profeſſ. ad fidem Cath. Reg. Chriſt. Oenip impreſſa.

Pacis motiua.	*Generalis Pacis Mediatores*		*Pacis motiua*
DOMVS AVSTRIACA	Domnus Antonius de Pimentel, & Prado	Dominus Iulius Cardinalis Mazarinus.	DOMVS BORBONA.
Anagramma	*Anagramma*	*Anagramma*	Anagramma
CARA SVM, IVSTA DO.	Os, nuper lines Potentum Diademata.	Si Mundi viſus, i ordinans clarius alma.	SVM ORBI, BONA DO.

Bonum eſt ex integra cauſa: extans aliquis auguſtè Orbi, ſi bona dat Orbi, & Orbi carus, & iuſta ei tribuit. Idem vice verſa aſſerendum. Igitur *Charitas*, *Iuſtitia*, *Bonitas* promiſcuè in vtraque Domo, AVSTRIACA, BORBONICA. Binum

E 2 ſan-

ſanguinis, ac Religionis vinculum huic triplici, *quod difficile rumpitur*, atque ex
vtriuſque ſtirpis vnitate reciprocè erumpit, Auſtrios Borboniosque Principes, me-
diatorum ore, illinc vehementi dulcedine aſpera quæque & ferè ad miraculum vtrin-
que linente, hinc verò, ceu totius Mundi viſus, ac iubar, alma, atque regia
& auguſta clarius ſanctiuſque diſponente, ac ordinante, inuitabat, aſtringebat,
obligabat, vt quales ſunt *Affinitate*, *Auctoritate*, *Maieſtate*, tales quoque
ſint aduerſus Hoſtium Chriſti barbariem, & impietatem, *Animis*, *Locutioni-
bus*, *Rebus geſtis*, PACE ipſa ſic clamante, & maximè è Creta Inſula, vbi for-
midoloſus Orientalis Imperij Tyrannus eorum quoque ceruicibus iugum Turcicum
imponere deſignat,

Recedant vetera, noua ſint omnia
Corda voces, & opera.

Reg.1.cap.17. His, ò Proceres, *PACE* Duce, Marci Euangeliſtæ inſigne pluribus annis iam
adeò fideliter, firmiterque explicato, telis funda, & lapidè armata Dauj-
dicis in ſuperbum Goliath Scithum conuertite ferrum. Date ſimul
cum Reginæ Adriatici Maris claſſibus *cadauera caſtrorum*
Turcharum *volatilibus Cæli, & beſtijs terræ, vt*
ſciat omnis terra, Chriſtiana Politica
edocta, *quia eſt Deus*
in Iſrael.

FINIS EPILOGI.

INDEX

INDEX

Breuiſſimus earum rerum,quas poſtrema hæc appendix principaliter claudit.

A.

ÆNeas Franco ſuo affini anteferendus. fol.1.
Auſtria Catholica ad myſticæ Hydræ ceruicum obtruncationem ſemper intenta. fol.6.
Abbas Bernardus ad Populum Chriſtianum. fol.15.
Auctoris motiua circa mutationem tituli ſui operis. 39.
Arbor Genealogica antiquiſſima,minus antiqua &c.Borbonicæ ſtirpis. fol.vlt.
Auſtriæ Domus conuenientia in ipſis literis quibus conſcribuntur reperitur.

B.

BOrbonicæ ſtirpis origo. fol.4.
Beneuolentia aduerſus indigentes Chriſtiano nomini plurimum confert. fol.9.
Bucelini iactantia recunditur fol.1.in radice alterius tabulæ,& alibi.
Bernardus Abb.in Principes. fol.6.

C.

COncordiæ ſymbolum Gerion. fol.2.
Corda Domorum Auſtriæ,ac Borb.aureo ligamine aſtringenda fol. eodem
Cataſtrophen Philomathi in Principum ſciſſuras. fol.6.
Chriſtianæ Religionis ſacrarium quod. ibidem
Chriſtianiſſimi nomen clatura vnde fol. 12.
Catholici cognomentum &c. fol.9.
Concordantiæ nonnullæ vnde deſumptæ. fol.5.
Comedentes de dorſo Principum qui.19.

D.

DIſcrimen inter Architecturæ & Agricolturæ opera. fol.1.
Dextrum latus Aeneæ ac eius familijs debitum in tuo.Goncal. ibidem
Domus Auſtriæ prærogatiuæ ac Borbonicæ ſimul.In fine
Domorum harum maxima reſpondentia in multis. Ibid.& ante
Domus Auſtrica Pia in Aeneidis,Inuicta in Anicijs.Benigna 12. Perleonibus Catholica in Auſtrijs fol.7.& vlterius.
Domus Borbona ſagax in Franco,Fortunata in Meroueis.Chriſtianiſſ.in Carolinis,Religioſa in Capetis fol.10.& ſequ.

E.

ECcleſiæ hoſtium capitibus ſuperba capitia Religio firma humiliat. fol.12.
Eccleſiæ famulatui res quam heroica Principibus; ibidem
Hæreditas ſanguinis Chriſti *Terra Sancta*. fol.6.

F.

FOrtitudo bellica vndè laudabilis. fol.7.
Fortunata poſteritas nonniſi ex fortunata fide. fol.ij.
Familia Romulea ex Aeneæ ſanguine. fol.16.
Fortitudo verè inuicta,ſi Numini famuletur. fol.8.
Flores Reſurrectionis primi. fol.6.

I.

ITaliæ Regnum à Noe fundatum. fol.15.
Ianus idem eſt ac Noemus Patriarcha. fol.5.& 15.
Italia totius Mundi Regina fol.4.
Iulij Cæſeris Proſapia fol.19.
Inſigniores Prærogatiuæ ſtirpium Auſtr.ac Borbon. 31.

L.

LIlia Regum Francorum tribus ſententijs explicata fol.4.
Quis ea ad certum numerum redegerit. ibidem
Lugenda Heroum Chriſtian.ſomnol.præſens. fol.6.& alibi
Lectus noſtræ Redemptionis terra promiſſa. ibidem.

M.

MIſeratio erga egenos Principum nomen auget fol.9.
Maxima Principum ſomnolentia pro locis ſanctis recup. fol.6.
Magni Conſtantini hieroglyphicum. fol.3.
Magnus Gregorius num familiæ Frangipanum auctor. fol.9.
Margaritas porcis dant Principes terram promiſſ.Turcis relinquentes fol.6.

N.

NOmenclaturæ Chriſtianiſſimi,ac Catholici vnde,12.& 9.
Nomen Principum vnde egregiè innoteſcat. ib.fol.9.
Nihil ſub ſole nouum fol.1.

O.

ORdo ſeruandus in prioris tabulæ poſitionis ſcriptura. fol.1.
Omnia proſpera eueniunt colentibus Deum & è contra.8.
Officina noſtræ Redemptionis quæ. fol.6.
Octo capita ad indagandas illuſtrium ſtirpium prærogatiuas inſigniores. 31.

P.

PRincipum inter ſciſſuras tertius gaudet,id.Turcha. fol.3. Dant ſciſſuris Sanctum Canibus.6.Augent Monarchiam Turcicam. 16.
Pietas non conſulit,niſi profutura &c. fol.7.
Pipinus Breuis corpore,ſed animo procerus fol.12.
Poemation in Auſtriacæ arborem Genealogiæ fol.22.
Prærogatiuæ digniores Domorum Auſtriacæ,ac Borboniæ ſimul.30.
Pacis generalis mediatores fol. vlt.

Qua-

Q.

QVare auctor titulum ſui operis mutauerit. 15.
Quam ingens Philomathi libido pro Pace generali. 14.
Quæſtio circa Francipanum familiæ exordia. fol. 9.
Quam deploranda Magnatum ſocordia fol. 6.

R.

REges Italiæ vetuſtiores. fol. 5.
Religio firma in ſuperbos hoſtes quam valida. 12.
Rami ſtirpis Carolinæ. 30.
Rex Pharamundus truncus ſtirpiſ Regum Galliæ proximior. 30.

S.

SYmbolum vocale Alberti 1. Cæſaris. fol. 3.
Symbulorum Tabulæ Genealogice mendum, ac declaratio. ibidem. & ſequ.
Sagacitas, omni laude digna quæ. fol. 10.
Sacrarium Chriſtianæ Religionis Paleſtina. fol. 6.
Sanctum dat canibus principes terræ promiſſæ immemores. ibidem.
Stirps Auſtriaca qualis, ac quanta in ſuis familijs fol. 10.
Stirps Borbonica qualis & quanta in ſuis pariter familijs fol. 13.

T.

TAbulæ Genealogicæ prioris ære ſculptæ errores, atque dilucidatio. fol. 1.
Tabulæ poſterioris typis datæ eico typographica, ſed emendatior. fol. 14.
Tres ſententiæ de Regum Françorum lilijs. 4.
Titulum mutauit auctor in ſuo opere, & quare fol. 15.
Terra Promiſſionis Dei Cæli terra. fol. 6.

V.

VOta, ac promiſſa Philomathi nondum Papæ. 14.
Vocabolum Fortunæ ab ore Xpno eliminandum. 15.
Venetorum armis pro bono publico adherendum 13. & vlt.
Hugo Capetus quare ita cognominatus. fol. 12.
Vulpes in aulis Principum quæ. 18.

ERRA-

ERRATA NOTABILIORA

ECconographus. Eiconographus. fol. 1. in marg. Auſtriadas. Auſtriades. fol. 3. Oriental, orientali. 4. In cis. In eis. 8. ſeu, ceu. 9. Itala, Iulia. 10 Regnore regnare. ij. Procrenuerat, procreauerat 12.

Recuperari. Recuperare. poſſet, poſſent. Incommoditas. incommoditate. Si Chriſtiani Principes. Chriſtiani Principes, ſi 13. Reges, Regis 16. Emillia, Emilia. ibidem. Pio, pro. 21. Deducti, Deductio. 22. filius, filium. ibidem. Rerum, renuunt 28. Alemnamis, Alemannis. 29. Stropi, ſcopi 31. Douitiata, de vitiata. Principi, principio. Accorum, auorum 31. ſobolum, lineæ, ſobolum lineæ; Iugens, ingens. Quæro, queſo; Rudolphis, Rudolphi. Hæreditaria? hæreditaria videatur? Explicuit, explicant. Saxoni, Saxonicis. ſuperes dantibus ſuperis dantibus. Priuilegij, priuilegijs. 32.